00054778

Digitized with financial assistance from

Hermès India

a project facilitated by the Rotary Club of Bombay

on 10 August, 2018

SYMBOLAE BOTANICAE

SIVE

PLANTARUM,

TAM EARUM,

QUAS IN ITINERE, INPRIMIS ORIENTALI,

COLLEGIT

PETRUS FORSKÅL,

QUAM ALIARUM,

RECENTIUS DETECTARUM,

EXACTIORES DESCRIPTIONES,

NEC NON

54778

OBSERVATIONES

CIRCA

QUASDAM PLANTAS DUDUM COGNITAS,

AUCTORE

MARTINO VAHL,

ROFESSORE REGIO, SOCIETATIS AGRARIAE TAURINENSIS, PHYSICO-BOTANICAE ET GEORGOPHI-
LORUM FLORENTINORUM, GEORGICAE TREIENSIS, SCIENTIARUM, QUAE VELITRIS EST,
PHYSIOGRAPHICAE LUNDENSIS, SCIENTIARUM NORVEGICAE SODALI.

PARS PRIMA.

CUM TABULIS XXV AERI INCISIS.

HAUNIAE,

IMPENSIS AUCTORIS.

EXCUDEBANT NICOLAUS MÖLLER ET FILIUS,
AULAE REGIAE TYPOGRAPHI.

MDCCXC.

00054778

FRIDERICO,

REGIS FILIO,

REGNORUM DANIAE ET NORVEGIAE HAEREDI,

PRINCIPI OPTIMO ET BENIGNISSIMO,

SCIENTIARUM ET ARTIUM FAUTORI,

HANC SYMBOLAM BOTANICAM

SUMMA OBSERVANTIA ANIMIQUE SUBMISSIONE

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Inter plurima divi Friderici Quinti de ſcientiis & artibus merita non ultimum locum obtinet litterarium illud in Arabiam juſſu & impenſis ejus ſuſceptum iter. Et ſane non dubium eſt, quin Viri docti, quibus commiſſum erat graviſſimum hoc negotium, ſpem, quam in illis habebant ſcientiarum cultores, impleſſent, ni omnes præter unum Cel. *Niebuhr* in ipſa expeditione ſublati fuiſſent.

Quantum hiſtoria naturalis incrementi diligentia *Forſkålii* pene incredibili habitura fuiſſet, ſi itinere perfungi & obſervata ſua in lucem edere ipſi licuiſſet, ſatis ſuperque teſtantur cum ditiſſima ejus collectanea ex omnibus Naturæ regnis, tum obſervationum fragmenta a Cel. *Niebuhr* edita.

Sed harum imperfectio & collectaneorum fata adverſa in cauſa fuerunt, cur hiſtoriæ naturali præter ſpem minus profuerint inventa *Forſkålii*. Plurimum quidem omnes, harum rerum periti, debent Cel. *Niebuhr*, amici ſui obſervationes in lucem edenti, quæ alioquin fortaſſe cum auctore ipſo interiiſſent. Quanquam enim in opere poſthumo, cui non admota fuit ultima manus auctoris, multa minus recta deprehendantur, neceſſe eſt, plurimæ tamen & in Fauna & in Flora ejus dantur obſervationes haud exigui momenti; ſed optandum erat, ut res ipſæ cum deſcriptionibus earum prius collatæ; errores in itinere, vix evitandi, ubi omnia ſubito nec ſemper accurata diligentia in codicillos conjiciuntur, prius emendati; resque ad aliena loca relatæ prius recte definitæ fuiſſent, quam in lucem publicam illæ editæ eſſent obſervationes. Quæ omnia eo facilius fieri potuiſſent, cum in urbe noſtra adhuc adſervantur ejus collectanea animalium & plantarum. Sic evitati fuiſſent errores & ii, qui ſolo ejus vitio irrepſerunt, cui chartulæ *Forſkålii* in ordinem digerendæ commiſſæ erant, & ii, quos *Forſkålius* ipſe præ difficultate itineris cavere non poterat, et ii, quibus jam originem debent & forte debebunt libri *Forſkåliani*.

Forſkålium autem ipſum excuſatum facile habebit, ſi non iſte, qui in muſeis & bibliothecis rerum naturalium cognitioni otioſus & ſecurus operam dat, attamen is, qui per ſe cognoſcit moleſtias, quæ curioſos naturæ comitantur in regionibus calidiſſimis, deſertis arenoſis & locis aqua & umbra carentibus, ubi non, ut in borealibus Europæ terris, plures plantæ in exultis campis, humidis pratis & umbroſis ſylvis confertæ reperiuntur, ſed hic illic ita diſperſæ, ut, licet longos terrarum tractus peragraveris & altos montes conſcenderis, toto die vix unam alteramve invenias. *Forſkålius* præterea non ſoli plantarum ſtudio vacavit, ſed & omnia naturæ regna ſcrutatus eſt, non tantum in regione fervidiſſima verſabatur, ſed & ex parte in re[illegible]ne, quam nemo phyſicus hucusque perluſtraverat; in colligendis igitur rebus, quæ ipſi undiqu[illegible] videbantur, occupatiſſimus, ſatis habuit, ſi notas rerum, quæ in oculos maxime in[illegible]bant, [illegible]iſſet, reliquas autem cogebatur differre in tempus magis opportunum, ſi in p[illegible] [illegible]tingeret.

Deinde

Deinde ſi conſideraverimus, peregrinantem ut plurimum deſtitutum eſſe ſuppellectile librorum, excuſationem magis meretur noſter; nam ſæpiſſime unica ſpes ſita eſt in breviſſimo alicujus ſyſtematis charactere, qui pluribus ejusdem generis novis ſpeciebus congruat. Ponamus præterea, quod interdum accidit, unam tantum generis cujusdam ſpeciem, & eam quidem ex ſola differentia generica, non autem ex prolixiore deſcriptione totius plantæ innotuiſſe, tunc eam, quam ipſi deteximus, facile habebimus vel pro eadem vel pro diverſa, prout quisque vel majori vel minori rei herbariæ cognitione inſtructus fuerit; ſed ſi vel maxime in examinandis ad artis regulas plantis verſati ſumus, facile tamen errabimus, cum nimium quantum differunt plantæ in ſolo natali, præſertim arido & arenoſo, ab iisdem, quæ in hortis coluntur, ita ut peritiſſimus quisque plantas ejusdem ſpeciei ſæpe habeat pro diverſis. Non niſi accuratiori exploratione, quæ in itinere vix locum habet, emendari hæc vitia poſſunt, & nomina mutari, quæ ſæpe a peregrinatore ob id ſolum adſcribuntur, ut ſciatur, ad quam rem obſervatio quæque pertineat.

Adde quod ipſo peregrinationis tempore & eo ſpatio, quo novæ plantæ in patriam vehuntur, ut ibi definiantur accuratius, veraque nomina ſortiantur, ab iis haud raro diverſa, quibus inventor primo & feſtinanter ſignaverat, ſcientia herbarum varias ſubire poſſit viciſſitudines & incrementa, quas rerum naturalium ſtudioſus propter locorum diſtantias nullo modo re-ſcire potuit; & ſpero fore, quod æquus rerum æſtimator erroribus, qui in libris *Forſkålianis* inveniuntur, facile ignoſcat.

Periti & indefeſſi phyſici nomen is nunquam denegabit noſtro, qui numeroſiſſima ejus collectanea viderit, & quam accurate res ab eo longe plurimæ ſint deſcriptæ, animadverterit; deprehendet profecto, diligentiam *Forſkålii* in multis cum immortalis ejus præceptoris comparari poſſe. Quas enim plantas hic antea exiſtimavit eſſe ſpecies alius generis, accuratiori autem disquiſitione invenit conſtituere ſeparatum genus, easdem ita ſe habere eodem tempore intellexit Noſter, & quam bene plantas deſcripſerit, ut multas ſilentio prætercam, Micrelium ejus nominaſſe ſufficit, cujus notas ſi conferre velis cum iisdem Ecliptæ *Linnæi*, diſcrimen tam leve eſt, ut fere credas, alterum ab altero deſcriptionem mutuaſſe.

Verum enim vero ſive has nominum diverſitates vitia vocaveris, ſive minus, negari non poteſt, quin anſam hæ dare poſſint multis erroribus, donec certo ſtatuatur, quæ plantæ *Forſkålii* vere novæ ſint, quas jam cognitas ille exiſtimaverit eſſe novas. Quod eo magis neceſſarium eſt, cum plures Botanici ſynonyma nominum trivialium & ſpecificorum colligere ſolent, nulla ratione habita, utrum deſcriptio ſpeciei *Linnæanæ* congruat, nec ne. Et multi in augendis generibus & ſpeciebus juſto magis ſolliciti, varias, quas ipſi non cognoſcunt, plantas in novis habent, tantum quia ab aliis ita habitæ ſunt, licet deſcriptio vel differentia nil fere contineat, quibus ab alio genere vel ſpecie diſtinguantur. Sane nil facilius eſt, quam in unum congerere, quæ alii ſcripſerunt, & augere plantarum indicem, ſed quanta incommoda perverſum hoc ſtudium ſecum ferat, facile intelliget, qui cogitaverit, ſi eadem planta pluribus locis inter varia genera & ſpecies ponatur, certitudinem ſcientiæ evaneſcere, & hiſtoriam adeo naturalem funditus corruere.

Eadem falſa ſynonyma in cauſa fuerunt, cur plures ſpecies tanquam novæ in variis ſcriptis botanicorum adferantur; nam multi, qui terminologiam *Linnæanam* haud ſatis calluerunt, neglecta differentia ſpecifica *Linnæana*, vel mala figura vel allegatione ad ſpeciem *Linnæanam* non pertinente nixi ſunt; quam multa autem in editis a *Linnæo* ſpeciebus plantarum falſo ſint citata, facile comperiet, qui plantas herbarii ipſius cum plantis aliorum, quæ ab eo citantur, herbariorum conferat; hinc factum eſt, ut aliæ, licet diverſæ, eædem ac *Linnæanæ*, aliæ autem, licet ab eo olim deſcriptæ, novæ habeantur.

excu-

Excuſationem harum falſarum allegationum, quæ multis exprobrationibus huic viro, de ſcientia naturali immortaliter merito, factis anſam dederunt, in aliud tempus differemus; ſed cum jam tot falſa dantur ſynonyma; cur ea multiplicare volumus? cur loca allegare, ubi planta tantum nominatur, nulla autem ſubjungitur obſervatio, quæ eam clariorem reddat? Nam ſi erraverimus, vel plures aut pauciores ſpecies numerabimus, quam quæ in natura revera exiſtunt, vel locum plantæ in ſyſtemate non inveniemus, vel omnino incerti erimus, ad quam demum plantam hæc vel illa obſervatio pertineat.

Sic, ut hoc utar, cui contigit *Forſkålii* Elymum caput meduſæ vivum & in ſolo ſuo videre, ejusque plura exemplaria inter ſe conferre, is, quæ huic propria ſunt, melius potuit adferre, quam illi, qui eandem aut aridam in theca quadam herbaria, aut cultam in hortis viderunt. Ejus igitur deſcriptio, ut naturæ convenientior, præfertur. Ad hanc adeo vel refingendus eſt ſpecificus plantæ hujus character, vel potius, ſi res ita ferat, ex genere, ad quod a *Linnæo* relatus fuit, eximendus; ut proprium quoddam novumque genus conſtituat. Quod ſi jam hic Elymus non eſſet *Linnæi*, ſed ad ſpeciem alius generis a *Linnæo* alibi deſcriptam pertineret, fieri poterat, ut non ſolum verus Elymus ex ſyſtemate ejiceretur, ſed etiam ut una eademque planta vel uno loco, ut genus, alio autem ut ſpecies, vel diverſis locis ut duæ ſpecies duorum generum locaretur. Si quis deinde, invento vero Elymo capite meduſæ *Linnæi*, locum ejus in Syſtemate quæreret, is admiſſi in locanda planta erroris ignarus, vel fruſtra eum locum quæſiturus eſſet, vel falſa ſynonymia fretus, plantam pro nova & ab Elymo capite meduſæ *Linnæano* prorſus diverſa habiturus. Plura exempla enumerare ſupervacaneum eſt, cum quisque ſibi alia ejusmodi formare poſſit, & res tam clara ulteriori demonſtratione non egeat.

Videmus etiam, hunc *Forſkålii* Elymum aliasque ab eodem non rite determinatas plantas cum ab aliis, tum inprimis a *Reichardo* in editione ſpecierum *Linnæi* ad falſas ſpecies eſſe relatas; quumque hæc editio *Reichardi* a multis putatur eſſe reliquis emendatior, dubium non eſt, quin hi errores ulterius propagentur, niſi ab iis, quibus hujus rei ſuppetit facultas, emendentur. Debuiſſet ſaltem ingens illud diſcrimen, quod inter plantas *Forſkålianas* & *Linnæanas*, quarum ille nominibus ſuas inſignivit, intercedit, collectores ſynonymorum ad attendendum excitare, & ſuſpicionem injicere diverſitatis, præſertim cum diſcrimina ejusmodi ſint, quæ neque regionibus neque culturæ debeantur. Rectius ſane hi feciſſent, ſi ſynonyma omnino omiſiſſent, cum copia horum inprimis falſorum magis ad obſcurandas quam ad illuſtrandas plantas faciat.

Hiſce rationibus commotus operæ me pretium facturum putavi, ſi in vulgus ederem, quod aliquot abhinc annis, cum copias *Forſkålianarum* plantarum perluſtrarem, obſervare mihi contigit; quæ licet ob longam ab Indis ad hanc urbem vecturam non prorſus illæſæ eſſent, tales tamen erant, ſi paucas excipias, de quibus nil præter ſolum nomen reſtabat, ut plurimas dignoſcere poſſim, quoniam *Forſkålius* plura exemplaria cujusque plantæ legerat, ſingulisque nomina adjecerat. Hanc meam qualemcunque operam non ingratam fore ſpero, cum niſi oculis ipſæ plantæ uſurpentur, ad quod paucis datur aditus, obſervationes *Forſkålii* inutiles forent, plantæ ejus, ad genera ſua non relatæ, ignotæ haberentur, & errores, quibus abundat Flora ejus, corrigi non poſſent.

Octo quidem jam præterlapſi ſunt anni, quum illuſtrationes plantarum *Forſkålianarum*, quæ in hoc volumine continentur, a me conſcriptæ ſunt, ſed varia & extra & intra patriam itinera fecerunt, ut nunc demum eas publicare liceat. Ex mea vero hac peregrinatione hunc fructum cepi, ut non ſolum hocce opuſculum augere potuerim & iis plantis, quas in auſtralibus Europæ terris ac in Barbaria ipſe detexi; & iis, quæ ex reliquis orbis partibus miſſæ donatæque mihi ab amicis & fautoribus ſunt; ſed etiam, ut *Forſkålianas* plantas accuratius definirem,

rem, cum plures earum videre mihi contigit vivas in Africa, cujus ora maritima fere eaſdem, ac Ægypti, profert plantas, interiores autem regiones varias cum Ægypto ſuperiore & Arabia communes habent.

Id quoque commodi mea peregrinatio habuit, ut plantas antea mihi ignotas, quæ ab auctoribus etiamnum viventibus vel olim defunctis deſcriptæ ſunt, oculis uſurpare contigerit. Data enim maximos, qui in Europæ Muſeis aſſervantur, theſauros adeundi copia, & optatiſſima uſus occaſione, ea, qua par fuit, diligentia plantas perluſtravi *Linnæanas* quidem bis, primum Upſaliæ & poſtea Londini, ubi nunc viſuntur, & præter has in Belgio inſignes copias *Burmanni, Schwenkii* & *Rauwolfii;* in Gallia *Tournefortii, Vaillantii, Juſſiæi, Thouini, de la Markii, Seguierii* & *Gouanii;* in Hiſpania *Barnadeſii* & *Pallavii;* in Italia *Allionii, Bellardi, Witmanni, Halleri,* quæ Mediolani nunc ſervantur, *Baſſii, Michelii, Imperati;* in Britannia *Bankſii* & in Muſæo Britannico, præter alia, *Sloanæi, Petiverii, Plukenetii, Raji.* Horum muſeorum omnibus & poſſeſſoribus & præfectis ob ſummam in his theſauris aperiendis benevolentiam & humanitatem, ſingularemque poſſeſſorum in donandis mihi quam plurimis rariſſimis plantis liberalitatem gratias habeo maximas, dignas perſolvere nequeo.

His inſtructus ſubſidiis, non ſolum falſa, quæ in libris *Linnæi* reperiuntur, Synonyma emendare, ſed & vera adferre poſſum tam plantarum *Forſkålianarum,* quam earum, quas ipſe inveni, quasque ab aliis datas poſſideo.

Opuſculum meum quod attinet, eas tantum *Forſkålii* attigi plantas, quibus ſubjunguntur obſervationes; hæ enim, minus rite denominatæ, anſam præcipuam darent erroribus, quarum vero nomina tantum ex variarum florarum indicibus afferuntur, in iis, ſi quid erratum fuerit, nullum tamen aliud ea res adferre poteſt incommodum, quam hoc, ut regionis, ad quam non pertineant, incolæ exiſtimentur plantæ. Quarum una alterave pars omiſſa erat, vel aliud quid, quo magis illuſtrari poſſe credidi, plantas has ipſe deſcripſi. Satis cognitas & ab aliis accurate deſcriptas præterii; quæ ab auctoribus omiſſa erant vel aliter mihi viſa, adjeci. Figuras addidi, non eas nitidiſſimas quidem, ſed ad habitum plantarum probe expreſſas; libros allegavi, non qui in bibliothecis inſtructiſſimis raro deprehenduntur, ſed plerumque parabiles & vulgo obvios. Hæc obſervare perquam neceſſarium videtur, ut ad ſcientiam nobiliſſimam, ſocietati humanæ inprimis utilem, quam plurimis pateat aditus. Nomina *Forſkålii* trivialia ſemper retinui, niſi quum planta ejusdem generis eodem antea nomine inſignita fuerat; nam præſtat omnino nomina, licet minus apta, retinere, quam eadem ſemper novare. Differentias autem ejus ſpecificas ubique mutavi; quanquam enim eo tempore, quo in itinere verſabatur vir beatus, recte diſtinguendis plantis hæ ſufficerent, tamen in præſentiarum, detectis longe pluribus, minus aptæ deprehenduntur. Eandem quoque ob cauſam variis in locis, ubi opus fuit, adhibitas a *Linnæo* differentias mutavi; quo ſucceſſu, judicent periti.

Optandum autem eſt, ut, qui *Linnæanas* denuo vulgare ſpecies in animo habeant, ſi plantas nuper detectas iis inſerant, differentias antea cognitarum ita aptent, ut certis cunctæ diſtinguantur notis. Quod ni fiat, augebitur tantum plantarum index, nihil incrementi capiet ſcientia.

Rerum naturalium peritis meum hoc opuſculum ſi non diſplicuerit, ſequentibus voluminibus & reliquas *Forſkålii* plantas, & quas ipſe detexi, ſimili modo definiam, additis, quæ ad majorem regni vegetabilis notitiam nonnihil facere videantur.

Hauniæ ipſis Calendis Junii 1790.

AUCTOR.

VERO

VERONICA.

VERONICA corymbo terminali, caule adſcendente, foliis lanceolatis margine cartilagineis: inferioribus connatis vaginantibus. *Gentianoides* 13-14.

Veronica orientalis, erecta, gentianellæ foliis. TOURNEF. Corol. p. 7.

Habitat in Cappadocia.

CAULIS herbaceus, adſcendens, ſimpliciſſimus, inferne glaber, lævis, verſus ſummitatem villoſus, ſpithamæus.

FOLIA 4 vel 6 in caule, lanceolata, ſemipollicaria: inferiora craſſiuſcula, glaberrima, obſcure trinervia, avenia, margine cartilaginea, utrinque crenis 2-3 verſus apicem, minutiſſimis, baſi in vaginam connata: vagina ſtriata; ſuperiora ſeſſilia, integerrima: par ultimum villoſum absque margine cartilagineo. *Floralia* alterna, lineari-lanceolata, obtuſa, villoſa.

FLORES corymboſi, demum racemoſi, apice nutantes: *pedicelli* longitudine foliorum floralium, villoſi.

CALYX villoſus, quadripartitus: *laciniis* lanceolatis, duabus majoribus.

COROLLA cærulea.

FILAMENTA corolla longiora. *Antheræ* ovatæ.

VERONICA floribus ſolitariis, foliis ovatis acutis ſerratis glabris, calycibus fructu bipartito majoribus. *Biloba* 33-34.

Veronica orientalis, ocimi folio, flore minimo. TOURNEF. Corol. pag. 7.

Veronica arvenſis annua chamædryos folio. BUXB. Cent. I. pag. 24. tab. 36.

Veronica biloba racemis lateralibus, foliis oblongis dentatis, capſulis bipartitis. LIN. Mant. pag. 172.

Habitat in Cappadocia ☉ ex herbario TOURNEFORTII.

CAULIS ſimpliciſſimus, erectus, ſuperne pubeſcens, digitalis.

FOLIA petiolata, ovata, acuta, glabra, ſerrata, baſi integerrima; ſerraturis utrinque tribus vel quatuor: *Floralia* alterna, ſeſſilia, lanceolata.

FLORES pedunculati, cernui, ſolitarii. *Pedunculus* folio florali brevior.

CALYX quadripartitus: *laciniis* ovatis, acutis, ſubæqualibus, fructu duplo longioribus.

A Veronica arvenſi differt foliis exacte ovatis, acutis, glabris, ſerratis, laciniis calycinis, ſubæqualibus, fructu duplo longioribus. Figura BUXBAUMII cæterum convenit; ſed rami laterales nulli in ſpecimine TOURNEFORTIANO, rudimentum tamen floribus inſtructum invenitur. Deſcriptio etiam LINNÆI in plerisque non abludit, niſi quod nervi laterales minus conſpicui ſunt in laciniis calycis, nervus intermedius tamen adeſt. Melius mihi videtur locum habere inter Veronicas unifloras, habitu enim his maxime accedit, uti jam monuit Illuſt. LIN. l. c. Cur in Syſtematis ed. 14. deſideratur, non liquet.

Digitata 35-36. VERONICA floribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis omnibus digitato-partitis.

Habitat Monſpelii GOUAN, Hiſpania BELLARDI ⊙

CAULIS herbaceus, erectus, ſuperne piloſus, baſi rami 2 vel 4, ſimpliciſſimi, oppoſiti, altitudine fere caulis.

FOLIA craſſiuſcula, omnia partita: infima duum parium, oppoſita, trifida: laciniis ovatis, lateralibus brevioribus, anguſtioribus. *Caulina* vel potius floralia, cum caulis a baſi fere florigerus, alterna, baſi piloſa: inferiora quinque partita, ſuprema tripartita: laciniis linearibus, obtuſis, ſemiunguicularibus, baſi parum anguſtioribus.

FLORES axillares, ſolitarii, ſeſſiles: inferiores remotiores, ſuperiores confertiores.

CALYX quadripartitus, longitudine capſulæ: *laciniis* lanceolatis, ciliatis, duabus minoribus.

CAPSULA obcordata: lobis divergentibus.

Differt a Veronica triphylla floribus ſeſſilibus, foliorum laciniis linearibus, capſulis obcordatis: a V. verna foliis omnibus partitis.

JUSTICIA.

Ecbolium. JUSTICIA fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis, ſpicis tetragonis, bracteis ovatis ciliatis, corollarum galea reflexa. LIN. Syſt. Veg. pag. 61. Flor. Zeyl. no. 17.

Juſticia viridis; foliis oblongis, integris, ſpicis terminalibus imbricatis, bracteis ovato-acutis; galea lineari reflexa, bidentata. FORSK. Deſcr. p. 5. no. 14.

Specimina omnia in Coll. FORSKÅLEI inermia erant, nec in ſchedulis FORSKÅLEANIS, nec in Deſcriptione aliquid de ſpinis commemoratur, conjicio itaque errore ordinatoris chartularum FORSK. inter ſpinoſas relatam fuiſſe. Præterea exemplaria plantæ FORSK. ut etiam deſcriptio conveniunt cum ſpeciminibus J. ECBOLII ex horto Upſal. & Ind. Orientali.

Faſtuoſa. JUSTICIA fruticoſa, foliis ellipticis, thyrſis terminalibus, floribus ſecundis, calycibus duplicatis bifloris. Tab. I.

Juſt. fruticoſa, foliis ellipticis; thyrſis terminalibus. LIN. Mant. p. 172.

Sufficienter diſtincta a ſequente FOLIIS ellipticis utrinque anguſtatis, apice emarginatis, plerumque glabris, RACEMO compoſito elongato terminali, FLORIBUS ſecundis, foliolis floralibus ſubrotundis mucronatis, CALYCIBUS exterioribus quadripartitis flores binos includentibus.

Synonymum PLUKENETII Tab. 193. fig. 3. minime huc ſpectat, pertinet enim ad RUELLIAM *patulam* JACQ. icon. rar. Tab. 41. ut herbarium ipſius PLUKENETII docuit.

Forſkålei 9-10. JUSTICIA fruticoſa, foliis ovatis acuminatis, thyrſis axillaribus terminalibusque, calycibus duplicatis unifloris.

Juſt. paniculata; paniculis axillaribus; petiolo longioribus, foliis ovato-lanceolatis. FORSK. Deſcr. pag. 4. n. 9.

Habitat in Arabia felici.

RAMI inferne obſcure angulati, purpuraſcentes, glaberrimi, articulati: *articulis* tripollicaribus, quadrilineatis.

FOLIA petiolata, remota, patentiſſima, ovata, acuminata, integerrima, venis ſubtus margineque piloſa, bipollicaria. *Petiolus* piloſus, ſemipollicaris.

PEDUN-

Pedunculi axillares, ſolitarii, breviſſimi, oppoſiti, interdum ſimplices, ſæpius apice ſpicas tres ſubſeſſiles gerentes.

Spicæ erectæ, pollicares. *Flores* conferti, imbricati. *Foliolum* florale ad baſin ſinguli calycis ovatum, petiolatum, acutum, deciduum. *Bractea* ſolitaria, linearis. *Squamæ* tres minutæ, membranaceæ ad baſin calycis interioris ut in præcedente. Reliqua ut in Deſcript. *Celeb.* Zoega, mantiſſa Lin. p. 174. quæ hæc pertinet, non vero ad præcedentem.

JUSTICIA fruticoſa, foliis ovato-lanceolatis, pedunculis ſubtrifidis, pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis. *Bivalvis.* 9-10.

Folium tinctorum. Rumph. Herb. Amb. 6. pag. 51. tab. 22. fig. 1.

Juſt. foliis lanceolato-ovatis, pedunculis ſexfloris, pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis parallelis. Lin. S. V. p. 63.

J. foetida. Forsk. Deſcr. p. 5. no. 12.

Habitat in India, Arabia felici.

Caulis fruticoſus, teſte etiam Rumphio. *Rami* inferne vix angulati, glabri, articulati: *articulis* bi ſive tripollicaribus, baſi apiceque craſſioribus.

Folia petiolata, ovato-lanceolata, verſus baſin obſcure crenata, piloſa, pilis raris, breviſſimis, adpreſſis, bipollicaria, ſuperiora lanceolata, cuſpidata. *Petiolus* folio quadruplo brevior.

Pedunculi axillares, ſolitarii, oppoſiti, in ramulis alterni, petiolis duplo breviores, erecti, apice *pedicellis* binis vel tribus pedunculo longioribus, foliolisque binis ſetaceis longitudine pedicellorum.

Flores tecti *Bracteis* binis, ovatis, integerrimis, mucronatis, venoſis, trinerviis, inæqualibus, unguicularibus: lateralibus bifloris, intermediis unifloris.

Calyx duplex, utrique longitudine æquales, quinquepartiti; *laciniis* lanceolatis, villoſis.

Capsula villoſa.

Synonyma Rumphii ad hanc & J. purpuream in Spec. plant. Lin. abſque dubio, tranſpoſita ſunt, ex deſcriptione enim Rumphii pag. 52, pariter ac e figura tab. 22. fig. 2. Tom. 6. patet, Bungum R. ad purpuream pertinere, Folium tinctorium vero ad J. bivalvem. Synonym. Rhedii utpote dubium excluſi.

JUSTICIA foliis ovatis, pedunculis axillaribus elongatis ſubtrifloris, bracteis lineari-lanceolatis. *Triflora* 9-10.

Juſticia triflora; pedunculis axillaribus foliis longioribus, apice trifloris. Forsk. Deſcr. p. 4. no. 10.

Caulis herbaceus, ramoſus. *Rami* villoſi, articulis quadripollicaribus, quadriſulcatis.

Folia petiolata, remota, ovata, integerrima, rarius verſus baſin obſcure denticulata, piloſa, pollicaria. *Petiolus* folio duplo brevior.

Pedunculi axillares, ſolitarii, interdum oppoſiti, folio duplo vel triplo longiores, piloſi, apice tri- vel quadriflori.

Involucrum ſub floribus e foliolis duobus petiolatis, lineari-lanceolatis, obtuſis, eisque brevioribus.

Bracteæ binæ, calyce longiores, inæquales, lineari-lanceolatæ, obtuſæ.

Perianthium duplex, *exterius* pentaphyllum; foliolis linearibus, inæqualibus. *Interius* polyphyllum; foliolis ſubulatis, brevioribus.

Chinenſis. JUSTICIA foliis ovatis, floribus lateralibus, pedunculis trifloris, bracteis ovalibus L. S. V. pag. 63.

Juſticia ſexangularis. Forsk. Deſcr. pag. 5. no. 13.

Rami ſexangulati, lignoſi.

Pedunculi interdum ſolitarii, apice *tri-* vel quadriflori. *Involucella* bina ſub ſingulo flore.

Bracteæ oblongæ, mucronatæ, baſi anguſtatæ.

Perianthium duplex: *exterius* tetraphyllum: foliolis lanceolatis. *Interius* pentaphyllum.

DIANTHERA.

Punctata 2-3. DIANTHERA caule herbaceo, ſpicis terminalibus, foliis lanceolato-ovatis acuminatis, antheris muticis.

Dianthera americana β. alba, flore & antheris albis: labio inferiore in fauce violaceo-punctata; verticillis remotis, ſpicatis; bracteis lanceolatis, calyce duplo brevioribus. Forsk. Deſcr. pag. 9. no. 25.

Caulis herbaceus, erectus, teretiuſculus, lævis, articulatus: *articulis* tripollicaribus, inferne anguſtatis.

Ramuli axillares, filiformes, longitudine articulorum.

Folia oppoſita: *caulina* petiolata, lanceolato-ovata, acuminata, vix crenata, glabra, ſimpliciter venoſa venis ſuboppoſitis, articulis dimidio breviora; *Ramulorum* ſeſſilia, unguicularia.

Spica in apice ramulorum, pedunculata, pollicaris, glabra. *Pedunculus* filiformis.

Flores verticillati, utrinque 2-3. breviſſime pedicellati, parvi: inferiores remotiores.

Bracteæ lanceolatæ, acuminatæ, lineam longæ.

Perianthium ſimplex, bracteis longius, quinquefidum: *laciniis* ſubulatis.

Corolla calyce duplo longior, extus glabra; *fauce* violaceo-punctata.

Antheræ muticæ.

A binis inſequentibus differt, bracteis omnibus calyce brevioribus, calyce ſimplici, flore albo violaceo punctato, antheris muticis.

Sulcata 2-3. DIANTHERA caule herbaceo ſulcato, foliis cordato-ovatis, ſpicis terminalibus, anthera inferiore ariſtata.

Habitat in Arabia felici. Forsk.

Caulis herbaceus, erectus, angulatus, ſexſulcatus, pubeſcens, articulatus; *articulis* 2-3 pollicaribus, geniculis tumidis.

Folia oppoſita, petiolata, cordato-ovata, obtuſa, vix crenata, ſecundum nervos ſcabriuſcula, ſubvilloſa, ſubtus pallidiora, ſeſquipollicaria, venis alternis. *Petiolus* longitudine folii.

Spica terminalis, tripollicaris, ſubſeſſilis.

Flores verticillati, ſeſſiles, utrinque 3., inferiores remotiores, ſuperiores conferti, minores quam in præcedente.

Bracteæ duæ ſub ſingulo verticillo, lanceolatæ, verſus marginem villoſæ, unguiculares, longitudine floris. Aliæ duæ ſub ſingulo flore, lineares, villoſæ, breviores.

Perian-

PeriANTHIUM duplex: *Exterius* longitudine fere braƈtearum, tripartitum laciniis ſubulatis. *Interius* exteriori dimidio brevius, quinquefidum laciniis lanceolatis, ciliatis.

Corolla extus villoſa, alba, venis purpureis: *labium inferius* trilobum lobis oblongis, obtuſis, æqualibus.

Antheræ purpureæ: inferiores ariſtatæ, ariſta alba.

Pro varietate prioris habuit Forskålius, at differt caule herbaceo ſexſulcato, foliis cordato-ovatis obtuſis, petiolo longitudine folii, floribus verticillatis, corolla venis purpureis ſtriata.

DIANTHERA ſuffruticoſa, foliis elliptico-lanceolatis, ſpicis terminalibus, antheris inferioribus ariſtatis. *Flava* 2-3.

Dianthera americana α) *flava, ſpicis terminalibus imbricatis, bracteis lanceolatis, foliis ſcabriuſculis; floribus flavis labio inferiore latiore; anthera inferiore caudata.* Forsk. Deſcr. pag. 9. no. 24.

Caulis fruticoſus, tereriuſculus, craſſitie pennæ anſerinæ.

Rami obſolete quadrangulares, ſubpubeſcentes, lateribus linea exaratis, articulati: *articulis* pollicaribus, geniculis tumidis.

Folia petiolata, oppoſita, elliptico-lanceolata, integerrima, rare piloſa, articulis duplo longiora, venoſa, venis alternis. *Petiolus* brevis.

Spica terminalis, pedunculata, bipollicaris, ſubpiloſa: *Flores* oppoſiti, ſolitarii, contigui.

Bracteæ tres ſub ſingulo flore, lineari-lanceolatæ, obtuſæ, ſubtus villoſæ, unica majore, longitudine floris.

Perianthium duplex: *Exterius* profunde tripartitum: laciniis linearibus, obtuſis, villoſis, bracteis dimidio brevioribus. *Interius* quinquefidum, villoſum, exteriori paulo brevius: laciniis ſubulatis.

Corolla extus villoſa, longitudine bractearum: *Labium inferius* trifidum laciniis lateralibus lanceolatis, intermedia oblonga obtuſa.

Anthera inferior ariſtata.

Quod hæ tres ſpecies varietates *D. americanæ*, ut credidit Forsk., eſſe nequeunt, evidens eſt ex datis deſcriptionibus; differunt enim ab americana, figura foliorum, ſpicis terminalibus, floribus inferioribus remotis nec omnibus confertis ſubcapitatis.

DIANTHERA caule fruticoſo, ſpicis ſolitariis imbricatis axillaribus terminalibusque, bracteis ovatis ciliatis. *Debilis* 2-3.

Dianthera debilis; foliis oblongis, ſpicis axillaribus imbricatis, bracteis late ovatis, ciliatis. Forsk. Deſcr. pag. 9. no. 23.

Caulis fruticoſus. *Rami* obſolete quadrangulares, quadriſulcati, retrorſum piloſi articulati: articulis ſeſquipollicaribus.

Folia oppoſita, lanceolata, baſi in petiolum breviſſimum anguſtata, integerrima, obtuſiuſcula, avenia, ſubtus nervis quatuor parallelis villoſis, articulis dimidio breviora.

Spicæ oblongæ, tetragonæ, folio breviores: axillares alternæ, ſeſſiles; terminalis pedunculata.

Bracteæ verticillatæ, quaternæ, ovatæ, acutiuſculæ, imbricatæ, ciliatæ, ſecundum nervos villoſæ, duæ majores.

Calyx ſimplex, quinquepartitus: laciniis lineari-lanceolatis, ciliatis, bracteis brevioribus.

Corolla

COROLLA extus pubeſcens, bracteis parum longior.

Differt ab inſequente ramis ſulcatis retrorſum piloſis, foliis ſeſſilibus, ſpicis tetragonis axillaribus, bracteis ovatis verticillatis, calyce ſimplici.

Violacea 2-3. DIANTHERA caule fruticoſo, ſpicis terminalibus imbricatis, bracteis lanceolatis ciliatis, floribus bicalyculatis.

Habitat in Arabia felice. FORSK.

CAULIS fruticoſus.

Rami pulverulento-villoſi, obſolete quadrangulares: angulis linea vix exaratis, articulati: *articulis* ſesquipollicaribus.

FOLIA oppoſita, petiolata, inferiora oblonga, ſuperiora lanceolata, baſi rotundata, integerrima, glabra, læte viridia, avenia, longitudine fere articulorum. *Petiolus* brevis.

SPICA terminalis, breviſſime pedunculata, cylindrica, ſemipollicaris.

Bracteæ lanceolatæ, imbricatæ, ciliatæ, acumine ſubpungente terminatæ: infimæ longitudine fere ſpicæ.

PERIANTHIUM duplex: *Exterius* tripartitum, laciniis ſetaceis; *Interius* monophyllum, quinquefidum: laciniis lineari-ſubulatis, glabris, bracteis brevioribus.

COROLLA extus pubeſcens, bracteis longior.

Absque nomine in Collectione FORSK. inveni, nec inter deſcriptas vel nominatas habetur, niſi eſſet Juſticia dubia Catal. Plant. arab. pag. CII. no. 23.

Bicalyculata 2-3. DIANTHERA floribus paniculatis, bicalyculatis, paniculis dichotomis. RETZ A. R. A. Suec. 1775. pag. 297. Tab. 9. *Ejusd.* Obſerv. B. faſc. 1. pag. 10. no. 6.

Dianthera malabarica floribus paniculatis, pedicellis bi ſ. trifidis, floribus bicalyculatis, lacinia dorſali majore. LIN. Suppl. pag. 85.

Dianthera paniculata paniculis axillaribus trichotomis. FORSK. Deſcript. p. 7. no. 19.

Juſticia ligulata. LA MARK. Encyclop. nova. no. 37.

Habitat in Arabia felice. FORSK.

PEDICELLI ſæpe trifidi, hinc FORSK. paniculas trichotomas dixit.

CALYX profunde quinquefidus, ut habet Cel. RETZIUS l. c. nec pentaphyllus.

Specimen a RETZIO amic. communicatum omnino convenit cum plantis herbarii FORSKÅLEI, pariter etiam J. ligulata LA MARK, ut in ipſius herbario vidi; nec ſpecimina malabarica KOENIGII ullo modo differunt.

U T R I C U L A R I A.

Stellaris. UTRICULARIA verticillo utriculario bractearum ciliari. LIN. Suppl. pag. 86.

Utricularia inflexa; foliis dichotomis; pedunculo racemoſo, baſi utriculis verticillatis; nectariis inflexis truncatis. FORSK. Deſcr. pag. 9. no. 26.

ÆGYPTIACA recedit ab INDICA utriculis oblongis ad baſin ſcapi nec ovatis in medio, ceterum omnia ſimillima. In ſpeciminibus horti ſicci FORSKÅLEI utriculæ nullæ in radiculis apparent, quamvis de illis in deſcript. FORSK. l. c. commemoretur. Radiculæ ſæpe etiam adſunt in apice utriculorum ſcapi.

SALVIA.

SALVIA.

SALVIA foliis lineari-lanceolatis denticulatis, floribus pedunculatis. L. S. V. pag. 68. *Ægyptiaca.*

Meliſſa perennis; floribus verticillatis, utrinque ternis pedunculatis, foliis oblongis crenatis. Forsk. Deſcr. pag. 108. no. 30.

Planta ſpontanea fruticulus rigidus, humilis, vix ſpithamæus, cineraſcens, reverſe hirſutus.

Folia lineari-lanceolata, margine reflexa, dentata, hirſuta.

SALVIA foliis lanceolatis ſubintegris cauleque lanato viſcoſis. *Phlomoides* 39-40.

Salvia phlomoides foliis lanceolatis dentatis, hirſutis, viſcidis. Introd. in Oryctogr. Arrag. pag. 158. tab. 4.

Legi in montibus circa Siguenzam Hiſpaniæ.

Tota Planta lanato-tomentoſa, viſcoſa, incana.

Caulis herbaceus, erectus, dodrantalis & ultra, plerumque ſimpliciſſimus, rarius baſi ramoſus.

Folia pleraque radicalia, lanceolata, baſi in petiolum anguſtata, obtuſa, ſæpe dentata, interdum nonnulla dentato-ſubſinuata, plurima integerrima, bipollicaria, duo vel rarius quatuor in caule ſeſſilia, remota.

Flores verticillati, utrinque tres, interdum bini.

Bracteæ cordatæ, acuminatæ, minime pungentes, apice rectæ, duæ minores ſteriles caulem terminant.

Calyx hirſutus, 12-14 ſulcatus, longitudine bractearum, bilabiatus: *Labium ſuperius* tridentatum; *inferius* bidentatum; dentibus omnibus lanceolato-ſubulatis, inermibus.

Corolla alba, magnitudine Salviæ Sclareæ.

Differt a S. æthiopis caule fere ſemper ſimpliciſſimo, viſcoſitate, foliis anguſtis, bracteis apice non reflexis, calycibus inermibus. A S. argentea diſtinguitur foliis anguſtioribus minime eroſis vel dentato-angulatis, caule non paniculato, colore florum.

CYPERUS.

CYPERUS culmo tereti nudo articulato. Lin. S. V. pag. 96. *Articulatus.*

Cyperus niloticus; Culmo tereti nudo, æquali, non articulato, umbella compoſita ſpicis globoſis. Forsk. Deſcr. pag. 13. no. 37.

Culmi in ſpeciminibus horti ſicci Forsk. articulati erant. In planta viva articuli forte minus conſpicui ſunt, iſthmi vero magis evidentes fiunt externe, prouti pars ſpongioſa exſiccatur, hinc abſque dubio Forskålius culmum non articulatum eſſe dixit.

Spiculis brevioribus, interdum octofloris, pallidioribus, a C. articulato americano ſolummodo recedit.

CYPERUS, ſcapo nudo vaginato triquetro, involucro monophyllo ſtricto, ſpicis ſubternis ſeſſilibus. Rottb. Deſcr. pag. 19. no. 20. tab. 8. fig. 4. *Mucronatus* 6-7.

Cyperus lateralis; culmo tereti; baſi vaginato-folioſa, capitulo laterali. Forsk. Deſcr. pag. 13. no. 28.

Culmus potius teres dicendus, cum inferne revera teres eſt, ſub ſpiculis vero vix angulatus, forte exſiccatione. Spiculæ ſæpe 4-6-8.

CYPREUS

Cruentus 20-21. CYPERUS culmo triquetro, involucro polyphyllo longo, umbella ſimplici, ſpicis conglomeratis, floſculis ſulcato-punctatis. Rottb. Deſcr. pag. 21. no. 23. tab. 5. fig. 1.

Cyperus globoſus; culmo triquetro, baſi folioſa, ſpicis conglomeratis ſubgloboſis, ſpiculis convexis, viridibus nitidis. Forsk. Deſcr. pag. 13. no. 40.

Fuſcus. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis ſimplicibus inæqualibus, ſpicis confertis linearibus. L. S. V. pag. 97. Rottb. Deſcr. p. 33. no. 43.

Cyperus ferrugineus. Forsk. Deſcr. pag. 14. no. 43.

SCIRPUS.

Articulatus. SCIRPUS culmo tereti nudiuſculo ſemigeniculato, capitulo glomerato laterali. L. S. V. p. 98. Rottb. Deſcr. p. 53. no. 70.

Scirpus fiſtuloſus; culmo ſubulato nudo; baſi vaginata, capitulo laterali. Forsk. Deſcr. pag. 14. no. 45.

Dichotomus. SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella decompoſita, ſpicis dichotomiæ ſeſſilibus. L. S. V. pag. 100. Rottb. Deſcr. pag. 57. no. 76. tab. 13. fig. 1.

Scirpus biſumbellatus; culmo baſi vaginata, ſpicis pedunculatis terminalibus biſumbellatis. Forsk. Deſcr. pag. 15. no. 46.

Scirpus annuus culmo triquetro nudo, involucro diphyllo, pedunculis nudis, ſpicis ſolitariis. Allioni Fl. Pedem. no. 2371.

A ſpeciminibus ex India orientali recedit fere tantummodo magnitudine, & villoſitate. Planta polymorpha.

SACCHARUM.

Spontaneum. SACCHARUM foliis convolutis panicula effuſa: ſpiculis ſimplicibus, floribus remotis involucratis. L. S. V. pag. 103.

Saccharum biſolium; panicula lanata ſecunda; calycibus unifloris, geminatis, extus lanatis. Forsk. Deſcr. pag. 16. no. 50.

PANICUM.

Sanguinale. PANICUM ſpicis digitatis baſi interiori nodoſis, floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. Lin. S. V. pag. 106.

Phalaris velutina, ſpicis alternis, filiformibus; culmo foliisque villoſiſſimis. Forsk. Deſcr. pag. 17. no 55.

Fluitans 9-10. PANICUM ſpicis alternis ſeſſilibus ſecundis. Retz. obſ. faſc. 3. pag. 8. 12.

Panicum geminatum, ſpicis linearibus alternis, appreſſis, ſpiculis ſolitariis bifariam imbricatis. Forsk. Deſcr. pag. 18. no. 59.

Gramen paniceum polyſtachion ſinicum, binis granorum ordinibus. Pluk. Amalth. pag. 110. tab. 417. fig. 7. Ex fide Horti ſicci Plukenetii.

Habitat in Madagaſcar, arabia.

Vaginæ in Forskåleana ventricoſæ.

Valvula

Valvula acceſſoria truncata.

Gluma biflora. *Flos maſculus* univalvis; valvula tenuis, pellucida. *Flos hermaphroditus* bivalvis: *valvulis* craſſioribus: *Exterior* convexa; *Interior* minor, plana, lateribus valvulæ exterioris incluſa.

Specimina Forskålæi minora ſunt, quam Indica. Omnino diverſa a P. brizoide Linnæi, ut ex ſpecimine herbarii Linnæani vidi.

PANICUM ſpiculis alternis ſecundis muticis ovatis ſcabris, rachi tereti uſcula. Lin. S. V. pag. 105. *Colonum.*

Panicum tetraſtichon; ſpicis alternis ſecundis, quadrifariam imbricatis, floſculis ſecundis hinc planis, inde gibboſis, villoſis, muticis. Forsk. Deſcr. pag. 19. no. 62.

AGROSTIS.

AGROSTIS panicula contracta mutica, foliis bifariis involutis ſerrulatis, rigidis. *Pungens* 22-23.

Agroſtis pungens panicula coarctata mutica, foliis involutis rigidis pungentibus: ſuperioribus oblique oppoſitis culmo ramoſo. Schreb. Gram. p. 2. pag. 46. tab. 27. fig. 3.

Phalaris diſticha; panicula mutica, ovata, foliis diſtichis, involutis, culmo ramoſo repente. Forsk. Deſcr. pag. 17.

Culmus repens, ramoſus. *Rami* floriferi obliqui, interne ramoſi, rarius ramo unico ſuperne, vaginis foliorum tecti.

Folia alterna, bina ſemper approximata, bifaria, *involuta*, rigida, pungentia, glabra, ſerrulata, intermedia longiora, ſæpe bipollicaria; ſummum ſpathaceum reliquis parum amplius.

Vaginæ foliis breviores, ſubſtriatæ, fauce utrinque barbatæ, ejusdem fere latitudinis ac folia.

Panicula coarctata, ſubbipollicaris.

Valvulæ Calycinæ lanceolatæ, carinatæ, glabræ, inæquales: unica longitudine corollæ, altera duplo brevior.

Corollæ valvulæ æquales: exterior ſubſtantia & figura calycis, altera tenuis, membranacea; genitalia involvens.

A figura Cel. Schreberi parum recedit: panicula minus coarctata, foliisque rarius oppoſitis.

Ut varietas maritima Agroſtis ſtoloniferæ in herbario Linnæi aſſervatur.

AGROSTIS panicula ſpicata, foliis involutis rigidis in geniculis concervatis, ramis infractis. *Spicata*

Agroſtis virginica; ſarmentis repentibus, foliis convolutis ciliatis. Forsk. deſcr. pag. 20.

Convenit cum præcedente culmo repente; glabritie, foliis calycibusque, ſed differt facie: Foliis, ramis ramulisque plurimis in geniculis congeſtis. *Vaginis* foliisque groſſe ſtriatis, non vero ſubtiliſſime ut in præcedente, foliis latioribus. Ramis floriferis ſimplicibus, inferne infractis. *Internodiis* plerumque tribus, infimis bilineari bus veſtitis totidem foliis verſus baſin ramorum approximatis. *Articulo* ultimo rami floriferi quadripollicari, folio vaginanti duplo longiore. *Paniculis* ſpicatis, cylindricis, tripollicaribus.

Præcedens vero gaudet ramis ex plurimis articulis compoſitis, geniculis minime infractis, a baſi uſque ad apicem foliis plurimis approximatis inſtructis eorumque vaginis tectis, articulo ultimo ut & folio ultimo magnitudine reliquorum. Panicula contracta.

Obſ. Foliis involutis gaudent plurima gramina, quæ ad littora maris mediterranei inque collibus aridis Hiſpaniæ & Barbariæ obſervavi, facie ſæpe tam diverſa ab aliis in loco fertiliori enatis, ut incautum facile ſeducant. Pro ſpecie diſtinguenda certe igitur *folia involuta non ſufficiunt, niſi* aliæ notæ ſimul adſunt. Quapropter gramina varia foliis involutis cultura exploranda eſſent, ut innoteſceret, num revera ab aliis jam notis differrent, vel in illa tranſirent.

Chromandeliana 24-25. AGROSTIS panicula ovata patente, pedunculis ſimplicibus, floribus ſecundis muticis, calycibus æqualibus acutis nitidis. Retz. Obſ. faſc. 4. pag. 19.
Agroſtis indica. Forsk. Catal. Pl. Arab. pag. cv. no. 66.

CYNOSURUS.

Flocciſolius 8-9. CYNOSURUS ſpicis linearibus rectis, foliis conduplicatis margine alterne barbatis.
Cynoſurus flocciſolius; ſpicis linearibus, inferioribus alternis, ſupremis geminis, foliis alternis margine alterne flocciferis. Forsk. Deſcr. pag. 21. no. 73.

Difficillime limites inveniuntur inter hunc & reliquos Cynoſuros digitatos. Habitu proxime accedit ad C. coracanum. Differt ab omnibus Foliis ſuis ſingularibus conduplicatis alterne barbatis. In interiore latere folii verſus marginem foveola minuta oblonga adeſt, & e regione foveolæ externe macula, ambæ flaveſcentes, margo folii involutus inter has duas maculas exciſus eſt, totaque hæc regio pilis albis, mollibus, faſciculatis veſtitur. *Vaginas* nunquam ciliatas vidi, nec folia piloſa. Spicæ Spiculæque longiores & anguſtiores, quam in C. Coracano, valvulæ floſculorum acutiores.

FESTUCA.

Pungens 10. FESTUCA ſpica glomerata ovata, ſpiculis ſexfloris teretibus lanuginoſis, foliis involutis rigidis.
Feſtuca mucronata; panicula glomerata; ſpiculis multifloris; flore glandulifero. Forsk. Deſcr. pag. 22. no. 74.

Culmus repens. *Rami* erecti, ſuperne plerumque in quatuor ramos divaricatos, ſpithamæos, craſſitie pennæ columbinæ diviſi. *Internodii* pollicares.

Folia alterna, bifaria, patentiſſima, involuta, rigida, unguicularia, pungentia, glaberrima, ſubtiliſſime ſtriata.

Vaginæ articulis duplo longiores, culmum tegentes, foliis latiores, ciliatæ, fauce utrinque barbatæ: *Ligula* nulla.

Spica compoſita, ſeſſilis, terminalis, ovata, ſemipollicaris. *Rachis* pubeſcens. *Spiculæ* duodecim, alternæ, glomeratæ, teretes.

Calyx 6-8 florus, bivalvis: *Valvulæ* oblongæ, concavæ, glabræ, carinatæ, muticæ, altera anguſtior.

Corollæ *valvula exterior* ovata, concava, mucronata, hyalina, lineis tribus elevatis viridibus, apice ſubſerrulata, externe piloſa, præſertim baſi & verſus marginem. *Valvula interior* anguſtior, plana, lateribus inflexis, piloſis, utrinque ad marginem linea viridi.

Glan-

Glandulas in filamentis obſervare non potui in ſpecimine ſicco.

Tab. II. a. Spicula. b. Floſculi gemini magnitudine naturali. c. Lente aucti.

LAGURUS.

LAGURUS ſpica cylindrica mutica. LIN. S. Veget. pag. 123. *Cylindricus.*

Arundo epigeios. FORSK. Deſcr. pag. 23. no. 82.

ARISTIDA.

ARISTIDA paniculata, ariſta intermedia longiore lanata, culmis villoſis. LIN. Spec. plant. pag. 1666. *Plumoſa.* T. 3

Ariſtida lanata; panicula ramoſa, corollæ ariſta medio-lanata. FORSK. Deſcr. pag. 25. no. 87.

CULMUS baſi in quatuor vel quinque ramos diviſus: Internodiis inferioribus ſuperne lanatis.

FOLIA involuta, filiformia, bipollicaria, rigidiuſcula, apice flaveſcentia.

Vaginæ articulos inferiores tantummodo ad dimidium tegunt.

ARISTÆ laterales intermedio triplo breviores, capillares.

Patriam hujus Graminis Americam eſſe aſſerit Illuſt. LIN. Spec. Plant. pag. 1666. ed. 2. ſed error abſque dubio eſt. Incolam Orientis etiam indicat Synonymum TOURNEFORTII ibidem allatum.

Tab. III. a. Ramulus paniculæ magnitudine naturali. b. Flos calyce inſtructus auctus.

ROTTBÖLLIA.

ROTTBÖLLIA ſpica ſubulata hirſuta, floſculis hermaphroditis patentibus, ſterilibus pedicellatis adpreſſis. *Hirſuta.* 1-2.

Triticum ægilopoides. FORSK. Deſcr. pag. 26. no. 94.

CULMUS pedalis & ultra, ſtriatus, ſuperne alternatim excavatus. *Rami* floriferi interdum plures ex uno geniculo.

FOLIA involuta, rigidiuſcula, bipollicaria, apice flaveſcentia, ultimum ſpathaceum. *Vaginæ* foliis latiores, ſubſulcatæ, fauce barbatæ.

SPICA terminalis, ſolitaria, ſubulata 3-4 pollicaris. Rachis flexuoſa, articulata; *Latere* unico convexa, altero concava ſecundum floſculos, hirſutie ſericea molli tota obſita, excepto latere cavo; dentibus bifloris: flos alter ſeſſilis, patens, alter pedicellatus adpreſſus, rarius 3 ad ſingulum dentem, intermedius tum pedicellatus eſt.

GLUMÆ bivalves, ovatæ biflora. *Valvulæ* inæquales, *exterior* plana ovata, pilis longis ciliata, margine involuta, acuminata; acumine bifido, laciniis inæqualibus. *Interior* convexa, carinata, dorſo & apice piloſa, acuta, integra.

COROLLA altera maſcula, altera hermaphrodita. *Valvulæ* lanceolatæ hyalinæ.

ANTHERÆ lineares.

STIGMATA penicilliformia.

FLOS pedicellatus ſterilis; *valvulæ* lanceolatæ, inæquales, ciliatæ, integræ.

Ad ROTTBÖLLIAM Gramen pulcherrimum amandavi ob rachin articulatam & flores ante antheſin in cavitate rachidis reconditos. Gluma calycina in ROTTBÖL. dimidiata etiam bivalvis & biflora eſt æque ac in hirſuta. Flos ſterilis in reliquis ROTTBÖLL.

 ſeſſilis

ſeſſilis eſt parum ſupra alterum, in hirſuta vero pedicello elevatur. Cæterum facies omnino eadem cum reliquis Rottböllis.

TRITICUM.

Maritimum. TRITICUM calycibus multifloris, floſculis mucronatis, ſpica ramoſa. Lin. S. V. pag. 127.

Feſtuca dichotoma; panicula dichotoma; ſpiculis ſeſſilibus, patentiſſimis linearibus, trifloris, muticis. Forsk. Deſcr. pag. 75. no. 22.

MANETTIA.

Lanceolata. MANETTIA foliis lanceolatis, floribus pentandris.

Ophiorrhiza lanceolata. Forsk. Deſcr. pag. 42.

Certe fruticoſa eſt.

Pedunculi terminales ſæpe terni, laterales intermedio triplo longiores, apice bifidæ. *Foliolum lanceolatum* ad *diviſuram pedunculorum.*

Flores primum congeſti, dein racemoſi, ſecundi: *foliolis ſetaceis* ad *baſin* calycis.

Capſula calyce coronata ideoque non Ophiorrhiza. Cum Manettia convenit corolla nectario, ſtigmate & Pericarpio, differt ſolummodo numero ſtaminum & laciniarum calycis. Genus ordine naturali Cinchonis affine.

PLANTAGO.

Albicans. PLANTAGO foliis lanceolatis obliquis villoſis, ſpica cylindrica erecta, ſcapo tereti. Lin. S. V. pag. 156.

Plantago cylindrica foliis linearibus utrinque hirſutis; ſpicis cylindricis ſubcurvis, corollis lanceolatis. Forsk. Deſcr. pag. 31. no. 4.

SCOPARIA.

Dulcis. SCOPARIA foliis ternis floribus pedunculatis. Lin. S. V. pag. 157.

Scoparia ternata foliis lanceolatis apice ſerratis, ramis ternatis nectario villoſo. Forsk. Deſcr. pag. 31. no. 7.

SALVADORA.

Perſica. SALVADORA. Lin. S. V. pag. 166.

Rivina paniculata. ib. pag. 165.

Ciſſus arborea; foliis oblongis, integris craſſis. Forsk. Deſcr. pag. 32. no. 8.

Embelia Burmanni. Retzii Obſ. Bot. faſc. 4. p. 23. no. 69.

Rami læviſſimi, glabri, verſus apicem obſcure tetragoni, cortice albo.

Folia oppoſita, petiolata, elliptica, integerrima, craſſa, pallida, nervoſa.

Racemi axillares, patentes: *racemulis* horizontalibus, ſuperioribus ſenſim minoribus.

Calyx minutus, quadrifidus: *laciniis* rotundatis.

Corolla

Corolla monopetala, perſiſtens, pallide flava, quadrifida: *laciniis* ovatis, acutis, reflexis.

Embelia Ribes Burmanni Fl. ind. p. 62. tab. 23. eſt planta diſtincta foliis alternis & reliquis partibus, ut ex ſpeciminibus Herbarii Cel. viri didici. Embeliam groſſularioidem Konigii vidi in Horto ſicco Ill. Linnæi ſub nomine Salvadoræ perſicæ. Ciſſus arboreus Forskålei in omnibus convenit cum Embelia groſſular. Konigii, quare de veritate Synonymorum plane convictus ſum. Rivina paniculata utpote eadem planta ac Salvadora perſica in Syſtemate Vegetabilium deleatur, quod jam monuit immortalis Præceptor in Spec. plant. pag. 178.

Cum calyx minutus corollam arcte includens eique concolor a laciniis corollæ tegitur, in deſcriptione generis omiſſus fuit. Certe adeſt, ideoque Salvadora in ſecunda diviſione Tetrandriæ monogyniæ collocatur.

Tab. IV. repræſentat plantam ſecundum ſpecimen a Konigio miſſum fig. a flos magnitudine aucta a latere viſus. b. Corolla cum ſtaminibus & piſtillo.

HELIOTROPIUM.

HELIOTROPIUM foliis obovatis villoſis integris, ſpicis ſimplicibus conjugatisque, ſeminibus punctatis. Retz. Obſ. faſc. 2. pag. 9. *Coromandelianum.* 5-6.

Lithoſpermum ovalifolium caulibus decumbentibus; foliis oblongo-ovalibus, integris petiolatis. Forsk. Deſcr. pag. 8.

Planta arabica differt ſolummodo ab Indica ramulis, foliis ſeminibusque denſius villoſis, ſericeis.

HELIOTROPIUM foliis lanceolatis hiſpidis margine revolutis undulatis, ſpicis conjugatis, corollis villoſis, caule procumbente. *Undulatum* 6-7.

Lithoſpermum hiſpidum; caule procumbente, foliis lanceolatis hiſpidis, ſeſſilibus undato-dentatis; ſpicis terminalibus ſecundis. Forsk. Deſcr. p. 38. no. 24.

Caulis lignoſus, piloſus, ſubdichotomus, teres, procumbens.

Rami ſpithamæi & ultra.

Folia alterna, anguſto-lanceolata; inferiora in petiolum breviſſimum attenuata, ſuprema ſeſſilia, ſemipollicaria, margine revoluta, undulata, obtuſiuſcula, rugoſa, hiſpida, præſertim verſus marginem: pili adpreſſi, tuberculis minutis inſidentes.

Spicæ conjugatæ, laterales & terminales, pollicares, compactæ.

Calyx piloſus, quinquefidus; laciniis linearibus, obtuſis.

Corolla extus piloſa, calyce longior. *Tubus* medio amplior, ſuperne anguſtior. *Faux* pervia. *Limbus* quinquefidus, plica dentiformis inter lacinias.

Stigma conicum, apice bidentatum, baſi annulo cinctum.

Semina villoſa.

HELIOTROPIUM foliis ellipticis petiolatis villoſis, margine revolutis planis, ſpicis conjugatis, caule procumbente. *Lineatum* 6-7.

Lithoſpermum heliotropioides; caule procumbente, foliis petiolatis ovalibus ſubrepandis, ſpicis terminalibus & lateralibus. Forsk. Deſcr. p. 39. no. 25.

Caulis fruticoſus, teres, dichotomus, craſſitie pennæ columbinæ, procumbens.

Rami tenues, ſpithamæi, villoſi, ſuperne tomentoſi.

Folia petiolata, elliptica, ſemipollicaria, margine revoluta, plana, acuta, villoſa, mollia, præſertim ſubtus, lineata: lineis utrinque tribus.

Spicæ conjugatæ, laterales & terminales.

Bractea lineares, acutæ.

Calyx villoſus; laciniis lanceolatis.

Corolla glabra, calyce longior. *Tubus* ſuperne amplior. *Faux* pervia. Dens inter Lacinias Limbi.

Stylus filiformis. *Stigma* conicum, acutum, integerrimum, apice villoſum.

Semina villoſa.

Dignoſcitur a præcedente figura & villoſitate foliorum, margine minime undulatorum, præſentia bractearum, glabritie corollæ, ſtigmate integerrimo.

Habitus, infloreſcentia, dens inter lacinias perſuadit, hanc una cum præcedente ſpeciem eſſe Heliotropii.

LITHOSPERMUM.

Orientale. LITHOSPERMUM ramis floriferis lateralibus, bracteis cordatis amplexicaulibus. Lin. S. V. pag. 185.

Anchuſa tuberculata; ſeminibus tuberculatis. Forsk. Deſcr. pag. 41.

Calloſum. 6-7. LITHOSPERMUM foliis lanceolato-linearibus calloſo-verrucoſis hiſpidis, caule ſuffruticoſo hiſpido.

Lithoſpermum anguſtifolium ſeminibus lævibus; corollis calyce triplo longioribus; caule diffuſo, foliis lanceolatis. Forsk. Deſcr. pag. 39.

Habitat in deſertis Kahirinis.

Caulis dodrantalis, cortice albo, inferne villoſus, ſuperne hiſpidus, præſertim verſus apicem, ramoſus: *Rami* altitudine caulis, ſuperne bis vel ſemel diviſi.

Folia ſeſſilia, remota, lanceolato-linearia, obtuſa, undique callis albidis apice ſetis rigidis concoloribus adſperſa.

Spica terminalis, revoluta, hirſutiſſima. *Foliolum* lineare, calyce longius, ciliatum ad baſin ſinguli floris.

Corollæ *tubus* villoſus.

Variat ramis magis vel minus erectis.

Ciliatum 6-7. LITHOSPERMUM foliis ovatis incanis margine calloſis ciliatis, caule ſuffruticoſo muricato hiſpido.

Lithoſpermum ciliatum; foliis ovato-lanceolatis, tomentoſis, aculeato-ciliatis. Forsk. Deſcr. pag. 39.

Fruticulus rigidus, erectus, dodrantalis, incanus, ſuperne muricatus, hiſpidus ramoſiſſimus: *Rami* dichotomi.

Folia ſemiamplexicaulia, ovata, incana, apice patula, margine callis albidis verrucoſa, ciliata, parva.

Spica lateralis, ſemipollicaris.

ASPERUGO.

Ægyptiaca. ASPERUGO calycibus fructus ventricoſis. Lin. S. V. pag. 188.

Anchuſa flava; caulibus procumbentibus; pedunculis lateralibus decurrentibus ad axillas. Forsk. Deſcr. pag. 40. no. 30.

Tota planta hiſpida. *Pedunculi* fructiferi cernui.

PRIMULA.

PRIMULA.

PRIMULA foliis ſerratis glabris, floribus verticillatis. Tab. V. *Verticillata* 4-5.

Primula verticillata; floribus verticillatis; foliis lanceolato-ovatis, ſerratis petiolatis, ſubtus farinoſis. FORSK. Deſcr. pag. 42. no. 38.

FOLIA radicalia, lanceolato-ovata, in petiolum planum, foliis duplo longiorem deſinentia, ſuperne inæqualiter ſerrata, inferne integerrima, acuta, venoſa, ſubtus farinoſa, bipollicaria.

SCAPUS erectus, teres, craſſitie pennæ anſerinæ, pedalis & ultra.

VERTICILLI verſus ſummitatem 2-3. remoti, inferior ſexflorus, ſuperiores multiflori.

Bracteæ ſub verticillis inferioribus lanceolatæ, ſuperne ſerratæ, pollicares; in verticillo terminali lanceolato-ſubulatæ, integerrimæ, omnes ſubtus farinoſæ.

Pedicelli longitudine bractearum, teretiuſculi, tenues, farinoſi.

PERIANTHIUM monophyllum, campanulatum, abbreviatum, farinoſum, profunde quinquefidum: *laciniis* ovato-lanceolatis, acuminatis.

COROLLÆ *tubus* cylindricus, clavatus, baſi farinoſus, pollicaris.

PERICARPIUM ut in congeneribus.

CONVOLVULUS.

CONVOLVULUS foliis lanceolatis haſtatis, pedunculis axillaribus geminis biſloris. *Haſtatus* 7-8.

Convolvulus haſtatus; caule volubili, bicubitali, ſcandente; foliis haſtatis, bipollicaribus, baſi infra unidentatis, pedunculis geminis, ſemel dichotomis. FORSK. Deſcr. pag. 203.

Caulis volubilis, piloſus.

Folia petiolata, remota, haſtata, lanceolata, integerrima, ſupra glabra, ſubtus villoſa: auriculis rotundatis, poſtice interdum unidentatis,

Petiolus folio dimidio brevior.

PEDUNCULI axillares, gemini, petiolo breviores, biflori, villoſi.

CALYCES piloſi; *foliolis* acuminatis, apice patulis.

CONVOLVULUS. LIN. Sp. pl. pag. 22. *Althæoides β.*

Convolvulus ſericeus; caule volubili; ſtigmate ſimplici; foliis palmato-pedatis, pedunculis unifloris. FORSK. Deſcr. pag. 204.

Varietas hæc Convolvulo althæoide tenerior eſt. Corolla minor. Foliola exteriora calycis non piloſa, ſed ſubnuda. Villoſitas in foliis denſior quam in C. althæoide. Hæ vero differentiæ minus ſufficiunt pro ſpecie diſtinguenda, præſertim cum in ſpeciminibus variis in Europa auſtrali & Tuneti viſis, foliis plus vel minus diſſectis ludit ſecundum locum. Folia ſuperiora in Convol. alth. omnino eadem ſunt, ac in ſericeo FORSKÅLEI, ideoque tantummodo ut varietas conſideranda.

CONVOLVULUS foliis palmatis glabris ſerrulatis, ſtipulis foliiformibus palmatis, axillis tomentoſis, calycibus paniculatis lævibus. *Cairicus.*

Convolvulus henneaphyllos, flore purpureo. BARREL Ic. 30.

Convolvulus Cairicus foliis pinnato-palmatis ſerratis, pedunculis filiformibus paniculatis, calycibus lævibus. LIN. S. V. pag. 202.

Ipomæa palmata; foliis palmatis, lobis quinque lanceolatis, extimis bifidis; pedunculis dichotomis. Forsk. Deſcr. pag. 43.

Axillæ denſe piloſæ, cæterum tota planta glaberrima.

Folia ſeptemfida: lobi lanceolati, ſerrulati, mucrone terminati, laterales breviores.

Foliolum utrinque ad baſin petioli, ſtructura foliorum caulis.

Pedunculi folio duplo longiores: pedicelli verſus medium bibracteati.

Foliola Calycina glabra, obtuſa.

Corolla campanulata.

Stigma capitatum.

Lanatus 45-46. CONVOLVULUS foliis lanceolatis linearibus tomentoſis, ramis ſeneſcentibus ſpinoſis, floribus capitatis involucratis.

Convolvulus cneorum. Forsk. Catal. pl. Ægypt. pag. 63. n. 124. & Catal. pl. Arab. p. 106. n. 120.

Convolvulus Orientalis humilis argenteus latifolius erectus & villoſus. Tourneforthii Cor. p. 1.

Habitat in Ægypto inferiori & monte Sinai.

Caulis fruticoſus, erectus, inferne ramoſus. *Rami ſeneſcentes*, ſpinoſi, aphylli, ſteriles, ſubvilloſi, 1-2 pollicares. *Floriferi* e baſi ſeneſcentium, ſimpliciſſimi, ſpithamæi & ultra, erecti, teretes, inermes, rigidi, verſus apicem flexuoſi, valde hirſuti; hirſutie molliſſima.

Folia alterna: inferiora lanceolata, baſi attenuata, interdum plura, congeſta ad exitum ramorum ex eodem puncto, inæqualia. Superiora lanceolato-linearia, ſeſſilia, acuta, unguicularia, ſpatio ſemipollicari remota. *Floralia* reliquis parum latiora, omnia craſſiuſcula, avenia, tomentoſa, minime ſericeo nitentia.

Pedunculi a baſi fere usque ad apicem ex omnibus axillis, ſolitarii, folio dimidio breviores, multiflori.

Flores 6-8 ſeſſiles, involucrati. *Involucrum* hexaphyllum, longitudine calycis: Foliolis tribus exterioribus ovatis, acutis; interioribus lanceolatis. Omnibus latere exteriori una cum pedunculis calycibusque hirſutiſſimis, e pilis longis, molliſſimis, nitentibus: latere interiori ſubpiloſis.

Bracteæ binæ ſub ſingulo flore.

Perianthium quinquepartitum: *laciniis* linearibus.

Corolla campanulata, extus piloſa, colore Conv. cneori.

Filamenta inæqualia: *Antheræ* lineares.

Stylus filiformis, bifidus: *laciniis* filiformibus. *Stigmata* acuta.

Differt a Conv. Cneoro ramis ſeneſcentibus ſpinoſis, floribus axillaribus. Conv. ſpinoſus Lin. Suppl. pag. 137. diſtinguitur a noſtro ramis foliisque tomentoſo-ſericeis, pilis minutis, ſpinis axillaribus, pedunculis unifloris verſus ſummitatem.

De Synonymo Tourneforthii non dubito, quamvis ſpinæ nullæ adeſſent in ſpecimine a Tournef. ipſo lecto, quod in Collectione Dn. Jussiæi Pariſiis vidi, nam omnia reliqua eadem erant. Si non fallor, Burmanni Convolvulus ſericeus Fl. Ind. pag. 49. tab. 19. fig. 3. etiam huc pertinet, certe ſpecimina, quæ in ejus herbario vidi, cum noſtro omnino conveniunt; nam quantum recordor, flores plures in capitulo collecti erant.

Hyſtrix 45-46. CONVOLVULUS fruticoſus, foliis oblongis, floribus ſeſſilibus ſubſolitariis, ramis ſpineſcentibus.

Con-

Convolvulus ſpinoſus. Forsk. Cat. pl. Arab. pag. 106. n. 121.
Habitat in Arabia.
Frutex rigidus, ramoſiſſimus, diffuſus, pedalis: *ramis* ramuliſque ſpineſcentibus: *ramulis* ſubſericeis, ſemipollicaribus.
Folia ſeſſilia in ramis ramulisque, ſparſa, oblonga, ſericea, integra, parva, vix bilinearia.
Flores ex axillis inferioribus ramulorum, ſeſſiles, plerumque ſolitarii, rarius gemini.
Bracteæ binæ ad baſin calycis, oblongæ, acutiuſculæ, apice parum latiores, reflexæ.
Calycis foliola hirſuta, duo exteriora oblonga, rigida, reliquis majora.
Corolla hirſuta, parva.
Stigmata duo, capillaria.

CONVOLVULUS foliis ſagittatis poſtice obtuſis, caule repente, pedunculis ſubbifloris (unifloris L.) Lin. S. V. pag. 203. *Repens.*
Ipomæa aquatica; foliis cordatis acutis. Forsk. Deſcr. p. 44.
Habitat in aquoſis Arabiæ felicis.
Radiculæ fibroſæ, bipollicares.
Caulis repens, teres, craſſitie pennæ anſerinæ. *Stolones* axillares, 3-4 pollicares.
Folia primaria cordato-acuminata, verſus baſin dentata: dentibus 3-4 inæqualibus, remotis, pollicaria. *Stolonum* cordato-ſagittata, integerrima, minora. Omnia glabra.
Petiolus flexuoſus, glaber, foliis duplo longior.
Pedunculus axillaris, ſolitarius, biflorus, rarius quadriflorus, longitudine petioli. *Flores* pedicellati: pedicelli ſenſim craſſiores. *Bracteæ* duæ minutæ ad baſin pedicellorum.
Calyx quinquefidus: *laciniis* oblongis, glaberrimis, obtuſis.
Corollæ tubus ſemipollicaris.

Planta Forskålei optime convenit cum Balel Hort. Malab. T. II. pag. 107. tab. 52. Convolvulus vero Plum. Amer. p. 89. tab. 105. videtur eſſe diverſa planta.

CONVOLVULUS foliis panduriformibus integrisve emarginatis baſi cordatis, pedunculis unifloris, caule repente. *Imperati 60-61.*
Convolvulo marino. Imper. h. n. 671.
Soldanella vel braſſica maritima major. Bauh. Pin. 295.
Convolvulus marinus, Soldanellæ affinis. Bauh. h. 2. pag. 168.
Convolvulus maritimus, major italicus, ſinuato & auriculato folio. Moris. h. Ox. 2. 37.
Soldanella marina, longo & ſinuato folio, ſeu Convolvulus marinus lacteſcens Soldanellæ congener. Imperati. Barrel. Obſ. 33. Icon. 856.
Habitat ad littora maris Neapoli.
Folia petiolata, remota, erecta, oblonga, baſi cordata, utrinque lobulis binis rotundatis aucta, interdum integra, emarginata, craſſiuſcula, glabra, nervoſa, ſubpollicaria.
Petiolus folio longior.
Pedunculus axillaris, ſolitarius, interdum gemini, longitudine petiolorum; verſus apicem foliolum lanceolatum.

Calyx glaber: foliolis oblongis.

Corolla & habitus Convolvuli Soldanellæ.

Arenarius 60-61. CONVOLVULUS foliis oblongis emarginatis baſi lobatis integriſve, pedunculis unifloris, corollis tubuloſis, caule decumbente.

Habitat in Inſulis Azoricis.

Tota planta lævis.

Caules decumbentes, filiformes, purpuraſcentes, flexuoſi.

Folia congeſta, petiolata, oblonga, apice valde emarginata, baſi ſæpe utrinque lobulo rotundato aucta, interdum integra, avenia, ſubtus pallidiora, ſemiunguicularia.

Petiolus foliis longior.

Pedunculi bini vel ſolitarii, axillares, petiolum æquantes.

Calycis foliola æqualia, oblonga, ſubmembranacea.

Corollæ *Tubus* ſuperne ſenſim parum ampliatus, ſeſquipollicaris.

Facies omnino præcedentis ſed lævior, folia plura congeſta, caulis decumbens, præcipue vero differt corollis tubuloſis, non vero campanulatis ut in C. Imperati.

CAMPANULA.

Cochlearifolia 47-48. CAMPANULA foliis inferioribus petiolatis ſubrotundis dentatis, ſummis lanceolatis ſeſſilibus ſubintegerrimis.

Campanula minor alpina foliis cochleariæ. Barrel. icon. 454.

C. *cochlearifolia caulibus ſimplicibus unifloris, foliis radicalibus cordato-ſubrotundis crenatis longiſſime petiolatis, caulinis ſubſpathulatis acutis flore cernuo.* La Mark Encycl. no. 4.

Habitat in Apeninis. Communicavit mecum Dn. Cavolini Neapolitanus, Cultor Hiſtoriæ naturalis eximius.

Tota glabra.

Caules debiles, ſemipedales, ſuperne ramoſi. *Rami* ſimpliciſſimi, patentiſſimi.

Folia alterna; inferiora petiolata, ſubrotunda, groſſe dentata, dentibus utrinque 3 acutis, baſi integerrima, craſſiuſcula, avenia, ſemiunguicularia: ſuperiora lanceolata, ſeſſilia, ſubintegerrima, dente interdum uno alterove.

Flores in apice ramorum ſolitarii, ante floreſcentiam cernui.

Calyces glabri: laciniis lanceolato-ſubulatis, corolla longioribus.

Capsula angulata e lineis elevatis decurrentibus, trilocularis.

Diffuſa 52-53. CAMPANULA caulibus diffuſis, foliis petiolatis ſerrato-dentatis, inferioribus cordatis, ſuperioribus lanceolatis, pedunculis unifloris.

Campanula parva, rotundifolia, flore cæruleo, pentagono grandi. Raji h. pag. 791. Tournef. Inſt. R. H. pag. 112. fide herbarii Tournef.

Campanula ſaxatilis, rotundifolia, hiſpida; flore cæſio amplo italica. Barrel. Icon. 453.

Habitat in Calabria. Dn. Pacifico. ♃

Radix perennis.

Caules diffuſi ramoſi. *Rami* teretes, glabri, ſtriati.

Folia petiolata alterna, obtuſe ſerrato-dentata, glabra, obtuſa, unguicularia, inferiora cordata, ſumma lanceolata.

Petiolus

Petiolus longitudine folii.

Flores verſus apicem pedunculati. *Pedunculus* ſolitarius, uniflorus, ſuffultus foliolo lanceolato integerrimo.

Laciniæ calycis ſubulatæ.

Varietatem vidi caulibus foliisque piloſiſſimis, laciniis calycis latioribus.

CORDIA.

CORDIA foliis ovatis ſupra glabris, corymbis lateralibus, calycibus decem ſtriatis. Lin. S. Veg. pag. 230. *Myxa.*

Cornus ſanguinea. Forsk. Deſcr. p. 33. no. 10.

BÆOBOTHRYS.

BÆOBOTHRYS foliis ovato-dentatis. *Nemoralis.*

Bæobothrys nemoralis. Forst. nov. genera pag. 22.

Genus a reliquis pentandris monogynis floribus monopetalis ſuperis diſtinguitur: Calyce duplici. Bacca uniloculari, plolyſperma.

BÆOBOTHRYS foliis lanceolatis ſerratis. Tab. VI. *Lanceolata.* T. 6.

Mæſa. Forsk. Deſcr. pag. 66.

Rami glabri, teretes, cortice fuſco.

Folia petiolata, alterna, lanceolato-elliptica, glabra, ſubavenia, nervis transverſis, ſerrata, baſi integerrima.

Petiolus folio triplo brevior.

Racemi ſupradecompoſiti, axillares, folio breviores.

Bractea minuta, lanceolata ſub ſingulo pedunculo & pedicello.

STRÖMIA.

STRÖMIA. Cadaba Forskålei Deſcr. pag. 67.

Character eſſentialis.

Calyx tetraphyllus. Nectarium ligulatum.

Bacca corticoſa pedicellata.

Character naturalis.

Calyx *perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, deciduis: duobus exterioribus concavis; interioribus planis.

Corolla tetrapetala; vel nulla; *Petala* lanceolata, undulata, deſinentia in ungues longitudine calycis, ad idem latus deflexis.

Nectarium monophyllum, adſcendens, receptaculo elongato verſus baſin e regione inſertum, ligulatum. *Tubus* tenuis, petalis longior: *Lamina* lanceolata.

Stamina *filamenta* quinque vel quatuor, filiformia, inæqualia, receptaculo inſidentia, 2 in medio, 3 inferius, nectario longiora.

Pistillum *germen* oblongum, pedicellatum: pedicellus filamentis longior, aſcendens.

Stylus nullus.

Stigma obtuſum, ſeſſile.

Pericarpium *Bacca* corticoſa, pedicellata, cylindrica, unilocularis, bivalvis.
Semina plura reniformia, compreſſa lævia, triplice ſerie, imbricata.
Habitus generis.
Caulis fruticoſus; ramis alternis.
Folia alterna, integra.
Inflorescentia racemus.
Fructus & habitus Capparidis, Corolla Cleomis, diſtinctiſſima nectario & ſitu ſtaminum; ordine naturali medium inter Cratævam & Capparidem.

Strömiam vocavi in honorem Dn. Ström Norvegi, Theologiæ Profeſſoris, omnium Regnorum Naturæ indefeſſi perveſtigatoris, qui ſcriptis plurimis Hiſtoriam naturalem Norvegiæ illuſtravit.

Farinoſa. STRÖMIA, foliis oblongis farinoſis, floribus petaloideis pentandris.
Cadaba farinoſa, foliis ovatis oblongis farinoſis. Forsk. Deſcr. pag. 68. no. 12.
Frutex ramis teretibus, junioribus pulvere glauco adſperſis.
Folia alterna, breviſſime petiolata, oblonga, integerrima, obtuſiſſima, avenia, pulvere glauco farinoſa, præſertim ſubtus. *Stipulæ* nullæ.
Racemi terminales, 6-8 flori. *Pedunculi* ante floreſcentiam cernui.

Tetrandra. STRÖMIA foliis oblongis mucronatis nudis, floribus petaloideis tetrandris.
Cleome fruticoſa floribus Gynandris tetrandris, foliis ſimplicibus, caule fruticoſo. Lin. S. V. pag. 604.
Folia oblonga, mucrone terminata.
Bractea filiformis ſub ſingulo flore pedicello brevior.
Flores 10-12 in ſingulo racemo.

Habitus alienus a Cleome, Fructus & Nectarium ut in Cadaba Forsk. ideoque hujus generis.

Glandulosa. STRÖMIA piloſo-viſcoſa, foliis ſubrotundis, floribus apetalis.
Cadaba glandulosa; ramis, foliis, calyce, piſtillo glanduloſis villoſis. Forsk. Deſcr. pag. 68. no. 13.
Caulis fruticoſus. *Rami* teretes, uti tota planta, obſiti pilis apice glanduloſis.
Folia petiolata, alterna, ſubrotunda, integerrima, mucronata, ſcabra, avenia, fragilia, ſemipollicaria.
Racemus terminalis, 4-6 florus. *Flores* nutantes.
Capsula oblonga, unilocularis, hirſutiſſima.

Rotundifolia. STRÖMIA foliis orbiculatis glabris, floribus apetalis.
Cadaba rotundifolia; foliis orbiculatis glabris. Forsk. Deſcr. pag. 68. no. 11.
Caulis fruticoſus. *Rami* teretes, glabri.
Folia petiolata, alterna, orbiculata, integerrima, interdum emarginata, glabra, coriacea, avenia, pollicaria.
Petiolus folio duplo brevior.*
Racemus terminalis, 8-10 florus; floribus erectis.
Capsula pendula, glabra, pollicaris.

* Cætera quæ in deſcriptione ſpecierum deſiderantur, vide apud Forsk. loc. citatis.

CELASTRUS.

CELASTRUS.

CELASTRUS inermis, foliis oppoſitis alternisque ellipticis ſerratis, cymis axillaribus dichotomis. *Edulis*

Catha edulis. Forsk. Deſcr. p. 63.

Rami alterni cortice cinereo, inferne teretes, ſuperne alternatim compreſſi, ſub foliis dilatati. *Ramuli* articulati, alterni.

Folia petiolata, alterna, in ramulis oppoſita, elliptica, obtuſe ſerrata, glabra, venoſa, obtuſa, ſesquipollicaria.

Petiolus brevis.

Pedunculi oppoſiti, dichotomi, longitudine petiolorum.

CELASTRUS ſpinis nudis, foliis ovatis crenatis, pedunculis filiformibus foliis longioribus. *Parviflorus* 13-14.

Catha ſpinoſa; foliis ovatis. Forsk. Deſcr. pag. 64.

Rami teretes, purpuraſcentes, ſuperne rore glauco adſperſi.

Folia petiolata, alterna, ovata, glabra, venoſa, obtuſa, crenata, baſi integerrima, rarius undulata, bipollicaria.

Petiolus brevis. *Spinæ* infrafoliaceæ, ex axillis inferioribus, ſubulatæ, ſemipollicares.

Pedunculi axillares, ſolitarii, filiformes, folio longiores, dichotomi. Squamula minuta, ad baſin pedicellorum.

Stylus nullus. *Stigma* ſubtrifidum.

Character Celaſtri Ill. a Linnæi de Nectario ſilet; germen vero receptaculo magno plano decem ſtriis notato immerſum eſſe, habet Character generis Gen. pl. pag. 107. quod idem ſignificare cenſeo ac Nectarium cyathiforme annulatum a germine divergens margine undulatum, inter ſtamina & germen in Catha. Forsk. l. c. Habitus eſt Celaſtri, licet folia in eduli & oppoſita & alterna ſint infrequens quid in genere Celaſtri, C. ſtriatus tamen & alatus Thunb. habent; notatu vero dignum, quod folia in C. eduli abſolute oppoſita non dici merentur, oblique enim opponuntur. Præterea, ſpinæ in parvifloro intrafoliaceæ ſunt, æque ac in C. buxifolio. Pedunculos bifidos etiam communes habent cum omni Celaſtro pedunculis diviſis. Fructificatione in plurimis conveniunt cum Celaſtris; nam in parvifloro ſtigma ſeſſile trituberculatum eſt, ut in variis Celaſtris, acutum quidem in eduli ſecundum Forsk.; cum vero in omnibus aliis characteri Celaſtri reſpondit, non dubito, quin etiam hujus generis ſit.

CELOSIA.

CELOSIA foliis ovatis, racemis compoſitis laxis longiſſimis, piſtillo bifido, caule exſtipulato. *Caudata* 7-8.

Achyranthes paniculata; capitulis lateralibus paniculatis. Forsk. Deſcr. pag. 48. no. 62.

Caulis herbaceus, ſulcatus, glaber.

Folia petiolata, alterna, ovata, acuminata, integerrima, glabra, ſesquipollicaria.

Petiolus folio duplo brevior.

Racemus compoſitus verſus apicem, longiſſimus, pedalis; *Racemuli* alterni, remoti. *Flores* alterni, diſtincti. *Bracteæ* ſcarioſæ, glabræ, oblongæ.

Calyx & Corolla ſcarioſa, hyalina.

STYLUS bifidus.

CAPSULA diſperma. *Semina* ſubrotunda, emarginata, nigra, nitidiſſima.

Habitu proxime accedit ad Celoſ. trigynam.

ILLECEBRUM.

Lanatum. ILLECEBRUM lanatum caule ſubherbaceo erecto, floribus lateralibus, foliis alternis. LIN. S. Veg. pag. 248.

Achyranthes villoſa; ſpicis axillaribus congeſtis, villoſis, linearibus, albis; foliis ovatis, integris. FORSK. Deſcr. pag. 48. no. 64.

Arabicum. ILLECEBRUM floribus ſparſis congeſtis, bracteis nitidis æquantibus, caulibus procumbentibus. LIN. S. V. pag. 249.

Corrigiola albella; foliis oppoſitis; ſtipulis hyalinis. FORSK. Deſcr. pag. 207. no. 31.

Seſſile. ILLECEBRUM caulibus repentibus bifariam tomentoſis, foliis lanceolatis ſeſſilibus, capitulis oblongis glabris. LIN. S. V. pag. 249.

Alternanthera; caule repente; ramis oppoſitis; capitulis axillaribus ſeſſilibus; calycibus glabris. FORSK. Deſcr. pag. 28.

Si revera ſtamina 6 adſint, a congeneribus tamen divelli nequit, ego tantummodo filamenta 5 vidi in ſpeciminibus ſiccis. Convenit cum Illecebro ſeſſili tam herba, quam fructificatione, eandemque eſſe ſpeciem dubium non ſupereſt.

CARISSA.

Spinarum. CARISSA foliis ovatis acutis venoſis, laciniis corollæ lanceolato-oblongis.

Cariſſa ſpinarum foliis ovatis acutis. LIN. S. V. pag. 251.

Differt a Car. eduli ramulis vix villoſis, foliis venoſis, pedunculis ſolitariis bifidis, calycis laciniis ſubovatis, corolla majori, laciniis lanceolato-oblongis. Ramuli in omnibus ſpeciebus verſus apicem compreſſi.

Edulis 3. CARISSA foliis ovatis acutis aveniis, ramis ſuperne villoſis, laciniis corollæ lanceolato-linearibus.

Antura. FORSK. Deſcr. pag. 63.

RAMI dichotomi, teretes, inferne glabri, ſuperne villoſi.

Spinæ duæ ad dichotomiam ramorum, oppoſitæ, patentes, teretes, glabræ, apice rubræ, inferiores majores, pollicares.

FOLIA oppoſita, ſubſeſſilia, ovata, integerrima, acuta, rigida, glabra, avenia, par unicum inter ſingulam dichotomiam, in ramulis floriferis plerumque trium parium oblonga, par extimum reliquis majus.

Petiolus breviſſimus.

PEDUNCULI terminales, plerumque bini, interdum tres, ſubquinqueflori.

PERIANTHIUM monophyllum, ſubpiloſum, quinquepartitum: *laciniis* ſubulatis, ciliatis.

COROLLÆ tubus rectus: *laciniæ* limbi lanceolato-lineares.

FILAMENTA verſus faucem tubi.

PERICARPIUM bacca bilocularis, diſperma FORSKÅL.

Cel. SCOPOLI in Introd. ad Hiſt. Nat. pag. 199. Anturam FORSKÅLEI ad Arduiniam retulit, obſtat vero corollæ tubus rectus non curvatus, filamenta non in inferiore parte

tubi

tubi inſerta ſed verſus faucem, ſtigma ſimplex, non vero bifidum. Affinitas certe Arduiniæ maxima eſt cum Cariſſa & forte non abſonum foret utrasque uno genere conjungere. Deſcriptionem fructus e RUMPHIO mutuavit immortalis præceptor a LINNE, quare character genericus emendandus eſt.

PERGULARIA.

PERGULARIA foliis cordatis tomentoſis. LIN. S. V. pag. 256. *Tomentoſa.*

Aſclepias cordata; foliis petiolatis, cordatis reniformibus; caule ramoſo, apice volubili. FORSK. Deſcr. pag. 49.

Aſclepias cordata BURMANNI Flor. Indica pag. 72. diverſa planta eſt foliis cordato-ovatis glabris acuminatis, corollis triplo majoribus, cujus ſpecimen vir ill. amiciſſime communicavit.

ASCLEPIAS.

ASCLEPIAS foliis planis lineari-lanceolatis, caule fruticoſo, umbellis lateralibus ſolitariis, corollis hirſutis. Tab. VII. *Laniflora* 11-12.

Aſclepias laniflora; foliis lineari-lanceolatis. FORSK. Deſcr. pag. 51.

CAULIS erectus, fruticoſus, glaber, articulatus, craſſitie pennæ anſerinæ.

FOLIA oppoſita, lineari-lanceolata, approximata, baſi in petiolum attenuata, plana, glaberrima, avenia, ſupra in medio ſulco longitudinali, ſubtus nervo elevato, tripollicaria. *Denticuli* plurimi, minuti, ſetacei, ad articulos verticillatim diſpoſiti.

PEDUNCULUS interfoliaceus, ſolitarius, folio dimidio brevior, umbelliferus, tandem racemoſus.

UMBELLA erecta, multiflora, involucrata: *Involucri* foliolis ſubulatis, inæqualibus.

Pedicelli pollicares, baſi denticulis minutis, numeroſis, deciduis, inæqualibus.

CALYCIS *foliola* lanceolato-acuminata.

COROLLA quinquefida, plana, extus glaberrima, intus præſertim verſus margines hirſuta: *Laciniæ* corollæ ovatæ, acutæ.

FOLLICULI duo cylindrici, utrinque anguſtati, incurvi, læves.

ASCLEPIAS foliis linearibus revolutis oppoſitis, caule fruticoſo. Tab. VIII. fig. a. folliculus. *Setoſa* 21-22.

Aſclepias ſetoſa; foliis margine revolutis. FORSK. Deſcr. pag. 51. no. 76.

CAULIS erectus, fruticoſus, teres.

RAMI ſubvilloſi, a caſu foliorum muricati, craſſitie pennæ columbinæ.

FOLIA omnia oppoſita, ſeſſilia, approximata, linearia, baſi revoluta, acuta, glaberrima, ſubtus pallidiora, pollicaria.

PEDUNCULI interfoliacei, ſolitarii, ſubvilloſi, longitudine foliorum, umbelliferi.

UMBELLÆ erectæ, quinquefloræ.

COROLLA reflexa, magnitudine Aſcl. fruticoſæ.

FOLLICULI inflati, ovato-acuminati, hiſpidi; ſetis ſparſis flexilibus.

Differt ab Aſcl. ſibirica caule fruticoſo erecto, foliis omnibus oppoſitis, umbellis paucifloris, floribus majoribus viridibus.

SALSOLA.

Muricata. SALSOLA fruticoſa patula, ramulis hirſutis, calycibus ſpinoſis. LIN. S. V. pag. 263.

Salſola monobractea; diffuſa fruteſcens; foliis linearibus piloſis, inermibus; calycis ſeta in ſpinam tranſeunte. FORSK. Deſcr. pag. 55. no. 85.

In herbario PETIVERII invenitur ſub nomine Kali ægyptiacum villoſum calyce ſtellato aculeato VAILLANTII.

ANABASIS.

Spinoſiſſima. ANABASIS fruteſcens, ramis nudis ſpinoſiſſimis. LIN. S. V. pag. 264.

Salſola mucronata; fruticoſa, ramulis mucronatis, foliis ſubulatis, inermibus. FORSK. Deſcr. pag. 56. no. 88.

SWERTIA.

Decumbens SWERTIA corollis quinquepartitis, foliis lineari-lanceolatis, caulibus decumbentibus.

Parnaſſia polynectaria foliis lineari-lanceolatis; nectariis decem ſetoſis. FORSK. Deſcr. pag. 207. Icon. tab. 5. fig. b.

CAULES decumbentes, filiformes, ſuperne ramoſi, obſcure angulati, glaberrimi, uti tota planta.

FOLIA ſeſſilia, oppoſita, remota, lineari-lanceolata, baſi ſubconnata, patentiſſima, ſemipollicaria.

PEDUNCULI gemini ex apice ramorum, filiformes, baſi foliolo lineari.

CALYX quinquepartitus uti Corolla.

STIGMATA duo.

Reliqua vide FORSK. Deſcr. l. c.

BUPLEURUM.

Obliquum 14-15. BUPLEURUM fruteſcens foliis lanceolatis obliquis, involucris involucellisque reflexis.

Bupleurum gibraltaricum fruteſcens foliis longis acutis ariſtatis involucris & involucellis reflexis. LA MARK Encycl. B. n. 16.

Bupleurum arboreſcens. JACQU. Coll. Vol. 2. p. 343.

Habitat ad Algezir Hiſpaniæ.

CAULIS fruticoſus, erectus, ſimpliciſſimus, teres, glaber, ſtriatus, 3-4 pedalis, verſus apicem ramoſus.

FOLIA alterna, ſemiamplexicaulia, baſi oblique flexa, lanceolata, obtuſa, mucronata, integerrima, margine flaveſcentia, cartilaginea, lævia, glaberrima, ſubcoriacea, 2-3 pollicaria.

UMBELLA terminalis; *univerſalis* 20 radiatus; *partialis* 12 radiatus: *laterales* ramulorum 12-14 radiati.

Involucra & involucella 5-6 phylla, reflexa, pedunculis pedicellisque duplo breviora.

CACHRYS.

CACHRYS foliis pinnatis ternatisque: foliolis oblongis crenatis, ſeminibus hirſutis. *Panacisfolia*
Panax ſiculum ſemine hirſuto. BOCCON. plant. ſic. rar. pag. 1. Tab. I.
Cachrys Ungarica panacis folio. TOURNEF. Inſt. R. H. p. 325.
Legi in Caſtilia nova & Barbaria minus frequentem ♃.
CAULIS tripedalis, ſtriatus, caneſcens, teres, farctus.
FOLIA radicalia pinnata, quina, caulina ternata. *Foliola* oblonga, ſeſſilia, extima tria ſubconfluentia, crenata, venis villoſa, ſcabra, ſubtus pallidiora, lateralia baſi altero latere obliqua, terminale reliquis majus.
Petioli ſtriati, uti etiam nervus coſtalis.
UMBELLÆ terminales, concavæ, tredecim radiatæ: *partiales* conſimiles.
INVOLUCRA 7-8 phylla: *foliolis* lineari-ſubulatis, reflexis, villoſis, radiis multoties brevioribus. *Involucella* foliolis copioſioribus, cæterum ſimilibus involucri.
Petala minuta, alba.
SEMINA oblonga, hirſuta, incana, parum ſuberoſa. *Styli* bini, reflexi, perſiſtentes, ſeminibus breviores.

STATICE.

STATICE ſcapo ſimplici capitato, foliis linearibus triquetris rigidis pungentibus. *Juniperifolia* 1-2.
Statice maritima humillima, folio capillaceo, rigido. TOURNEF. I. R. H. pag. 341.
Habitat ad littora maris in Hiſpania & Luſitania ♃.
Cæſpitoſa, glabra.
FOLIA triquetra, rigida, apice mucrone albo pungentia, ſemipollicaria.
SCAPUS foliis duplo altior, ſtriatus.
CAPITULUM, flores & reliqua ut in Stat. Armeria.

Si varietas armeriæ certe notabilis & maxime memoratu digna eſt, cum per plures annos in horto culta habitum retinet, nec quantum novi, alibi obſervata ad littora maris mediterranei niſi in Hiſpania & Luſitania.

STATICE ſcapo paniculato, foliis lanceolatis trinerviis ſubundulatis apice mucronatis, paniculæ ramis triquetris. LIN. Mant. 59. 513. S. V. pag. 300. *Incana.*
Statice ſpecioſa. FORSK. Cat. pl. Ægypt. pag. 65. n. 192.
Habitat in Ægypto ♃.
Bracteæ ovato-acuminatæ, amplectentes, margine membranaceæ.
Glumæ quatuor oblongæ, acuminatæ, inæquales, concavæ, apice patulæ, margine membranaceæ, intima trifida: laciniis linearibus, acutis.

Planta FORSKÅLEI in omnibus conſentit cum ſpecimine, quod ab Illuſt. LINNE habui.

STATICE ſcapo ſimplici tereti, ſpicis lateralibus terminalibusque ſecundis, foliis ſpathulatis acutis. *Auriculæfolia* 4-5.
Limonium luſitanicum, auriculæ urſi Folio. TOURNEF. I. R. H. p. 342. fide Herb. TOURNEF.
Legi ad littora maris in Barbaria ♃.
RADIX ſuperne diviſus ut in congeneribus.

Folia omnia radicalia, plura, ſpathulata, craſſa, enervia, mucrone rigido terminata, ſemipollicaria.

Scapus erectus, teres, lævis, ſpithameus. *Rami* nulli niſi pedunculi ſimplices, teretes, patentes, laterales & terminales.

Spicæ ſolitariæ, interdum binæ, oblongæ, pedunculatæ, patentes.

Flores confertiſſimi, ſecundi, erecti, duplice ſerie, quatuor a totidem bracteis incluſi. *Bracteæ* inæquales: duæ exteriores breviores, ovatæ, duæ interiores majores, omnes glauco-fuſceſcentes, margine membranaceo ſplendente lineaque marginali purpuraſcente. Præterea adhuc bracteæ binæ tenerrimæ ad baſin ſinguli floſculi.

Aliam communicavit Dn. Broussenet in Hiſpania lectam, foliis latioribus brevioribus, ſcapo digitali, pedunculis faſtigiatis, ſpecie vero vix diverſam. A Statice cordata diſcrepat, cui folia apice rotundata vel retuſa absque mucrone, ſcapus ramoſus, ſpicæ alternæ erectæ, teretes plures in pedunculo communi, flores alterni, ſolitarii intra ſquamas. Affinis St. oleæfoliæ Scopolii deliciæ Fl. & Faunæ Inſ. p. 1. pag. 24. tamen diverſa.

Axillaris 14-15. STATICE caule fruticoſo folioſo, paniculis ſpicatis axillaribus, foliis lanceolatis vaginantibus. Tab. IX. fig. a. gluma & calyx leate aucta.

Statice axillaris; caule fruticoſo, folioſo; paniculis axillaribus dichotomis; floribus erectis confertis. Forsk. Deſcr. pag. 58. no. 96.

Caulis erectus, teres, inferne tectus ſquamis, ramoſus.

Folia alterna, conferta, lanceolata, integerrima, obtuſa, glabra, craſſa, ſenſim verſus baſin attenuata, pollicaria, omnino figura Stat. monopetalæ.

Spicæ paniculatæ, axillares. Pedunculus communis teres, foliis longior: *pedicelli* flexuoſi, altero latere planiuſculi. *Flores* minuti.

Gluma quadrivalvis; valvulis oblongis, glabris; margine membranaceis, obtuſis.

Structura omnino St. monopet. diverſa vero infloeſcentia axillari.

Cylindrifolia 15-16. STATICE caule fruticoſo folioſo dichotomo, foliis teretibus vaginantibus. Tab. X. fig. a. gluma cum calyce magnitudine aucta.

Limonium galliferum, foliis cylindricis. Shaw. Afr. p. 369.

Statice cylindrifolia; caule fruticoſo, folioſo, ramoſo, foliis cylindricis acuminatis. Forsk. Deſcr. pag. 59.

Caulis fruticoſus, erectus, teres, dichotomus, craſſitie pennæ anſerinæ, undique tectus ſquamis imbricatis, ovatis, obuſis, aridis.

Folia verſus apices ramorum, conferta, cylndracea, interdum parum incurva, ſquamis fuſcis vaginantibus inſidentia, lævia, coriacea ſolida, obtuſiſſima, mucronata, inæqualia, ſæpe pollicaria, rarus ſuperne parum craſſiora.

Spicæ paniculatæ. *Flores* conferti.

Pedunculus communis ex axillis *ſupremis, bi*-vel 3 pollicaris, flexuoſus.

Gluma trivalvis calycem involvens: *valvulis* inæqualibus, concavis, margine membranaceis, calyce brevioribus: interioribus oblongis, exteriori ſubrotunda.

Calyx glaber, albidus, fuſco quinqueradiatus.

Pruinoſa. STATICE caule flexuoſo ramoſo furfuraceo. Lin. S. V. pag. 301.

Statice aphylla; caule ramoſo articulato, undulato, tuberculato; foliis nullis, ſquamis ad genicula. Forsk. Deſcr. pag. 60. no. 99.

Caulis

Caulis & rami articulati: *articuli* ſub ramis in ſquamam oblongam, fuſcam, glabram, margine membranaceam deſinentes. *Ramuli* ex axillis ramorum, baſi ſimili ſquama inſtructi.

Spicæ paniculatæ ex apice ramorum.

Synonymum Shawii, quod citat Linnæus, deleatur, cum ad Stat. cylindrifoliam pertiſſet,

TRADESCANTIA.

TRADESCANTIA repens lævis, ſpathis triphyllis imbricatis. Lin. S. V. p. 315. Mant. 61. *Papilionacea.*

Tillandſia decumbens; foliis ovato-lanceolatis. Forsk. Deſcr. pag. 72. no. 23. β.

Flores non modo terminales, ſed etiam axillares.

Maxime vitioſe tradidit ordinator ſchedularum Forsk. hujus plantæ nomen, nunquam enim credidit Forsk. illam eſſe ſpeciem Tillandſiæ, quam ſub nomine Tradeſcantiæ Forsk. ſemper vidi in herbario.

RUMEX.

RUMEX, floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis nudis, foliis oblongis trinerviis. *Nervoſus 20-21.*

Rumex perſicarioides, floribus hermophroditis, valvulis integris nudis, foliis oblongo-lanceolatis. Forsk. Deſcr. pag. 76. no. 41.

Caulis ſuffruticoſus. *Rami* teretes, ſtriati; *articuli* apice fuſci, pollicares.

Folia petiolata, oblonga, ſuprema lanceolata, omnia acuta, integerrima, glaberrima, craſſa, avenia, trinervia, glauca, pollicaria & ultra.

Petiolus longitudine foliorum.

Stipulæ membranaceæ, vaginantes, truncatæ.

Panicula terminalis. *Pedicelli* capillares, ſub flore incraſſati, fructu longiores.

Calyx reflexus.

Semen valvulis orbiculatis, glabris, integerrimis, nudis.

ANTICHORUS.

ANTICHORUS. L. Mant. pag. 64. S. V. pag. 359. *Depreſſus.*

Juſſiæa edulis; caulibus proſtratis, foliis longe petiolatis, ovatis, margine plicata ſerrata; floribus tetrapetalis octandris. Forsk. Deſcr. pag. 210. no. 44.

Flores in planta ſpontanea ſemper ſolitarii.

MIMUSOPS.

MIMUSOPS foliis confertis. Lin. S. V. pag. 360. *Kanki.*

Binectaria. Forsk. Deſcr. pag. 82.

Nihil de Nectariis Mimuſopis in editione 6ta generum plantarum, vel in Syſtemate Veget. Holm. 1759 commemoratur, quapropter Forskålæus ob eorum præſentiam genus novum formavit. Character tantummodo in noviſſimis editionibus emendatus habetur; ideoque Forskålæi error excuſari poteſt. Deſcriptio Forsk. documento eſt, quantum ad omnia attentus fuerit Vir nunquam ſatis laudandus.

AMYRIS.

Kataf 3-4. AMYRIS foliis ternatis, apice ſerratis, pedunculis confertis bifidis.

Amyris Kataf; foliis ternatis, apice ſerratis, pedunculis dichotomis. Forsk. Deſcr. pag. 80.

Am. ſylvatica & maritima differunt ab Am. Kataf foliis nitidis crenatis paniculâ terminali brachiata. Reliqua Forsk. habet l. c.

Gileadenſis. AMYRIS foliis ternatis, integerrimis, pedunculis unifloris terminalibus (lateralibus Lin.) Lin. Mant. 65. S. V. pag. 361. Amoen. Ac. 7. pag. 68.

Amyris opobalſamum; foliis ternatis, integris, pedunculis unifloris. Forsk. Deſcr. pag. 79. ubi deſcr.

Tab. XI. ſiſtit ramum foliis & floribus inſtructum magnitudine naturali fig. a. flores lente auctos.

DAPHNE.

Thymelæa. DAPHNE floribus ſeſſilibus axillaribus, foliis lanceolatis, ramis ſimpliciſſimis.

Daphne thymelæa. Lin. S. V. pag. 371.

Copioſiſſime inveni ad fines Caſtiliæ novæ verſus Navarram.

Fruticulus humilis, baſi tantum ramoſus. *Rami* erecti, ſimpliciſſimi, læves.

Folia lanceolata, glaberrima, erecta, glauco-viridia, unguicularia.

Flores axillares, ſolitarii, interdum bini vel tres, ſeſſiles, folio breviores, dioici, tetrandri.

Daphne dioica differt caule ramoſiſſimo, ramis verrucoſis, foliis confertioribus brevioribus, verſus apicem latioribus, nec utrinque anguſtatis.

Vermiculata 3-4. DAPHNE floribus ſeſſilibus lateralibus ſolitariis glabris, foliis lineari-lanceolatis villoſis.

Sanamunda vermiculata. Barrel. Icon. p. 231.

Legi in Regno Arragoniæ.

Frutex humilis, rigidus, ramoſiſſimus. *Rami* purpuraſcentes, verrucoſi, ſuperne villoſi.

Folia ſeſſilia, conferta, lineari-lanceolata, craſſa, obtuſa, villoſa.

Flores axillares, ſolitarii, oppoſiti, ſeſſiles, glabri, folio breviores. *Squamæ* binæ, oppoſitæ, minutæ, ad baſin calycis.

Corollæ laciniæ ovatæ.

Sericea 14-15. DAPHNE floribus aggregatis terminalibus ſeſſilibus, foliis lanceolatis ſubtus villoſis, laciniis corollæ obtuſis.

Thymælæa cretica oleæfolio ſubtus villoſo. Tournef. Cor. 41.

Habitat in Creta. Broussenet Ichtyologus ſummus. Neapoli legit Illuſt. de Schlanbusch.

Frutex ramoſiſſimus. *Rami* teretes, fuſci, ſuperne villoſi.

Folia verſus apicem ramulorum, conferta, ſeſſilia, lanceolato-elliptica, avenia, integerrima, acuta, ſupra glabra, ſubtus villoſa.

Flores purpurei, terminales, ſeſſiles, quinque.

Corollæ *tubus* villoſo-ſericeus, baſi ampliatus. *Limbi* laciniis oblongis, obtuſis, intus glabris, tubo dimidio brevioribus.

Fructus

Fructus ſubovatus.

A Daphne oleoide differt foliis ſubtus villoſis, numero florum, laciniis limbi oblongis.

DAPHNE floribus aggregatis ſeſſilibus terminalibus, foliis oblongis obtuſiſſimis ſubtus villoſis. *Buxifolia* 14-15.

Thymelæa orientalis buxifolia ſubtus villoſa, flore albo. Tournef. Corol. 41.

Habitat in Oriente. Broussonet.

Frutex ramis teretibus, villoſis, nudis.

Folia verſus apicem ramulorum, approximata, ſeſſilia, oblonga, baſi parum anguſtiora, apice rotundata, juniora utrinque villoſa, reliqua tantum ſubtus, avenia, unguicularia.

Flores terminales, ſeſſiles, 6.

Corollæ *tubus* extus villoſo-ſericeus, baſi gibbus: *laciniæ* oblongæ, obtuſæ.

A præcedente differt figura foliorum & Corolla alba.

PASSERINA.

PASSERINA foliis carnoſis extus glabris, caulibus tomentoſis. Lin. S. V. p. 374. *Hirſuta.*

Paſſerina Metnan; foliis ovatis, incurvis, quadrifariam imbricatis, caule tomentoſo; floribus congeſtis, ſeſſilibus terminalibus. Forsk. Deſcr. p. 81. no. 51.

Shaw iter no. 587.

Planta frequens in Europa auſtrali, copioſiſſimam vero vidi in variis locis Regni Tunetani, ubi cum Roſmarino pro focis inſervit.

Rami apice nutantes.

Flores 6-10 in capitulis lateralibus, vel terminalibus, ſulphurei.

Antheris fulvis.

Involucrum pentaphyllum, ſub ſingulo capitulo.

Planta junior absque tomento in caule & pagina ſuperiore foliorum foliisque decuſſatis faciem diverſam habet, ut primo intuitu differens videatur. Floret menſe Februarii.

CASSYTA.

CASSYTA filiformis laxa. Lin. S. V. pag. 384. *Filiformis.*

Volutella aphylla. Forsk. Deſcr. pag. 84. no. 56.

CASSIA.

CASSIA foliis ſeptem-jugis lanceolatis, extimis majoribus, petiolis eglandulatis caule fruticoſo. *Anguſtifolia* 23-24.

Habitat in Arabia. Inter Forskålei plantas absque nomine inveni.

Tota glabra.

Folia pinnata, ſeptem-juga. *Foliola* lanceolata, ſenſim verſus apicem majora, mucronata, ſubpollicaria.

Petiolus absque glandula, quadripollicaris.

Stipulæ minutæ lanceolato-ſubulatæ, deciduæ.

Pedunculi verſus ſummitatem, axillares, ſolitarii, petiolo longiores.

Flores racemoſi, decandri.

LEGUMINA pendula, glabra, compreſſa, rhombeo-oblonga, utrinque oblique rotundata, pollicaria: immatura falcata.

SEMINA 5. 6.

A Caſſia ſenna differt numero & figura foliorum, leguminibus maturis intus non curvatis.

A C. Leguſtrina foliolis extimis majoribus, petiolis eglandulatis diſcrepat.

Nigricans 32-33. CASSIA foliis quatuordecim-jugis lineari-oblongis obtuſiſſimis mucronatis, glandula baſeos ſeſſili.

Caſſia procumbens. FORSK. Catal. pl. arab. pag. 111.

FRUTICULUS erectus ramis teretibus, purpureis, hirtis, ramulis ex omnibus axillis, longitudine foliorum.

FOLIOLA lineari-oblonga, vix piloſa, juniora villoſa, altero latere anguſtiora; baſi obliqua, apice obtuſiſſima, mucronata, ſenſim extrorſum minora.

Petioli glandula parum infra foliola, oblonga, ſeſſilis.

Stipulæ lanceolatæ, ciliatæ, parvæ.

PEDUNCULI gemini ſive tres, breviſſimi, axillares.

LEGUMEN lineare ſubpiloſum.

Exſiccatione nigra evadit, villis foliorum juniorum flaveſcentibus.

GUILANDINA.

Bonducella. GUILANDINA, aculeata, pinnis oblongo- ovatis, foliolis aculeis geminis. LIN. S. V. pag. 366.

Glycyrrhiza aculeata; ramis rachibusque foliorum univerſalibus & partialibus aculeatis. FORSK. Deſcr. pag. 135. no. 20.

HYPERANTHERA.

Character eſſentialis.

COROLLA inæqualis calyci inſidens. LEGUMEN trivalve toruloſum.

Moringa HYPERANTHERA floribus ſemidecandris foliis ſubbipinnatis: foliolis inferioribus ternatis.

Guilandina moringa. LIN. S. V. pag. 396.

In omnibus, quos aperui, floribus, filamenta tantum quinque antherifera inveni, reliqua vero ſemper Antheris orbata; cum meis obſervationibus ſatis conſentit RHEEDII Hort. Malab. T. VI. p. 17. cui paria ſtaminum uno apice obteguntur, nec plura quam ſtamina 5. numerat RUMPHIUS in Herb. Amb.

Semidecandra 2. HYPERANTHERA floribus ſemidecandris, foliis bipinnatis apice ſimpliciter pinnatis.

Hyperanthera peregrina. FORSK. Deſcr. pag. 67.

Gymnocladus arabica. LA MARK. Encycl. nov. n. 2.

FOLIA bipinnata cum impari 6-8 juga. *Foliola* 5. 6. ſejuga, breve-petiolata, oppoſita, verſus apicem ſenſim majora, remota, glabra, ſemiunguicularia.

FLORES paniculato-racemoſi: *Pedunculis* pedicellisque alternis.

Convenit cum Moringa infloreſcentia, flore & fructu, differt foliis æqualiter bipinnatis nec foliolis inferioribus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongis, non vero obovatis.

HYPE-

HYPERANTHERA foliis bipinnatis: baſi apiceque ſimpliciter pinnatis. *Dioica* 3.
Guilandina dioica. LIN. S. V. pag. 396.
Gymnocladus canadenſis. LA MARK. Encycl. nov. n. 1.

TRICHILIA.

TRICHILIA foliis pinnatis, ſubtus villoſis, foliolis ellipticis. *Emetica* 2-3.
Elcaja. FORSK. Deſcr. p. 127. no. 100.
RAMI villoſi, teretes.
FOLIA pinnata cum pari, interdum cum impari FORSK. *foliolis* ſuboppoſitis, breviſſime petiolatis, ellipticis, ſubtus villoſis, exterioribus majoribus, bipollicaribus.
PEDUNCULI ex axillis ſupremis petiolis multoties breviores.
Flores corymboſo-paniculati, duplo majores quam in Trich. ſpondioide Schwartzii.
Bracteis ovatis, minutis.
CALYX quinquefidus: *laciniis* rotundatis, villoſis.
COROLLA pentapetala: *petalis* oblongis, baſi parum anguſtioribus, villoſis, obtuſis, calyce duplo longioribus.
FILAMENTA in tubum connata, longitudine corollæ, in flore perfecto absque dilaceratione a ſe invicem facillime ſeparabilia: *tubus* inferne glaber, ſuperne ſecundum filamenta & intus villoſa.
Antheræ decem, erectæ, oblongæ.
STYLUS longitudine tubi filamentorum. *Stigma* capitatum ut in Trichilia ſpondioide.

TRICHILIA foliis ternatis, foliolis ovatis. *Nervoſa* 4.
Melia Koetjape. BURM. Fl. Ind. pag. 101.
Habitat in Java. BURMANNUS.
RAMI apice villoſo-tomentoſi.
FOLIA petiolata, ternata: *Foliola* breve petiolata, ovata, integerrima, acuta, nervis ſubtus villoſa; ſupra glabra, avenia, bipollicaria.
Petiolus longitudine foliolorum, villoſo-tomentoſus, ſupra canaliculatus.
PEDUNCULI axillares, erecti, petiolo longiores.
Flores in paniculis brevibus, conferti; foliolum lanceolatum ad baſin ſinguli.
CALYX villoſus; dentibus rotundatis.
COROLLA villoſa, calyce duplo longior.

TRICHILIA foliis ternatis, foliolis obovatis, nitidis. *Trifolia.*
Trichilia trifolia foliis ternatis. LIN. S. V. pag. 399.

JUSSIÆA.

JUSSIÆA erecta glabra floribus tetrapetalis octandris ſeſſilibus. LIN. S. V. pag. 403. *Erecta.*
Juſſiæa diffuſa caule repente; foliis lanceolatis. FORSK. Deſcr. pag. 210.
CAULIS aſcendens.

Variat floribus tetrapetalis octandris & pentapetalis decandris teſte THONBERGIO Flor. Jap. pag. 180. Fructus ſeſſilis non vero pedunculatus, pedunculo foliis longiore. Cæterum convenit cum figura Juſſ. erectæ in hort. Malab. Tom. 2, tab. 50.

TRIANTHEMA.

Cryſtallina 1-2. TRIANTHEMA floribus pentandris monogynis congeſtis, foliis ovalibus, caule fruticoſo.

Papularia cryſtallina; monogyna; calyce nullo; corolla monopetala. FORSK. Deſcr. pag. 69.

CAULES ramoſi, procumbentes, diffuſi. *Rami* filiformes, glabri, obſiti papulis hyalinis æque ac folia, teretes, articulati.

FOLIA petiolata, oppoſita, ovalia, integerrima, avenia, craſſiuſcula, vix ſemiunguicularia, altero latere breviora: folio altero minore, ut in congeneribus.

Petiolus longitudine folii, baſi bidentatus.

FLORES congeſti, alterni, minuti.

CALYX quinquefidus; laciniis ſub apice mucronatis more generis.

Fruticoſa 2-3. TRIANTHEMA fruticoſa monogyna filamentis alternis antheriferis.

Gymnocarpos decandrum. FORSK. Deſcr. pag. 65. no. 8. Icones Tab. 10.

Habitat etiam in Regno Tunetano.

FRUTICULUS ramoſus, glaberrimus. *Rami* patuli, articulati: *articuli* ſuperne parum incraſſati, fuſco-punctati, inferne cinerei.

FOLIA oppoſita, ſeſſilia, carnoſa, teretia, bilinearia, mucronata: mucrone pungente. Interdum faſciculus foliorum in axillis.

Stipula utrinque ovata, acuta, foliis triplo brevior, hyalina.

FLORES terminales in ramulis, 4. 5. ſeſſiles, interjectis *bracteis* hyalinis.

CALYX quinquefidus, tubuloſus: *laciniis* linearibus, margine membranaceis, obtuſis, infra apicem mucronatis.

COROLLA nulla.

FILAMENTA decem ad baſin laciniarum, capillacea, alterna antherifera.

Germen oblongum. *Stylus* unicus. *Stigma* acutum.

Licet ſolum fructum immaturum vidi in ſpeciminibus Herbarii FORSK. obſervavi tamen in ſemimaturis ſemen membrana cum ſtylo ſecedente tectum eſſe, ſtatuere igitur licet involucrum aliud adeſſe præter Calycem induratum. Hinc credo, cum Calyx & ſtipulatio eadem ſunt ac in reliquis ſpeciebus Trianthemæ, me nil extra numerum feciſſe modumque, dum Gymnocarpum ad hoc genus polymorphum retuli. Forte etiam ſemina bina adſunt, unum ſupra alterum, pro certo tamen aſſeverare non audeo, ſemen enim unicum, quod vidi, non niſi dimidiam partem membranæ replevit, reliqua pars vacua erat.

DIANTHUS.

Pumilus 18-19. DIANTHUS acaulis, foliis linearibus.

Dianthus uniflorus; ſcapo breviſſimo, unifloro; foliis linearibus. FORSK. Cat. pl. Arab. pag. 111. no. 284.

Planta cæſpitoſa.

FOLIA ad terram congeſta, linearia, acuta, glabra, ſemipollicaria.

SCAPUS ſubnullus. *Flores* ſeſſiles ſolitarii.

CALYX longitudine foliorum, glaber, ſtriatus, ſquamis 6. oblongis, acuminatis flore brevioribus, exterioribus minoribus.

Petala dentata.

ARENARIA.

ARENARIA.

ARENARIA caulibus ſuffruticoſis dichotomis, foliis ſetaceis, pedunculis terminalibus ſimplicibus unifloris. Tab. XII. *Filifolia* 21-22.

Arenaria filifolia, foliis filiformibus liberis. Forsk. Deſcr. pag. 211.

Caules ſuffruticoſi, debiles, teretes, glabri.

Folia ſetacea, in ramulis inferne conferta, patentia, glabra.

Pedunculi tres ex apice ramulorum, ſimpliciſſimi, in medio foliolis binis, oppoſitis, ſubulatis.

Calycis foliola, lanceolato-acuminata, glabra, biſtriata.

PORTULACA.

PORTULACA, foliis cuneiformibus planis, pedunculis inferioribus racemi trifloris, calycibus diphyllis. *Cuneifolia* 8-9.

Orygia portulacifolia; foliis alternis, cuneatis, glabris. Forsk. Deſcr. pag. 103.

Affinis Port. patenti, dignoſcitur ab illa pedunculis craſſioribus, inferioribus apice floribus ternis pedicellatis: reliqua vide Forsk. l. c.

PORTULACA foliis obovatis mucronatis, calycibus pentaphyllis, caule fruticoſo decumbente. *Decumbens* 9-10.

Orygia decumbens; caule decumbente, fruticoſo; foliis ovato-acutis, ſubfarinoſis. Forsk. Deſcr. p. 103.

Caulis fruticoſus, decumbens: *ramis* angulatis, rore glauco tectis, uti tota planta.

Folia alterna, petiolata, remota, obovata, integerrima, ſubundulata, avenia, craſſiuſcula, mucronata.

Racemi ex axillis ſupremis; ſquama ſubulata e latere oppoſito pedicelli.

Calyx pentaphyllus.

Capsula quinquevalvis.

OCHNA.

OCHNA pedunculis unifloris.

Euonymus inermis foliis alternis ovatis ſerrulatis. Forsk. Deſcr. pag. 204. *Parvifolia* 3.

Refert Ochnam ſquarroſam demta magnitudine foliorum & infloreſcentia.

Frutex ramis teretibus, glabris: cortice cinereo-punctato.

Folia tantummodo in ramulis, petiolata, oblonga, ſerrulata, baſi integerrima, venoſa, nitida, unguicularia.

Pedunculi ad latera ramulorum, ſolitarii, uniflori, ſuperne ſenſim incraſſati, purpurei, folio longiores.

Calyx & Fructus ut in Ochna.

Dubius ad Euonymum retulit Forsk. ut ex ſchedula plantæ affixa mihi patiut.

GREWIA.

GREWIA foliis orbiculatis, pedunculis ſolitariis unifloris. *Populifolia* 1-2.

Chadara tenax. Forsk. Deſcr. pag. 105. no. 23.

Frutex ramoſus: *rami* tenues, glabri, cineraſcentes.

Folia

Folia petiolata, alterna, ſparſa, orbiculata, inæqualiter obtuſe dentato-crenata; unguicularia, venoſa, ſupra glaberrima, ſubtus vix pubeſcentia, pilis ſtellatis oculo armato videndis.

Petiolus filiformis, longitudine foliorum.

Pedunculus ſolitarius, filiformis, folio parum longior, ex eadem gemma, uniflorus. *Flores* Grewia occidentali parum minores.

Bracteæ binæ, oppoſitæ, in medio pedunculi, deciduæ.

Calyx pentaphyllus; *foliolis* linearibus, obtuſis, villoſis, intus glabris, coloratis.

Petala linearia, calyce breviora.

Affinis quam maxime Grewiæ occidentali, habitus vero laxior, folia orbiculata populi tremulæ dependentia, pili ſtellati ſubtus.

Orientalis. GREWIA foliis ovatis crenatis utrinque ſcaberrimis, pedunculis axillaribus trifloris.

Pai-paroea. Rheed. Malab. 5. pag. 91. tab. 46.

Grewia foliis ſublanceolatis, floribus ſolitariis. Lin. S. V. pag. 826.

Folia obtuſiuſcula, baſi utrinque ſæpe triglandulоſa, crenata, ſubtus punctis numeroſiſſimis, quibus inſident pili ſtellati.

Petioli, pedunculi, rami ſuperne calycesque intenſe piloſi.

Diſtinguitur ab inſequentibus figura foliorum & ſcabritie.

Lævigata 2-3. GREWIA foliis ellipticis acuminatis, utrinque lævibus, baſi integerrimis, pedunculis trifloris.

Habitat in India Orientali. König.

Rami cortice purpuraſcente albo punctati.

Folia breviſſime petiolata, elliptica, acuminata, obtuſa, extrorſum ſerrata, baſi integerrima, bi-ſive tripollicaria. *Stipulæ* ſubulatæ, pubeſcentes.

Pedunculi axillares, ſolitarii, petiolo quadruplo longiores. *Pedicelli* longitudine fere petiolorum.

Differt ab inſequente foliis longioribus, baſi integerrimis eglandulоſis, pedunculis trifloris longis.

Glandulоſa 2-3. GREWIA foliis ovato-lanceolatis acuminatis utrinque lævibus, baſi glanduloſis, floribus ſolitariis ſubſeſſilibus.

Habitat in Inſula Iſle de France dicta.

Rami ſcabriuſculi.

Folia ovato-lanceolata, acuminata, acuta, glabra, utrinque lævia, crenata: crenis 3. 5. baſi proximis glanduloſis.

Petiolus brevis.

Flores axillares, ſolitarii, breviſſime pedunculati.

Fructificatio ut in reliquis.

Hirſuta 2-3. GREWIA foliis lanceolato-ovatis mollibus, calycibus piloſiſſimis, pedunculis trifloris.

Habitat ad ſummitates Montium Ind. Orient. König.

Rami molliter piloſi, præſertim ſuperne.

Folia breviſſime petiolata, lanceolata, baſi rotundata, altero latere breviori acuminata, nervoſo-venoſa, ſubtus villoſiora, ſubviridia, inæqualiter acute ſerrata, ſeſquipollicaria.

Stipulæ ſetaceæ, longitudine petiolorum.

Pedun-

PEDUNCULI axillares, terni, interdum ſolitarii, triflori. *Flores* ſubſeſſiles: involucro triphyllo, lanceolato.

PETALA breviſſima, oblonga, ciliata.

Facili negotio diſtinguitur a reliquis foliis molliſſimis lanceolato-ovatis.

GREWIA* foliis oblongis ſubtus tomentoſis incanis. *Excelſa* 2-3.

Chadara arborea; foliis ovatis, ſerratis, glabris. FORSK. Deſcr. pag. 105.

FOLIA inæqualiter obtuſe ſerrata, ſupra lævia, nervoſo-venoſa, ſubtus incana.

PEDUNCULI axillares ſæpe ſolitarii, triflori: pedicelli angulati.

GREWIA foliis cordato-ſubrotundis ſubtus canis, pedunculis axillaribus ſubquaternis petiolo longioribus. *Aſiatica.*

Grewia aſiatica foliis cordatis. LIN. S. V. p. 827. Mant. p. 122.

Rami pube caneſcentes.

FOLIA exacte figura & magnitudine Tiliæ, ſupra glabra, quinquenervia: nervis ſupra caneſcentibus, inæqualiter acute ſerrata.

Petioli breves, clavati.

PEDUNCULI axillares: inferne quatuor, ſuperne tres, ſesquipollicares, triflori: *pedicelli* pedunculo duplo breviores. *Stipulæ* ſubulatæ, petiolum fere æquantes.

CALYX & reliqua ut in congeneribus.

Pedunculis gaudet longioribus quam reliquæ ſpecies hujus generis.

GREWIA foliis cordato-ſubrotundis utrinque glabris, pedunculis petiolo brevioribus. *Tiliæfolia* 3-4.

Habitat in India Orientali.

RAMI glabri, cortice fuſco, cinereo minutiſſime punctati, juniores ſubvilloſi.

FOLIA palmaria & ultra, nervoſa, venoſa, lobo altero baſeos parum breviora, obtuſe ſerrata: ſerraturis ſubæqualibus.

Petioli unguiculares, apice pulverulenti, vix incraſſati.

Stipulæ ſemicordatæ, acuminatæ, petiolo duplo vel triplo breviores.

PEDUNCULI axillares, gemini vel terni, triflori, petiolo plerumque dimidio breviores.

INVOLUCRUM triphyllum: *foliolis* lanceolatis, obtuſis, concavis, longitudine pedicellorum.

CALYX extus tomentoſus, intus glaber, coloratus.

GERMEN breve petiolatum.

FRUCTUS dicoccus.

Similis Gr. aſiaticæ, diverſa vero foliis duplo majoribus, obtuſe ſerratis, petiolis vix incraſſatis, ſtipulis ſemicordatis nec ſubulatis, pedunculis petiolo dimidio brevioribus, minime vero duplo longioribus, floribus duplo minoribus.

Microcos lateriflora LIN. Fl. Zeyl. p. 93. n. 208. & Spec. plant. p. 732. quæ in Syſt. Veget. edit. 14. ad Grewiam aſiaticam ab Ill. MURRAY amandatur, potius huc revocanda, cum folia glabra, obtuſe ſerrata, ſtipulæ dimidiato-ovatæ & pedunculi petiolum æquantes noſtram potius plantam indicare videntur quam Grew. ſub nomine Aſiaticæ in MANT. p. 122. deſcriptam, quæ revera differre, tam ex deſcriptione LINNÆANA l. c. quam ex noſtra, ſatis apparet.

A Grewia malococca LIN. Suppl. p. 409. differt fructu glabro aliisque notis.

GREWIA foliis ovalibus utrinque molliſſimis ſubtus incanis, pedunculis axillaribus ſubternis trifloris. *Velutina* 4-5.

Chadara velutina foliis alternis, ovato-acutis, ſerratis velutinis baſi obliquis. Forsk. Deſcr. p. 106. no. 25.

Caulis fruticoſus. *Rami* tomento molliſſimi uti reliquæ partes plantæ.

Folia petiolata, alterna, ovalia, interdum verſus apicem ſubangulata, ſerrata: ſerraturis obtuſiuſculis, remotis, inæqualibus, obtuſa, ſubtus albidiora, venoſa, baſi latere altero obliqua, pollicaria.

Petioli breviſſimi. *Stipulæ* ſetaceæ, deciduæ.

Pedunculi axillares, 2-3, triflori, longitudine petioli.

Flores minores quam in aſiatica.

A G. hirſuta differt ramis foliisque minime piloſis, ſed tomento tenuiſſimo albidis, inprimis ſubtus, demum ſerraturis minutioribus. A Malococca differt foliis molliſſimis.

Obſ. Grewia ſalvifolia Lin. Suppl. p. 409. Genere a Grewiis differt Calyce ſupero germen coronante & aliis notis.

MÆRUA.

Character eſſentialis.

Calyx quadrifidus tubo nectarifero. Corolla nulla. Stigma ſeſſile.

Character naturalis.

Calyx *perianthium* monophyllum, coriaceum, quadrifidum. *Tubus* tetragonus, brevis, ſuperne latior. *Limbi* laciniæ oblongæ, obtuſæ, reflexæ, tubo parum longiores.

Corolla nulla.

Nectarium in fauce tubi calycis, integrum vel diviſum, calyce brevius, connivens, pedicellum germinis tegens.

Stamina *filamenta* numeroſa ad baſin germinis, filiformia, calyce duplo longiora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pistillum *germen* cylindricum, filamentis brevius, pedicellatum, glabrum: pedicello filiformi, tetragono, ſuperne craſſius, longitudine tubi. *Stylus* nullus. *Stigma* ſeſſile, obtuſum.

Grewiæ affinis, abunde vero differt calyce quadrifido, nectario faucem tubi coronante, ſtigmate ſeſſili.

Uniflora 1. MÆRUA pedunculis axillaribus terminalibusque unifloris, nectariis diviſis.

Mærua craſſifolia. Forsk. Deſcr. pag. 104.

Frutex. *Rami* teretes, patentes, læves, glaberrimi, cortice purpuraſcente.

Folia petiolata, alterna, ſparſa, ſæpe plura ex eadem gemma, ovalia, integerrima, mucrone minuto terminata, craſſa, avenia, ſemiunguicularia.

Petiolus longitudine folii.

Flores axillares, pedunculati: *pedunculus* ſolitarius, uniflorus, filiformis foliis duplo longior.

Nectarium multifidum: *laciniis* filiformibus.

Racemoſa 2. MÆRUA floribus racemoſis, nectariis integris, foliis retuſis.

Habitat in Arabia. Forskål.

Rami teretes, glabri.

Folia petiolata, remota, pendentia, ovalia, mucronata, retuſa, integerrima, lævia, ſemipollicaria.

Petiolus

Petiolus folio brevior.
RACEMUS terminalis, nutans.

Folia minus craſſa quam in priori. Habitus, calyx, germen, ſtylus & ſtigma ut in lateriflora ideoque hujus generis, quamvis nectario integro gaudet.

CISTUS.

CISTUS arboreſcens exſtipulatus, foliis ovatis tomentoſis trinerviis: inferioribus petiolatis ſupremis ſeſſilibus, pedunculis hirtis. *Sericeus* 10-11.

Ciſtus latifolius magno flore. BARREL. Ic. 315.

In Hiſpania legi.

CAULIS arboreſcens, bi-ſ. tripedalis. *Rami* teretes, denſe tomentoſi, incano-albi.

FOLIA oppoſita, exſtipulata, ovata, incana, molliſſima, trinervia, plana, obtuſa, ſubpollicaria: quatuor ſuprema ſeſſilia, baſi ſubcordata, reliqua in petiolum brevem deſinentia.

PEDUNCULUS ex apice ramorum, ſolitarius, erectus, ſpithamæus, incanus, totus obſitus uti pedicelli pilis longis purpuraſcentibus. *Pedicelli* verſus ſummitatem, patentes, inferiores triflori, ſuperiores uniflori.

CALYX pilis mollibus ſericeis hirſutiſſimus, ante floreſcentiam ovatus, acuminatus. *Foliola interiora* tria, ovata, intus glaberrima, *exteriora* lanceolata ad baſin calycis.

PETALA purpurea, baſi macula flava.

FILAMENTA purpurea. *Antheræ* flavæ.

Ciſtus albidus differt foliis anguſtioribus, lanceolatis, omnibus ſeſſilibus, rugoſis, pilis magis diſtinctis: Pedunculis pluribus foliis brevioribus absque pilis purpuraſcentibus: Foliolis calycinis latioribus, brevioribus, dorſo linea elevata, tomentoſis nec hirſutis utrinque incanis: Floribus majoribus.

In herbario PETIVERII ſub ſequenti nomine occurrit: Ciſtus mas luſitanicus folio ampliſſimo incano.

CISTUS arboreſcens exſtipulatus, foliis ovatis petiolatis incanis, ramis ſquamoſis, pedunculis elongatis hirtis. *Hybridus* 10-11.

In Hiſpania legi.

FRUTEX altitudine Ciſti halimifolii. *Rami* teretes, apice angulati, incani, ſquamis flaveſcentibus tecti fere ut in Ciſto ſquamato & halimifolio.

FOLIA omnia petiolata, exſtipulata, ovalia, plana, juniora undulata, utrinque incana, ſupra oculo armato minutiſſime punctata, nervoſa, fragilia, ſemipollicaria.

RACEMUS terminalis. *Pedunculus* teres, erectus, tripollicaris, incanus, pilis purpuraſcentibus molliſſimis hirtus: *pedicelli* ſimplices, unguiculares, ſtructura pedunculi, geniculati.

CALYCES ovati, acuminati: *foliola exteriora* caduca: *interiora* ovata, acuminata, intus glaberrima, extus piloſa; pilis brevioribus quam in præcedente.

COROLLA purpurea.

GERMEN villoſum.

Rami & folia Ciſti halimifolii, pedunculus & calyx antecedentis. A præcedente dignoſcitur foliis omnibus petiolatis, albidioribus, ramis flavo-ſquamoſis.

Elongatus 12-13. CISTUS arboreſcens exſtipulatus, foliis lanceolatis incanis, pedunculo elongato diphyllo calycibusque racemoſis hirſutis.

Legi in Hiſpania.

FRUTEX erectus, pedalis & ultra, ramoſiſſimus. *Rami* breves, juniores tomentoſi, incani, ſquamis flaveſcentibus adſperſi.

FOLIA petiolata, exſtipulata, oppoſita, lanceolata, avenia, utrinque incana, plana: juniora conduplicata, apice patula, vix ſemiunguicularia.

Petiolus breviſſimus, pilis rarioribus longis.

FLORES racemoſi. *Pedunculus* terminalis, elongatus, ſemipedalis, erectus minime incanus, piloſus præſertim inferne. Folia bina verſus medium pedunculi, oppoſita, ſeſſilia, ramorum majora, acutiora, ſupera glabra. *Pedicelli* verſus apicem pedunculi, remoti, filiformes, ſimpliciſſimi, plerumque quinque, ſuperne geniculati, inferiores bini, oppoſiti, reliqui alterni.

Flores ante floreſcentiam nutantes.

CALYX oblongus, acuminatus, hirſutus, intus glaber: *foliola* duo caduca.

PETALA flava, baſi macula fuſca, calyce parum longiora.

Dignoſcitur a reliquis pedunculis diphyllis elongatis absque tomentoſi, ſolummodo piloſis, a halimifolio foliolis floralibus alternis. Folia hujus minora quam in enumeratis.

Halimifolius. CISTUS arboreſcens exſtipulatus, foliis lanceolatis incanis, pedunculis virgatis.

Ciſtus halimi minoris folio. BARREL. Icon. 287.

Ciſtus arboreſcens exſtipulatus, foliolis duobus calycinis linearibus. LIN. S. V. pag. 497.

Ut eo melius differentia antecedentium perſpicua evadere queat, deſcriptionem ſuccinctam hujus adjungo ſecundum ſpecimina numeroſa in Barbaria obſervata.

FRUTEX 3 vel 4 pedalis, erectus. *Rami* teretes, cineraſcentes, apice angulati, juniores punctis flaveſcentibus adſperſi.

FOLIA petiolata, exſtipulata, oppoſita, lanceolata, incano-albida, vix mollia, avenia, obtuſa, plana, ſubpollicaria.

PEDUNCULUS terminalis, compoſitus albidus: *pedunculi* partiales inferne oppoſiti, ſuperne alterni. Foliolum ſeſſile, caulinis anguſtius ad baſin pedunculorum & pedicellorum.

CALYCES erecti, ovati, acuti, ſcabriuſculi: *foliola* duo *exteriora* minuta, linearia, ad baſin majorum.

Variat petalis ad baſin vel cum vel ſine macula fuſca.

Differt a præcedentibus inprimis pedunculis paniculatis minime piloſis, calycibus erectis minoribus acutis ſcabriuſculis nec ovatis acuminatis hirſutis, demum foliolis minoribus calyce ipſo inſertis nec infra baſin calycis in pedicello.

Habitu foliorum maxime accedit ad hybridum, at illo latiora folia.

Alternifolius 24-25. CISTUS ſuffruticoſus exſtipulatus, foliis alternis, pedunculis lateralibus terminalibusque ſolitariis unifloris.

Habitat in Braſilia.

FRUTICULUS erectus, *ramis* tenuibus, villoſis, cortice fuſco.

FOLIA alterna, exſtipulata, ſeſſilia, oblonga, erecta, plana, integerrima, utrinque villoſa, ſiccitate nigricantia, unguicularia.

PEDUN-

Pedunculi verſus apicem, ſolitarii, interdum bini vel terni, uniflori, in axillis foliorum inferiorum ramorum, patentes, folio duplo longiores, villoſi, apice parum craſſiores: *folia* duo caduca ad apicem, linearia.

Calyces ovati, acuti, hirſuti.

Calyx & inflorescentia Ciſti ſalicifolii, at fruticoſus.

CISTUS ſuffruticoſus ſtipulatus erectus, foliis alternis oppoſitisque lanceolatis ſcabris, ſpicis ſecundis. Lin. S. V. pag. 499. *Lippii.*

Ciſtus ſtipulatus; fruticoſus; foliis confertis, tomentoſis ovalibus, breviter petiolatis; margine revolutis. Forsk. Deſcr. pag. 100.

Planta ſpontanea ramis foliisque utrinque caneſcentibus. Folia juniora axillarum revoluta. Stipulæ ſetaceæ. Calyces piloſi, ſericei.

CISTUS ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis linearibus, calycibus racemoſis ſecundis nervoſo-angulatis, glabris. *Racemoſus.*

Ciſtus racemoſus ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis lanceolato-linearibus ſubtus tomentoſis. Lin. S. V. pag. 500.

Frutex debilis, ſemipedalis; *ramis* e caſu foliorum remote muricatis, ſuperne tomentoſis, incanis.

Folia oppoſita, breviſſime petiolata, linearia, revoluta, leviſſime tomentoſa.

Stipulæ ſetaceæ, purpuraſcentes, utrinque geminæ, longitudine petioli.

Flores in Racemo terminali ſolitario, ſecundi, penduli. *Bracteæ* nullæ.

Calyces glabri, ovati, acuti, angulati. *Foliola* duo *exteriora* ſetacea, interioribus breviora: *Interiora* ovata, nervoſa, ſulcata.

Differt a lavandulifolio foliis anguſtioribus, brevioribus, minus tomentoſis abſque mucrone in apice, nec faſciculo foliorum in axillis, calycibus minoribus glabris ex nervis elevatis angulatis.

CISTUS ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis lanceolato-linearibus tomentoſis, calycibus racemoſis tomentoſis, ſecundis pendulis. *Lavandulifolius* 41-42.

Ciſtus folio lavandulæ. Clus. hiſt. 1. p. 72.

Ciſtus folio ſpicæ. Bauh. Pin. p. 465.

Ciſtus folio lavandulæ Cluſii, forte idem cum Helianthemo recto. Bauh. h. 2. pag. 5.

Ciſtus lavandulæ latifoliæ folio. Barrel. Ic. 288.

In Hiſpania, Maſſiliæ & collibus aridis regni Tunetani obſervavi.

Frutex palmaris, interdum pedalis, inferne ramoſus. *Rami* teretes, erecti, tomentoſi, incani.

Folia petiolata, oppoſita, lanceolato-linearia, utrinque tomentoſa, incana, avenia, revoluta, interdum nonnulla plana, rigida, mucronata, pollicaria, faſciculus foliorum minorum in ſingula axilla.

Petiolus breviſſimus.

Stipulæ utrinque geminæ, ſubulatæ, molliter piloſæ, purpuraſcentes, patulæ apice reflexæ.

Racemi terminales, ſolitarii, ſæpe gemini, ante floreſcentiam apice revoluti. *Flores* ſecundi, penduli, copioſi. *Bracteæ* nullæ.

Calycis *foliola* duo *exteriora* lanceolata, piloſo-ciliata; *interiora* ovata, majora, acuminata, tomentoſa, incana, intus glaberrima.

Corolla flava.

DELPHINIUM.

Aconiti. DELPHINIUM nectariis monophyllis antice quadridentatis capſulis ſolitariis, ramulis unifloris. LIN. S. V. pag. 503. Mant. p. 77.

Aconitum monogynum unicapſulare; nectario unico; caule foliisque multifidis villoſis; flore pallide violaceo. FORSK. Cat. Syſt. pl. Conſt. p. 27. no. 248.

Tab. XIII. fig. a. ſiſtit folium magnitudine naturali.

TEUCRIUM.

Lævigatum 1-2. TEUCRIUM foliis inferioribus multifidis, ſummis tripartitis, pedunculis ſolitariis longitudine foliorum.

Habitat in Bonaria.

Herbacea, tota glaberrima.

FOLIA Teucrii campanulati, ſuprema tripartita: *laciniis* integerrimis.

CALYCES campanulati, quinquefidi: *laciniis* lanceolatis, dorſo linea elevata.

Iva. TEUCRIUM foliis ſubtricuſpidatis linearibus, floribus ſeſſilibus lateralibus ſolitariis. LIN. S. V. p. 526.

Moſcharia aſperifolia. FORSK. Deſcr. p. 158.

Florentem inveni initio menſis Octobris in rupibus circa Maſſiliam, & menſe Aprili in variis locis Regni Tunetani.

CAULIS baſi ramoſus. *Rami* ſimpliciſſimi, diffuſi, piloſiſſimi, ſpithamæi.

FOLIA linearia, verſus baſin anguſtiora, ſeſſilia, obtuſa, dente uno alterove obtuſo ad apicem, pollicaria; ſuperiora magis approximata, integerrima, margine revoluto.

FLORES axillares, ſolitarii, oppoſiti, ſeſſiles, ab imo usque ad apicem.

CALYX piloſus, quinquefidus; *laciniis* ovatis, acutis, peracta floreſcentia in formam globoſam clauditur.

COROLLA calyce triplo longior, extus villoſa, albida, intus rubra.

SEMINA quatuor, oblonga, rugoſa, punctata, corolla marceſcente tecta.

Moſchariam FORSKÅLÆI nil aliud eſſe quam Teucrium Ivam, unicuique patebit, qui deſcriptionem illius cum hac confert. Corolla marceſcens ſuperne in mucronem tetragonum contrahitur, qui mucro FORSK. audit Antheræ quatuor ſtigmate connatæ. Tota planta certe Teucrii Ivæ eſt, & omnia ſpecimina Herb. FORSK. deflorata erant, hinc jure ſuſpicor, quod nunquam plantam florentem vidit. Quotquot calyces in ruri Teucrii Ivæ examinavi, in loco natali plantæ, characterem ſemper Moſchariæ habuerunt; peracta enim floreſcentia corolla marceſcens connivet, fructumque adhuc tenerum ab injuriis defendit.

Polium trifoliatum 32-33. TEUCRIUM capitulis ſubrotundis laxis, foliis ternis oblongis revolutis antice crenatis tomentoſis.

Legi in Hiſpania & Barbaria.

CAULES ſpithamæi, adſcendentes, incani, e caſu foliorum muricati: *ramis* junioribus tomentoſis.

FOLIA tantummodo in ramis junioribus, terna, ſeſſilia, oblonga, viridia, tomento tenui, ſubtus denſiori tecta, mollia, parum revoluta, antice crenata, obtuſa.

PEDUNCULI tres ex axillis ſupremis; gemini ex ala oppoſita, altitudine caulis.

CAPITULA ſubrotunda, laxa. Foliola terna ad baſin capituli ſtructura caulinorum.
CALYCES tomentoſi, obtuſe dentati.

TEUCRIUM floribus ſolitariis confertis, foliis linearibus revolutis crenatis calycibusque lanatis. Gnaphalodes. 34-35.

Teucrium montanum quintum purpureo flore. CLUS. h. 1. p. 362.
Polium montanum, gnaphalodes inciſum, flore rubro ſupinum. BARREL. Ic. 1083.
Teucrium gnaphalodes floribus ſubcapitatis ſolitariiſque, foliis linearibus ſerratis lanatis. L. HERET. Stirp. nov. faſc. 4. pag. 84.
In loco natali circa Siguntiam & Guadalaxaram in Hiſpania collegi, locis montanis.
FRUTICULUS palmaris, totus lana denſa, alba, ſuperne flaveſcente tectus, ramoſiſſimus: *ramis* proſtratis, diffuſis.
FOLIA ſeſſilia, conferta, linearia, revoluta, crenata, obtuſa.
FLORES ad apicem ramorum, oppoſiti, conferti.
CALYCES majores quam in reliquis Poliis, ſubgloboſi, obtuſi.
SEMINA rugoſa.

NEPETA.

NEPETA corymbis pedicellatis ſpicatis, foliis lanceolatis rugoſis tomentoſis obtuſe ſerratis. Anguſtifolia 1-2.

Cataria tenuifolia. CLUS. hiſt. 2. pag. 33.
Nepeta arragonenſis incana foliis lanceolato-linearibus ſerrulatis ſubpetiolatis, floribus denſe paniculatis, racemis obtuſis. LA MARCK Encycl. cum quo hanc plantam communicavi.
Legi paſſim in Arragonia. ♃
CAULIS erectus, pedalis, ramoſus, uti tota planta tomentoſo-incanus. *Rami* ſimpliciſſimi.
FOLIA petiolata, lanceolata, obtuſiuſcula, rugoſa, obtuſe ſerrata, ſemipollicaria.
FLORES corymboſi: *Corymbi* pedicellati, oppoſiti, in ſpica terminali oblonga, compacta, conferti.
Bracteæ parvæ, lineares.
CALYX ſtriatus: *dentibus* lanceolatis, acutis.

Minime eſt varietas N. Catariæ, nec faciem in horto culta mutat. Folia baſi acuta, omnia apice obtuſa, calyces acuti; Catariæ vero folia baſi ſubcordata ſunt, ſuprema uti dentes calycis cuſpidati. Nepeta anguſtifolia, minor Hiſpanica BARRELIERII Icon. 735. & Bocc. Muſ. pars 2. 75. Tab. 61. ad noſtram forte pertinent, flores vero pauciores & remotiores in ſpica pinguntur, quam in anguſtifolia noſtra.

SIDERITIS.

SIDERITIS hirſuta foliis lanceolatis bracteiſque cordatis dentato-ſpinoſis. Spinoſa 10-11.

Sideritis ſpicis interruptis, foliis lanceolatis, utrinque dentato-ſpinoſis. FLORA ARRAG. p. 74. quamvis ſpicæ non interruptæ in meis.
Paſſim in Caſtiliis inque Arragonia legi ♃
CAULIS baſi perennans, ramoſiſſimus, diffuſus, rigidus, hirſutus.
FOLIA lanceolata, baſi anguſtiora, rigida, hirſuta: dentibus utrinque binis, ſpinoſis.

SPICÆ terminales, ſeſquipollicares.

Bractea cordatæ, dentato-inciſæ, nervoſæ, glabræ; dentibus ſpinoſis.

CALYCES utrinque tres bractea breviores, hirſuti: *laciniis* ſpinoſis, æqualibus.

STACHYS.

Lavanduli-folia 14-15. STACHYS verticillis ſexfloris hirſutiſſimis, foliis lanceolatis integerrimis lineatis.

Galeopſis orientalis, lavandulæ-folio, calyce villoſiſſimo. TOURNEF. Corol. p. 11.

Habitat in Oriente. Juxta herbarium VAILLANTII deſcripſi.

CAULIS erectus, ſpithamæus, ſimplex, hirſutus.

FOLIA inferiora baſi connata, ſuperiora diſtincta ſeſſilia, omnia lanceolata, integerrima, obtuſa, ſupra glabriuſcula, lineata, ſubtus molliter piloſa.

Floralia cordato-ovata, reflexa, verticillis breviora, latere interiori glabra.

SPICA verticillata, longitudine caulis; *verticilli* remoti, ſexflori.

CALYCES hirſutiſſimi: *laciniis* ſubulatis, patentiſſimis, calyce ipſo triplo longioribus.

COROLLA purpurea.

Optime dignoſcitur laciniis calycinis longiſſimis patentibus.

PHLOMIS.

Moluccoides 10-11. PHLOMIS foliis ovatis, involucris ſetaceis, calycis labio inferiore rotundato magno membranaceo.

Clinopodium fruticoſum; caule arboreſcente; foliis ovalibus crenatis calycis labro inferiore ſubrotundo. FORSK. Deſcr. pag. 107.

FRUTEX ramoſus; *ramis* villoſis.

FOLIA petiolata, ovata, obtuſe ſerrata, baſi integerrima, ſupra pubeſcentia, ſubtus villoſa, molliſſima, viridia.

Petiolus molliſſime villoſus, longitudine folii.

VERTICILLI remoti 14 flori. *Involucra* 5-vel ſeptempartita, ſetacea, longitudine tubi calycis, villoſa.

CALYX tubuloſus, 10 ſulcatus, villoſus, bilabiatus: *Labium ſuperius* breve, oblongum, acutum: *Inferius* ſubrotundum, trilobum; lobi laterales breves, intermedius reliquis quadruplo latior, rotundatus, membranaceus, venoſo-reticulatus.

COROLLA ſub lacinia ſuperiore calycis eoque duplo longior: *Tubus* amplitudine tubi calycis, villoſus. *Galea* margine hirſutiſſima.

Labium inferius trilobum, longitudine galeæ.

FILAMENTA longitudine corollæ.

Habitus & omnia Phlomidis, cum Clinopodio vero nihil commune habet. Tab. XIV. fig. a. Involucrum. b. Calyx. c. Corolla.

Glabrata 10-11. PHLOMIS foliis ovatis ſerratis, calycibus labio inferiore producto tridentato, ramis reverſe piloſis.

Habitat in Arabia. Abſque ullo nomine inter Plantas FORSKÅLÆI inveni.

CAULIS *herbaceus*, erectus, acute angulatus; angulis geniculiſque reverſe piloſis.

FOLIA *petiolata*, *patentia*, *ovata*, *obtuſe ſerrata*, baſi integerrima, ſubpiloſa, acuta, *pollicaria*.

VERTICILLI *remoti*, 6-8 *flori*. *Involucra* minuta, quadripartita, ſetacea, ſubpungentia, glabra, apice flaveſcentia, calyce quadruplo breviora.

CALYX

Calyx decemſtriatus, glaber, ſubcampanulatus, obliquus inferne in labium tridentatum productus: *dentibus* æqualibus, ſetaceis; ſuperne ſeptemdentatus.

Corolla præcedentis.

PHLOMIS foliis ovatis ſerratis villoſis, calycibus quinquedentatis obliquis. *Alba* 10-11.

Phlomis alba, involucris palmato-filiformibus; foliis ovatis ſerratis. Forsk. Deſcr. pag. 107.

Caulis herbaceus, ramoſus, glaber, obtuſe angulatus; *rami* ſuperne piloſi.

Folia petiolata, ovata, obtuſa, medio ſerrata; ſerraturis utrinque 3-4, piloſa, pollicaria.

Petiolus folio brevior.

Flores verticillati: *verticillis* remotis 10-12 floris. *Involucra* quadrifida: laciniis ſetaceis, longitudine calycis.

Calyx campanulatus, pubeſcens, fauce obliqua, quinquedentatus; *dentibus* ſubulatis, inermibus, binis ſuperioribus majoribus.

Corolla calyce duplo longior. *Galea* margine hirſutiſſima. *Labium inferius* trilobum: lobo intermedio producto, oblongo.

OCYMUM.

OCYMUM foliis lineari-lanceolatis integerrimis, genitalibus longiſſimis. *Serpyllifolium* 13-14.

Ocymum ſerpyllifolium foliis oblongo-cuneatis, acutiuſculis, complicatis, ſubtus ſcabris. Forsk. Deſcr. pag. 110.

Frutex ramoſiſſimus: *Rami* divaricati, villoſi, cani.

Folia lanceolata, baſi parum anguſtiora, vix petiolata, integerrima, tenuiſſime villoſa, cana, parva, facie Thymi ſerpylli.

Rudimenta ramulorum folioſorum ex omnibus axillis, hinc folia faſciculata apparent.

Racemus terminalis, erectus, ſeſquipollicaris: *verticillis* ſexfloris. *Pedicelli* breves callo inſidentes. *Bracteæ* minutæ, ovatæ, acutæ, deciduæ. *Flores* deflexi.

Calyx corolla duplo brevior, tenuiſſime villoſus: *dentibus* binis inferioribus ſetaceis, ſuperioribus ovatis.

Filamenta baſi villoſa, corolla triplo longiora.

Diverſa ab Ocym. filamentoſo Forskåli.

PLECTANTHRUS.

PLECTANTHRUS nectario gibboſo, pedicellis ramoſis, foliis cordato-ovatis acuminatis ſerratis. *Galeatus.*

Habitat in Java.

Caulis villoſus, ſulcatus.

Folia petiolata, late ovata, villoſa, præſertim in venis ſubtus.

Pedunculus terminalis: *pedicellis* oppoſitis ramoſis. *Bracteæ* nullæ.

Corollæ pubeſcentes; *labio inferiore* galeato. Reliqua ut in congeneribus.

Accedit ad Oc. ſcutellarioidem Lin. cui folia ovato-lanceolata, flores minores, bracteæ cordatæ & pedunculi utrinque gemini.

Forſkålæi. PLECTANTHRUS nectario gibboſo, racemis aphyllis, caule æquali.

Ocymum Hadienſe; foliis ovatis obtuſis crenatis villoſis flexilibus; floribus retrofractis. Forsk. Deſcr. p. 109.

Habitat in montibus Arabiæ felicis & Madagaſcariæ.

Caulis hirſutus, æqualis, impunctatus.

Folia petiolata, ovata, verſus apices ramorum approximata, piloſa, obtuſiſſima, groſſe crenata, baſi transverſa, integerrima.

Petiolus folio duplo brevior, baſi parum dilatatus.

Racemi ſemipedales, erecti: *verticillis* 8-10 floris. *Pedicelli* filiformes.

Calyces fructiferi ſulcati, baſi inferne gibboſi: *Laciniæ inferiores* ſetaceæ, adſcendentes.

Corolla calyce quadruplo longior: *tubus* parum ſupra calycem refractus, ſurſum gibboſus.

Specimen e Madagaſcar differt villoſitate majori molliſſima.

Ob florum ſtructuram ab Ocymis genere poſſe diſtingui una cum Zatarhendi, jam ſuſpicatus eſt Forskålæus Flora Arab. pag. 109. & ſequ. quod dein firmavit Cel L'Heretier in præclaro Opere de Stirpibus novis faſcic. 4to pag. 85. qui ſub genere Plectanthri comprehendit Ocyma calycibus non ſcutellatis, tubo corollæ baſi refracto ſurſum in Nectarium gibboſum vel calcaratum producto, filamentis ſimplicibus. Addit præterea Forsk. in Zatarhendi: Glandula in baſi tubi. Plures forte ſpecies Ocymi huc pertinent.

Craſſifolius. PLECTANTHRUS nectario gibboſo, racemis bracteatis, foliis ovatis carnoſis.

Ocymum a) zatarhendi foliis carnoſis rigidis, late ovatis, acutis, crenatis, villoſis baſi truncatis. Forsk. Deſcr. pag. 109.

Differt a præcedente foliis carnoſis, bracteis membranaceis ovatis.

RHINANTHUS.

Trifidus 5-6. RHINANTHUS corollis fauce patentibus, foliis trifidis.

Pedicularis orientalis, ſupina, folio trifido, flore magno, flaveſcente. Tournef. Coroll. pag. 9.

Pedicularis annua chamæpityos facie. Buxbaum. Cent. 1. p. 5. tab. 8.

Habitat in Armenia ☉.

Caulis herbaceus, adſcendens, ſimpliciſſimus, ſubtomentoſus, teres, ſpithamæus.

Folia oppoſita, ſeſſilia, approximata, pubeſcentia, nervoſa, profunde trifida; *laciniis* linearibus, divaricatis, integerrimis, acutis, pollicaribus.

Flores ex omnibus axillis a baſi uſque ad apicem, ſolitarii, oppoſiti, ſeſſiles.

Bractea linearis, villoſa utrinque ad baſin ſinguli floris, figura & longitudine laciniarum foliorum.

Calyx ovatus, pubeſcens, inflatus, membranaceus, lineis 8 elevatis, quadrifidus: *laciniis* lineari-lanceolatis longitudine foliorum.

Corolla bilabiata, calyce parum brevior, extus ſubvilloſa. *Labium ſuperius* integrum, acutum, porrectum: inferius longius, trilobum; lobis lanceolatis. *Faux* aperta.

Stamina filamenta quatuor, glabra, ſub labio ſuperiore. *Antheræ* baſi bifidæ, mucronatæ, biloculares, inferne apertæ.

Germen

GERMEN ovato-acuminatum. *Stylus* longitudine corollæ, linearis, ſubvilloſus. *Stigma* truncatum.

CAPSULA ovata, acuminata, bilocularis, polyſperma.

Capſula Bartſiæ fere, at Calyx Rhinanthi.

LANTANA.

LANTANA foliis oppoſitis ovato-lanceolatis, caule inermi, floribus capitato-ſpicatis, involucris lanceolatis. *Viburnoides* 2-3.

Charachera viburnoides. FORSK. Deſcr. pag. 117.

Fruticoſa. *Rami* piloſi, ſcabri.

FOLIA ovato-lanceolata, acuta, ſerrata, ſupra rugoſa, ſcaberrima, ſubtus molliter villoſa, ſesquipollicaria.

Petiolus ſuperne dilatatus.

PEDUNCULI oppoſiti, longitudine foliorum.

FOLIOLA involucri lanceolata, capitulo parum breviora.

COROLLA pubeſcens.

Charachera tetragona FORSK. l. c. ſpecie vix differt.

RUELLIA.

RUELLIA foliis petiolatis ovatis piloſis, floribus ſpicatis ſecundis. *Intruſa*

Ruellia intruſa; corollæ lacinia intruſa, fornicata. FORSK. Deſcr. pag. 113. 4-5.

CAULIS herbaceus. *Rami* obtuſe-tetragoni, piloſi, articulati; *articulis* bipollicaribus baſi incraſſatis.

FOLIA petiolata, ovata, integerrima, acuta, piloſa, pollicaria.

Petiolus brevis.

SPICA terminalis, bipollicaris. *Flores* ſecundi, ſolitarii, alterni, rariſſime oppoſiti.

Bracteæ binæ, ſetaceæ, ad baſin floris.

CALYX quinquepartitus; *laciniis* lanceolato-ſubulatis, piloſis.

COROLLA violacea, extus pubeſcens.

RUELLIA foliis ovatis integerrimis, floribus axillaribus ſolitariis longiſſimis, caule fruticoſo. Tab. XV. fig. a. pars folii lente aucta. *Longiflora* 15-16.

Camellia (errore editoris) longiflora; foliis petiolatis cordatis, obtuſis integris, tuba corollæ quadripollicari. FORSK. Deſcr. p. 126. no. 99.

CAULIS fruticoſus, erectus, ſcabriuſculus, piloſus: pilis longis exſtantibus, intermixtis aliis breviſſimis, ſtellatis.

FOLIA oppoſita, petiolata, ovata, integerrima, obtuſiſſima, avenia, utrinque pilis ſtellatis tecta, viridia, ſubtus albidiora, pollicaria.

Petioli folio breviores, piloſi.

FLORES axillares, ſolitarii, oppoſiti, pedunculati: *Pedunculus* ſemipollicaris. *Foliola* bina, petiolata, caulinis ſimillima minora, ad baſin Calycis.

CALYX campanulatus, quinquefidus: *laciniis* ovatis, acutis, intus incanis, molliſſimis.

COROLLÆ *tubus* longiſſimus, quadripollicaris, ſuperne villoſus. *Limbus* campanulatus, quinquefidus: *laciniis* æqualibus, rotundatis.

Filamenta ſubæqualia.

Capsula elaſtica, oblonga, utrinque acuta, bivalvis, bilocularis.

Planta a Barleria longiflora Suppl. Lin. pag. 290. toto cœlo diverſa; illa enim gaudet foliis molliſſimis absque pilis ſtellatis: Bracteis glabris, reticulatis ſeſſilibus ſcarioſis. Ut eo melius a ſe invicem diſtinguantur, figuram Barleriæ longifloræ etiam dedi Tab. XVI. fig. a. Calyx. b. Capſula.

BARLERIA.

Prionitis. BARLERIA ſpinis axillaribus pedatis quaternis, foliis integerrimis lanceolato-ovatis. Lin. S. V. pag. 576.

Juſticia appreſſa; ſpinis axillaribus compoſitis, flore fulvo, labio ſuperiori breviore. Forsk. Deſcr. p. 6.

Planta Forskålei differt modo a Prionitide Linnæi, floribus in apice ramorum minus congeſtis.

Stamina certe quatuor inveni tam in hac ſpecie, quam in reliquis Juſticiis ſpinoſis Forsk. bina in fundo latent more Barleriæ.

Triſpinoſa 4-5. BARLERIA ſpinis axillaribus compoſitis triradiatis, ſpicis terminalibus imbricatis.

Juſticia triſpinoſa; foliis lanceolato-ovatis; ſpicis terminalibus imbricatis; labio corollæ ſuperiori brevi. Forsk. Deſcr. p. 6.

Frutex. Rami obſcure angulati, glabri.

Folia petiolata, elliptica, patentiſſima, glabra, integerrima, acuminata, ſesquipollicaria.

Petiolus brevis.

Spinæ axillares, alternæ, triradiatæ, unguiculares, albæ.

Spica terminalis, imbricata. *Bracteæ* ſtructura foliorum caulis, ſeſſiles, duæ aliæ minores, lanceolato-ſubulatæ, ad baſin floris.

Flores ſolitarii, oppoſiti.

Calyx ut in Barleria Prionitide, villoſus.

Corolla tenuiſſime villoſa, figura Barleriæ buxifoliæ.

Biſpinoſa 4-5. BARLERIA ſpinis axillaribus biradiatis floriferis, foliis ovatis, ſubtus piloſis.

Juſticia biſpinoſa, ſpinis axillaribus, bifidis, corollæ labiis æqualibus. Forsk. Deſcr. p. 6.

Frutex ramis piloſis.

Folia petiolo brevi, ovata, integerrima, mucronata, venis ſubtus margineque villoſa.

Spinæ ex alis ſuperioribus, oppoſitæ, plerumque biradiatæ, interdum bis bifidæ, *Folio* longiores, divaricatæ.

Pedunculi in diviſura ſpinarum, breves, ſolitarii, uniflori.

Calyx longitudine ſpinarum, villoſus, cæterum ut in congeneribus.

Corolla magna bipollicaris, violacea. *Tubus* ſenſim ampliatus.

Noctiflora. BARLERIA ſpinis axillaribus ramoſis, foliis lanceolatis integerrimis cuſpidatis, bracteis ovatis ſcarioſis, tubo elongato. Suppl. p. 290.

Juſticia lanceata; foliis inermibus; ſpinis ſtipularibus bracteisque foliaceis margine ſpinoſis. Forsk. Deſcr. pag. 6.

Spinæ intra foliaceæ, axilla oppoſita inermi, albæ, patentes, margine ſpinis 2-3-4, foliis duplo longiores.

Flores

FLORES ſolitarii, ſeſſiles, alterni.

Bracteæ reticulato-venoſæ, margine ciliato-ſpinuloſæ.

Planta Arabica differt ab Indica foliis ſubtus, præſertim verſus marginem pilofis.

BARLERIA ſpinis axillaribus geminis foliaceis, ſpicis axillaribus ſecundis. *Acanthoides*

Habitat in Arabia felici.

RAMI teretes, villoſi.

FOLIA oblonga, petiolata, oppoſita, integerrima, cuſpidata, piloſa, præſertim ſubtus & verſus marginem, avenia, unguicularia.

Spinæ geminæ ex altero axillo tantummodo, rigidæ, lanceolatæ, margine foliaceæ, ſpinoſæ, raro piloſæ, folio duplo longiores.

SPICA axillaris, ramulo ex altera axilla oppoſita, patentiſſima, ſesquipollicaris.

FLORES ſecundi, erecti. *Spinæ* geminæ ad baſin ſinguli floris, altera erecta floribus adpreſſa, altera patens, rarius ſolitariæ, ſtructura & figura ſpinarum ramorum.

Bracteæ binæ, ovatæ, ſcarioſæ, nervoſæ, venoſo-reticulatæ, integræ, cuſpidatæ, longitudine ſpinarum.

CAPSULA ut in congeneribus.

Absque ullo nomine in collectione FORSK. inveni. Quamvis flos non adeſſet, huc tamen retuli, ob calycem & ſimilitudinem in reliquis cum BARLERIA noctiflora & criſtata.

Aliam huic ſimillimam etiam in herbario FORSK. vidi, diverſam vero foliis ſubrotundis molliter villoſis, ſpinis latioribus villoſis, bracteis majoribus margine ſpinulis denticulatis, ſpecimen vero nimis mutilatum erat, ut inde certe determinare queam num ſpecie differat.

AVICENNIA.

AVICENNIA foliis cordato ovatis ſubtus tomentoſis. LIN. S. V. p. 579. *Tomentoſa.*

Sceura maritima foliis lanceolatis, integris, floribus fulvis. FORSK. Deſcr. pag. 37. no. 118.

ACANTHUS.

ACANTHUS foliis ſinuato-dentatis ſpinoſis glabris, caule fruticoſo. *Arborea* 3-4.

Acanthus arboreus, caule arboreo, foliis ſinuato-dentatis ſpinoſis. FORSK. Deſcr. pag. 115.

FOLIA cardui nutantis, oppoſita, petiolata, ſpithamæa, margine ſpinis validis armata, ſupra glaberrima, ſubtus venis ſubpubeſcentia.

Petiolus brevis, utrinque auriculo angulato, ſpinoſo.

SPICA terminalis, ſeſſilis, ſpithamæa. *Flores* oppoſiti, imbricati.

CALYX foliolis trium parium membranaceis, villoſis. *Foliolis* duobus exterioribus ſubulatis, pollicaribus, ciliatis: ciliis utrinque 3-4 flexilibus, remotis, patentibus, foliolo duplo brevioribus. *Intermediis* binis lanceolato-ovatis, trinerviis, exterioribus æquantibus, ciliis utrinque plurimis longis inermibus, terminalibus pungentibus, in defloratis innocuis. *Intimis* ovatis, exterioribus longioribus, bifidis, nervoſis, utrinque ciliis binis, baſi externe calloſis.

COROLLA calyce duplo longior, magnitudine fere acanthi ſpinoſi. *Labium inferius* quinquelobum; lobis lateralibus minoribus, *ſuperius* nullum.

CAPSULA magnitudine nucis avellanæ, ovata cum acumine. *Semina* bina.

Edulis 9-10. ACANTHUS foliis quaternis lineari-lanceolatis dentato-ſpinuloſis, caule fruticoloſo.

Acanthus edulis; foliis lanceolatis, ſubdentatis; ſpicis bracteis ſpinoſis. Forsk. Deſcr. pag. 114.

Ruellia perſica; foliis lanceolatis dentatis ſpinuloſis, floribus oppoſitis. Burm. Fl. Ind. p. 135. tab. 42. fig. 1.

Ruellia ciliaris; foliis dentatis ciliatis, floribus oppoſitis. Lin. Mant. 89. S. V. p. 575.

Caulis ſuffruticoſus, glaber.

Folia quaterna ad articulos & apices ramorum, inæqualia, ſeſſilia lineari-lanceolata, glabra, obtuſa, mucronata, utrinque dentibus 4 vel 5, remotis, ſpinuloſis, ſubtus pallidiora.

Spica terminalis, digitalis. *Rachis* angulata. *Flores* oppoſiti.

Bractea ſub ſingulo flore, cordato-acuminata, rigida, pungens, verſus apicem patula, glaberrima, pollicaris, quinque nervis: nervis utrinque elevatis, ſpinoſa: ſpinis 5 vel 6, utrinque tribus, intermediis majoribus.

Calyx triphyllus, duo foliola lateralia, ſubulata, integerrima, tertium ovatum germen includens, utrinque villoſum, nervoſum, apice ſquama anguſtiore, oblonga, tridentata, terminatum.

Corolla ut in congeneribus, longitudine bractearum.

Capsula glaberrima, læviſſima, ovata, compreſſa, bilocularis, diſperma, dente elaſtico in ſingulo loculamento, diſſepimento baſi adnato eique parallelo.

Semen unicum, oblongum, altero latere obliquum, ſetis rigidis tectum.

Synonymum Burmanni omnino huc pertinere edocuit inſpectio Ruel. perſicæ in herbario Cel. viri, cum vero flores in ſpecimine Burmanni deſunt, ob dentem elaſticum Cl. Autor ad Ruelliam retulit, habitus vero & infloreſcentia ſatis monſtrant Acanthi eſſe ſpeciem.

COCHLEARIA.

Coronopus. COCHLEARIA foliis pinnatifidis, caule depreſſo Lin. S. V. p. 588.

Lepidium ſquamatum; foliis pinnato-multifidis; floribus hexandris; ſiliculis faſciculatis, late cordatis, margine bifariam ſquamis imbricatis. Forsk. Deſcr. p. 117. no. 69.

CHEIRANTHUS.

Farſetia. CHEIRANTHUS ſiliquis ovalibus compreſſis, foliis lineari-lanceolatis, caule fruticoſo erecto. Lin. S. V. p. 598.

Lunaria ſcabra; tomentoſa ſcabra, ſiliculis oblongis, foliis linearibus. Forsk. Deſcr. p. 117.

β. *Cheiranthus linearis; foliis linearibus, tomentoſis; caule ramoſo diffuſo.* Forsk. Deſcr. p. 120.

Habitat in Regno Tunetano.

Varietas β differt tantummodo foliis & ſiliquis anguſtioribus.

CLEOME.

Filifolia 21-22. CLEOME floribus hexandris, foliis ſeptenatis ternatisque filiformibus.

Cleome anguſtifolia; floribus hexandris, corolla ad latus ſuperius poſita, ſtaminibus ſurgentibus foliis digitatis linearibus. Forsk. Deſcr. p. 120. n. 71.

Caulis

Caulis erectus, debilis, herbaceus, pedalis, ramoſus, ſtriatus, verſus ſummitatem punctatus: punctis elevatis, minutis, ſparſis.

Folia petiolata, inferne ſeptena, ſuperne ternata, filiformia, pollicaria.

Petiolus foliis brevior.

Siliquæ digitales, pedicellatæ, verſus apicem parum incurvatæ anguſtiores.

Convenit cum Cleome tenella figura foliorum, differt vero numero horum, altitudine, debilitate, ſiliqua pedicellata, apice attenuata pendula, caule punctato.

GERANIUM.

GERANIUM pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis ſubbipinnatifidis, caule ramoſo. *Hirtum* 36-37.

Geranium hirtum; pedunculis multifloris; calyce pentaphyllo; floribus pentandris; foliis petiolatis triangularibus, bipinnatifidis hirſutis. Forsk. Deſcr. pag. 123.

Folia Geranii carnoſi, hirta uti caulis: *laciniis* acutiuſculis.

Flores plerumque quinque. *Involucra* ſcarioſa, ovata.

Calyx ſtriatus, villoſus; *foliolis* mucronatis.

Petala baſi nigricantia.

GERANIUM pedunculis multifloris, foliis oblongis lineatis crenato-ſublobatis craſſis, roſtris plumoſis. *Glaucophyllum.*

Geranium craſſifolium: foliis glabris, craſſiuſculis, inferioribus cordatis, ſuperioribus oblongis; omnibus crenato-lobatis. Forsk. Deſcr. pag. 123.

Geranium glaucophyllum; pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis ovatis ſerratis lineatis incanis. Lin. S. V. p. 616.

Caulis ad terram ramoſus. *Rami* procumbentes, ſimplices, ſpithamæi, interdum ultra, glabri, ſubtiliſſime ſtriati.

Folia petiolata, oppoſita, vix pollicaria, obtuſe crenata, ſæpius baſi lobata, craſſa, tenuiſſime piloſa, majora fere nuda, juniora pilis minutis caneſcentia: altero folio ſemper minore, brevius petiolato.

Pedunculi axillares, longitudine foliorum, tri- vel quadriflori.

Involucri foliola minuta, ovata, acuta, ſcarioſa.

Calycis *foliola* villoſa, incana, ſtriata, mucronata.

Aristæ longiſſimæ, bipollicares vel parum ultra, pubeſcentes, intus pilis fulveſcentibus, nitentibus hirſutiſſimæ.

PENTAPETES.

PENTAPETES foliis ovato-lanceolatis ſerratis, floribus pentandris. *Velutina* 1-2.

Melhania velutina. Forsk. Deſcr. pag. 64.

Calyx duplex ut in Pentap. phœnicea. Petala, filamenta & reliqua fructificatio omnino Pentapetis, differt modo numero ſtaminum. In nuperis Pentap. phœniceam a cæteris ſeparavit Cavanillas, ſed cum diſſertatio laudati auctoris ad nos nondum pervenerit, neſcio num Melh. Forsk. potius ſit ſpecies Dombeyæ, vel an jure una cum phœnicea a Pentap. ſuberifolia divelli poſſit. Liberalitate Cel. Jussiæi Dombeyam ovatam & punctatam quidem poſſideo, quas valde affines ſuberifoliæ eſſe perſpicio, ſed qua nota genere a Pentap. Linnæi differunt, ex his mihi adhuc non conſtat.

MALVA.

Nicæenſis 14-15. MALVA caule decumbente calycibusque glomeratis piloſis, foliis quinquelobatis.

Malva montana; caule decumbente, foliis quinquelobis ſerratis villoſis, mollibus; calycibus axillaribus glomeratis, villoſis. Forsk. Deſcr. pag. 124.

Malva nicæenſis; caule piloſo decumbente herbaceo, foliis ſubcordatis quinquelobis, lobis acutis, pedunculis erectis. Allion. flor. Pedem. n. 1416.

Petioli ſupra piloſiſſimi, ſubtus nudiuſculi. Reliqua vid. Allion. fl. l. c.

Malva Nicæenſis, quam benevolentiæ Ceb. Allon. debeo, modo differt a M. montana Forskåleı villoſitate majori in foliis junioribus, cæterum omnia eadem. Valde affinis M. parvifloræ eſt, an revera diverſa?

HIBISCUS.

Microphyllus 3-4. HIBISCUS foliis ovalibus hirtis antice ſerratis, caule fruticoſo.

Hibiſcus flavus; floribus decandris; foliis petiolatis, ovalibus, ſerratis, obtuſis, ſcabris. Forsk. Deſcr. p. 126.

Frutex *ramis* junioribus, foliis calycibusque hirtis, pilis ſtellatis.

Folia petiolata, ovalia, ſubrotunda, ſemiunguicularia, a medio marginis ſerrata, avenia, ſubquinquenervia, ſubtus magis hirta.

Petioli foliis longiores. *Stipulæ* minutæ, ſetaceæ.

Pedunculi axillares, ſolitarii, longitudine foliorum, verſus apicem geniculati, craſſiores.

Calyx *exterior* 10 phyllus: foliolis ſetaceis. *Interior* pentaphyllus: foliolis lanceolatis, exteriori brevior.

Ovalifolius 12-13. HIBISCUS foliis ovalibus ſubangulatisque, calycibus exterioribus pentaphyllis.

Urena ovalifolia; foliis cordato-ovalibus, ſerratis, hiſpidis. Forsk. Deſcr. pag. 124.

Pili ſtellati tuberculis minutis inſidentes, ſuperne ad apices ramorum confertiores, inferne ſparſi.

Folia ſubtus magis piloſa utrinque acuta, ſuprema ſubangulata.

Stipulæ ſetaceæ.

Calyx *exterior* pentaphyllus: *foliolis* lanceolatis, nervoſis, ſeta foliolo breviore terminatis. *Interior laciniis* ovato-acuminatis.

Flos magnitudine & facie Hibiſci vitifolii.

Capsula quinquevalvis, quinquelocularis: *loculis* polyſpermis, ideoque non Urena.

Semina reniformia, villoſa.

POLYGALA.

Tinctoria 13-14. POLYGALA villoſa floribus criſtatis, bracteis triphyllis, foliis obovatis, caule fruticoſo.

Polygala bracteolata; foliis alternis, obovato-cuneatis, integris ſubvilloſis, pollicaribus. Forsk. Deſcr. p. 213.

Tota planta villoſa.

Rami virgati, teretes.

Folia ſubpetiolata, alterna, obovata, mucronata, interdum emarginata, pollicaria.

Racemi axillares terminalesque, ſesquipollicares.

Bracteæ triphyllæ, ovatæ, minutæ.

Calycis foliola oblonga, acuta, inæqualia.

Alæ ſubrotundæ, calyce triplo majores, perſiſtentes, pubeſcentes.

Legumen ovale, emarginatum, alis brevius.

Maxime affinis Pol. myrtifoliæ, differt figura foliorum, villoſitate, floribus duplo minoribus, alis rotundatis, non vero ovato-rhomboidalibus acutis.

SPARTIUM.

SPARTIUM ramis ſtriatis, racemis lateralibus, foliis lanceolatis. Lin. S. V. pag. 643. *Monoſpermum.*

Geniſta Rætam; foliis ſimplicibus, ramis alternis ſtriatis, fructu ovali uniloculari. Forsk. Deſcr. p. 214. no. 66.

Rami floriferi aphylli, glabri, foliiferi pubeſcentes.

Folia callo inſidentia, remota.

Calyx bilabiatus: *labium ſuperius* profunde bifidum; *inferius* integerrimum.

Corollæ duplo majores quam in ſphærocarpo.

Fructus ſubgloboſus cum acumine.

SPARTIUM foliis ternatis complicatis ſericeis, ramulis teretibus ſpinoſis oppoſitis. *Horridum* 13-14.

Spartium aphyllon, fruticoſum, junceis aculeis, lanatis capitulis. Lobel. Adverſ. 409.

Geniſta ſpartium minus, ſaxatile, aculeis horridum. Tournef. Inſ. R. H. pag. 645.

Legi minus frequentem in monte Uruel ad Jaccam, urbem Arragoniæ.

Frutex humilis, pedalis, ramoſiſſimus, diffuſus, rigidus, ſpinis horridus.

Rami trichotomi, multoties diviſi, lineis 6 exarati, glabri, verſus apicem dilatati; *Ramuli* ſuperne ſæpe quinque ex eodem articulo, teretes, ſubulati, ſpinoſi, rigidi, apice flaveſcentes.

Folia petiolata, oppoſita, ternata: foliola ſeſſilia, linearia, complicata, ſericea, bilinearia, æqualia.

Petiolus longitudine foliorum, baſi utrinque ſtipula adnata ſpinuloſa.

Flores ex apice ramuli intermedii, ſolitarii vel gemini, ſubſeſſiles.

Bracteæ quatuor, cordato-acuminatæ, villoſæ, aridæ, ad baſin florum.

Calyx aridus bilabiatus, villoſus, fructu brevior. *Labium ſuperius* tridentatum: dentibus acuminatis; *inferius* bidentatum.

Corolla flava.

Legumen hirſutum, incanum, tetraſpermum.

GENISTA.

GENISTA ſpinis ternatis decuſſatis, foliis ſimplicibus lanceolatis, ſpicis terminalibus hirſutis. *Hirſuta* 13-14.

Geniſta-Spartium luſitanicum, lanuginoſum, aculeis tridentatis, longioribus munitum. Tournef. Inſt. R. H. p. 645.

 Legi

Legi in Caſtilia veteri.

FRUTEX ſpinoſiſſimus, rigidus. *Rami* teretes, inferne aphylli, ſupremi hirſutiſſimi, omnes ſpinoſi.

FOLIA lanceolata, ſeſſilia, hirſuta, ſemiunguicularia.

Spinæ ex axillis, alternæ patentiſſimæ, validæ, decuſſatæ, pollicares, apice flaveſcentes, glabræ, ſubtiliſſime ſtriatæ, baſi utrinque ſpina brevior horizontalis.

SPICA ex apice ramorum, pollicaris, imbricata, hirſutiſſima.

Bracteæ ternæ ad baſin floris, calyce breviores, piloſæ, laterales lineares, intermedia lanceolato-acuminata.

CALYX piloſus: *laciniis* ſubulatis.

COROLLA flava. *Vexillum* piloſum.

CROTALARIA.

Retuſa. CROTALARIA foliis ſimplicibus oblongis-cuneiformibus retuſis. LIN. S. V. 649.
Dolichos cuneifolius foliis ſimplicibus, ſiliquis racemoſis, enſiformibus cornutis. FORSK. Deſcr. p. 134. no. 16.

Microphylla 21-22. CROTALARIA foliis ternatis oblongis, pedunculis lateralibus bifloris, caule filiformi decumbente.

Habitat in Arabia felici. In herbario FORSKÅLÆI inveni abſque ullo nomine, nec in Deſcript. ulla planta commemoratur, ad quam referri poteſt.

CAULIS lignoſus, decumbens, filiformis, teres, ramoſus, glaber, pedalis.

FOLIA petiolata, remota, ternata: *Foliola* oblonga, ſubſeſſilia, glabra, craſſiuſcula, bilinearia; lateralia minora, ſubmucronata.

Petiolus longitudine foliolorum.

Stipulæ ſetaceæ, patulæ, petiolo duplo breviores.

PEDUNCULI terminales, ſed cum ramus excreſcit, laterales & oppoſitifolii fiunt, biflori: *floribus* pedicellatis.

Bracteæ binæ, ſubulatæ, ad diviſuram pedunculi.

CALYCIS *laciniæ* piloſiuſculæ, lanceolatæ.

COROLLA flava, calyce duplo longior.

LEGUMEN oblongum, glabrum, pedicellatum: *pedicello* breviſſimo.

ONONIS.

Serrata 4-5. ONONIS floribus ſubſeſſilibus ſolitariis, foliis inferioribus ſerrato-dentatis cuneiformibus, apice ſubtridentatis.

Ononis ſerrata; pedunculis axillaribus unifloris, foliis ternatis ſerrato-dentatis; flore albo; vexillo rubicundo. FORSK. Deſcr. pag. 131.

Tota planta pubeſcenti-viſcida.

CAULIS herbaceus, teres, decumbens, ſubdichotomus. *Rami* tenues.

FOLIA inferiora ternata, ſuperiora ſimplicia, ad apices ramorum vix ulla, omnia petiolata. *Foliola* cuneiformi-linearia, ſerrato-dentata: dentibus utrinque tribus, apice tranſverſa, tridentata, rarius quinquedentata, ſemiunguicularia; lateralia minora.

Petiolus longitudine foliorum.

Stipulæ petiolo utrinque adnatæ, eoque dimidio breviores, ovato-lanceolatæ, ſtriatæ, denticulatæ.

Flores axillares, ſolitarii, ſubſeſſiles, inferiores remotiores, ſupremi baſi ſtipula ſuffulti.

Calyx quinquefidus, ſtriatus; *laciniis* lanceolato-linearibus, longitudine corollæ.

Legumen villoſum, oblongum, tetraſpermum, longitudine calycis.

ONONIS pedunculis unifloris ariſtatis, foliis ſeſſilibus ternatis ſtipulisque vaginantibus dentatis. *Vaginalis.* 19-20.

Ononis Cherleri; pedunculis unifloris, filo appendiculatis; caulibus imbricatis compreſſis; laciniis foliorum tomentoſis, dentatis. Forsk. Deſcr. p. 131.

Villoſo-viſcoſus, caule lignoſo.

Folia ſeſſilia, ternata. *Foliola* cuneiformia, ſtriata, dentata, verſus baſin integerrima, lateralia minora.

Stipulæ cuculatæ, totum caulem tegentes, vaginantes, ſtriatæ, verſus caulem obliquæ, extus bifidæ, ſtriatæ, dentatæ, inferiores aridæ.

Pedunculi alterni, a medietate caulis usque ad apicem, ſolitarii, uniflori, parum infra calycem foliolo lineari longitudine calycis ariſtati, erecti, pollicares.

Calyx ſtriatus: *laciniis* lanceolatis, corolla brevioribus.

Corolla flava. *Vexillum* purpureo-ſtriatum.

Legumen reflexum.

Diverſo tempore anni faciem alienam induit, ut facile pro diſtincta ſpecie haberetur: ramulis confertis ſemipollicaribus aphyllis, ſtipulis minoribus denſe imbricatis.

PHASEOLUS.

PHASEOLUS caule volubili, foliis ſubquinquepartitis. Lin. Suppl. pag. 325. Jacq. Obſ. 3. p. 2. tab. 52. *Aconitifolius.*

Phaſeolus palmatus. Forsk. Deſcr. p. 214. no. 68.

CLITORIA.

CLITORIA foliis pinnatis. Lin. S. V. p. 660. *Ternatea.*

Lathyrus ſpectabilis; caule volubili; foliis ſesquitrijugis, binis ſetis interjectis. Forsk. Deſcr. p. 135.

Orobus volubilis. Forsk. Catal. Syſt. flor. Arab. pag. 117. no. 436.

ÆSCHYNOMENE.

ÆSCHYNOMENE caule arboreo, floribus maximis, leguminibus filiformibus. Lin. S. V. pag. 671. *Grandiflora.*

Dolichos arboreus; floribus ferrugineis; caudice arboreo. Forsk. Deſcr. p. 134.

Foliola emarginata, alterna.

Pedicelli bi- ſive triflori, geniculati.

Calyx campanulatus: dentibus vix ullis.

Petalorum *unguiculi* calyce duplo longiores: *Carina* baſi bifida.

Filamentum unicum liberum.

Sesban. ÆSCHYNOMENE caule herbaceo lævi, leguminibus cylindricis ſubæqualibus, foliolis obtuſis. LIN. S. V. p. 671.

Dolichos æſchynomene ſesban. FORSK. Deſcr. p. 134.

FOLIOLA obtuſa cum mucrone, alterna, in foliis junioribus oppoſita.

FLORES racemoſi. *Racemi* foliis breviores. *Pedicelli* geniculati; remoti.

CALYX æſch. grandifloræ ſed quinquedentatus: *dentibus* æqualibus.

ALÆ minus falcatæ quam in æſch. grandiflora: *unguiculi* calyce parum longiores: *Aliculæ* binæ, ſubulatæ, baſi vexilli inſertæ ad apicem unguis.

Stigma obtuſiuſculum, minime pubeſcens.

LEGUMINA articulata: *articulis* oblongis, utrinque anguſtatis.

Hæc & grandiflora a reliquis Æſchynom. differunt calyce campanulato, dentato, nec profunde trifido: alis longitudine vexilli, leguminibus intra calycem ſeſſilibus, non vero pedicellatis, articulis leguminum utrinque anguſtatis, in reliquis Æſch. vero ubique ejusdem latitudinis fere, altero latere tantummodo toroſis. Hinc forte alius generis erunt, ſi non proprium conſtituere debent, ad Dolichos vero illas amandare natura repugnat; quoniam habitu & leguminibus diverſæ ſunt. Conveniunt cum Coronilla Emero calyce, petalis, ſeptula etiam inter ſemina ut in Coronillis.

HEDYSARUM.

Violaceum 13-14. HEDYSARUM foliis ſimplicibus lanceolatis, ſtipulis calycibusque ſcarioſis, leguminibus rugoſis.

Hedyſarum violaceum; folio ſimplici lineari; caule annuo procumbente. FORSK. Deſcr. pag. 136.

Perennis.

CAULES lignoſi, procumbentes, virgati, teretes, glabri, pedales, ramoſi. *Rami* caule breviores.

FOLIA ſimplicia, brevi-petiolata, patentia, lanceolata, acuminata, glabra, pollicaria.

Stipulæ ſcarioſæ, lanceolato-ovatæ, longitudine petioli.

RACEMUS terminalis, floriferus bipollicaris, fructiferus elongatus.

Flores plerumque gemini, rarius ſolitarii.

CALYX quinquepartitus, ſcarioſus, ſtriatus, margine apiceque piloſus.

LEGUMEN pollicare, articulatum: *articuli* 4-6, compreſſi, ſubrotundi, rugoſi, ſtylo perſiſtente terminati.

Diverſum ab Hedyſaro gramineo RETZII obſ. faſc. 5. pag. 26. articulis Leguminum latioribus, rotundioribus, rugoſis, cæterum ſatis ſimile.

Affine eſt H. bupleurifolio & vaginali, his vero legumen læve ſecundum. LINNE, potius igitur ut ſpeciem diſtinctam propono.

Folia in Hedyſaro bupleurifolio, nummularifolio, moliniferò & vaginali mire ludunt in eadem planta, legumina vero notas præſtantiores præbent, ideoque melius forte foret eas differentias addere.

Lappaceum 23-24. HEDYSARUM foliis ternatis obcordatis, floribus axillaribus ſubſolitariis, leguminibus biarticulatis ſetis hamoſis.

Hedyſarum lappaceum; foliis ternatis, obcordatis; caulibus procumbentibus; ſiliquis compreſſis, ſpinoſis. FORSK. Deſcr. pag. 136.

CAULES ſuffruticoſi, proſtrati, pubeſcentes, teretes, craſſitie pennæ columbinæ, ramoſiſſimi.

FOLIA

Folia ternata, breviſſime petiolata: *foliola* obcordata, ſeſſilia, craſſa, villoſa, parva, apice mucrone reflexo, lateralia minora.
Stipulæ minutæ, ſubulatæ.
Flores axillares, breve pedunculati, ſolitarii, rarius bini.
Bractea ſubulata in ſingulo pedunculo.
Calyx quinquefidus, villoſus: *laciniis* ſubulatis.
Vexillum & carina calyce duplo longior. *Alæ* lineares, longitudine calycis.
Germen villoſum.
Legumen ſemipollicare, biarticulatum. *Articuli* orbiculati, compreſſi, villoſi, ſetoſi: ſetis rigidis, apice reflexo-hamoſi.

INDIGOFERA.

INDIGOFERA foliis ſimplicibus oblongis ſericeis, racemis axillaribus, caule fruticoſo. *Oblongifolia 1-2.*
Indigofera oblongifolia; foliis ſimplicibus, petiolatis, ovali-oblongis; caule fruticoſo, inermi, diffuſo; florum racemis axillaribus. Forsk. Deſcr. p. 137. no. 26.
Frutex ramis tomentoſo-ſericeis.
Folia ſimplicia, ſubſeſſilia, oblonga, tomentoſo-ſericea, remota, bilinearia. Rudimenta ramulorum in axillis.
Stipulæ minutæ, ſetaceæ.
Racemi axillares, folio triplo longiores. *Flores* numeroſi.
Calyx ſericeo-tomentoſus.
Vexillum tenuiſſime villoſum.

INDIGOFERA foliis ſimplicibus linearibus canis, leguminibus globoſis. *Linifolia 1-2.*
Hedyſarum linifolium; foliis ſimplicibus linearibus canis, caule proſtrato, leguminibus globoſis. Lin. Suppl. pag. 331. S. V. p. 672.
Sub nomine Indigoferæ linifoliæ miſſa fuit una cum ſeminibus a Könıgio & revera Indigofera eſt, carina enim utrinque calcarata exſtat ut in omni Indigofera, facies etiam aliena a Hedyſaro. Vivam in horto habui.

INDIGOFERA fruticoſa, foliis ternatis obovatis, pedunculis ſpineſcentibus. *Spinoſa 2-3.*
Indigofera ſpinoſa; leguminibus binatis, teretibus ſcabris; caule fruticoſo diffuſo, ſpinoſo. Forsk. Deſcr. p. 137. no. 27.
Frutex cortice cinereo, ramoſiſſimus. *Rami* digitales, attenuati, apice truncati, aphylli, ſpinoſiſſimi, e pedunculis perſiſtentibus ſpineſcentes: *Ramuli* foliiferi, ſparſi in ramis ſeneſcentibus, breves.
Folia ternata, breviſſime petiolata: *foliola* obovata, ſeſſilia, cana, æqualia, minuta.
Stipulæ aceroſæ, minutæ.
Pedunculi ſpineſcentes, unguiculares, ex omnibus fere axillis, perſiſtentes, biflori vel triflori, folio duplo longiores.
Calyx villoſus, quinquefidus.
Corolla: *vexillum* extus cineraſcens.
Legumina teretiuſcula, villoſa.

Forskålius putat, hanc Indigoferam ejusdem eſſe generis naturalis ac Hedyſarum Alhagi, ſed rationem ſane non perſpicio, demtis enim ſpinis & corollis rubris, nullam affinitatem invenio. Quamvis ſpinoſa, faciem tamen, & Corniculas ad latera carinæ Indigoferis eſſentiales habet, quæ in Alhagi vero deſunt.
Specimina etiam hujus ex Ind. Orient. habui.

Semitrijuga 14-15. INDIGOFERA foliis pinnatis obcordatis quinis, leguminibus ſubſpicatis pendulis toruloſis, caule proſtrato ſuffruticoſo.

Indigofera argentea; leguminibus ſubſeſſilibus toruloſis, foliis ternis quinisque orbiculatis. Burman. Fl. Ind. p. 171. fide herbarii Celeb. Viri.

Indigofera ſemitrijuga; foliolis ſemitrijugis, obcordatis, ſubcomplicatis, tomentoſis. Forsk. Deſcr. p. 137.

Fruticulus proſtratus, ramoſus. *Rami* teretes, ſimplices, villoſo-incani, uti tota planta.

Folia pinnata, quina. *Foliola* ſeſſilia, obcordata, mucronata; impar reliquis majus.

Stipulæ lineares.

Spicæ axillares, foliis longiores. *Flores* remotiuſculi, plerumque 11-13.

Legumina oblonga, pendula, parva, toruloſa, diſperma.

Similis Indigoferæ enneaphyllæ & pentaphyllæ in multis, at diverſa, ut patet ex data deſcriptione.

Spicata 18-19. INDIGOFERA foliis pinnatis obovatis, floribus ſpicatis, leguminibus teretibus toruloſis pendulis, caule decumbente.

Indigofera ſpicata; foliolis alternis quadrijugis, leguminibus rectis, pendulis, ſubſpicatis. Forsk. Deſcr. p. 138.

Caulis herbaceus, decumbens, villoſus.

Folia pinnata. *Foliola* 9., obovata, ſubpetiolata, extima majora, villoſa.

Stipulæ lanceolato-ſubulatæ, aridæ.

Spicæ foliis longiores, fructiferæ triplo majores.

Legumina teretia, pendula, toruloſa, villoſa.

Indigofera hirſuta differt caule erecto fruticoſo, ſtipulis ſetaceis, leguminibus hirſutiſſimis tetragonis.

Tinctoria. INDIGOFERA foliis pinnatis obovatis, racemis brevibus, leguminibus rectis, caule fruticoſo.

Indigofera Hover; foliolis ſemiſexjugis, cuneatis; racemis folio brevioribus; leguminibus rectis, teretibus, villoſis. Forsk. Deſcr. p. 137.

Indigofera tinctoria; foliis pinnatis obovatis, racemis brevibus, caule fruticoſo. Lin. S. V. p. 678.

Argentea. INDIGOFERA foliis ſimplicibus ternatis pinnatisque ſericeis, leguminibus toruloſis pendulis.

Indigofera articulata; leguminibus pendulis articulatis, foliis ſimplicibus, ternatis pinnatisque incanis. Gouan Illuſtr. p. 49.

Indigofera argentea; foliis pinnatis: foliolis obovatis tomentoſo-ſericeis: impari majore. Lin. Mant. p. 273.

Indigofera tinctoria. Forsk. Deſcr. p. 138.

Deſcriptionem vide in Gouanii Illuſtrationibus Bot. loc. citato.

PHACA.

PHACA.

PHACA acaulis, incana, calycibus fructiferis ovatis inflatis villoſis, foliolis oblongis obtuſis. *Incana* 7-8.

Aſtragaloides orientalis, veſicaria, foliis & fructibus incanis. Tournef. Coroll. pag. 27.

Habitat in Armenia.

Tota villoſa, incana.

Folia pinnata, bipollicaria. *Foliola* 39-45, oblonga, ſeſſilia, obtuſa; inferiora oppoſita, extrema ſenſim minora, alterna.

Stipulæ lanceolatæ, hirſutæ, imbricatæ, ad exortum foliorum.

Scapus ſpithamæus, teres, erectus.

Flores ſeſſiles: inferiores remotiores, patentes.

Bractea ovata, villoſa, acuta.

Calyces *floriferi* cylindrici, molliter villoſi, fuſci, juniores ſubtomentoſi: *Dentibus* calycinis 5, ſubulatis, parvis. *Fructiferi* inflati, ovati, fauce anguſtati, albido-villoſi.

Corolla calyce parum longior.

Differt a Phaca veſicaria canitie, villoſitate calycum fructiferorum, foliolis oblongis obtuſis approximatis. Nomen ſpecificum Ph. veſicariæ Linnæi ſequens igitur erit:

PHACA acaulis, glabra, calycibus fructiferis ovalibus inflatis, foliolis lanceolatis. *Veſicaria.*

ASTRAGALUS.

ASTRAGALUS cauleſcens erectus, floribus glomeratis ſubſeſſilibus ex omnibus axillis foliaceis. Lin. S. V. p. 681. *Chriſtianus.*

Aſtragalus fruticoſus; floribus axillaribus ſeſſilibus. Forsk. Deſcr. p. 139.

Caulis annuus, erectus, denſiſſime pilis albis hirſutus, teres, farctus, rigidus, craſſitie pennæ anſerinæ.

Folia ſpithamæa. *Foliola* 29 juga, alterna, ſeſſilia, cordato-ſubrotunda, emarginata, complicata, incana, ſupra minus piloſa, ſenſim minora: ſuperiora contigua, imbricata.

Stipulæ ovatæ, acuminatæ, ſemiunguiculares, latere interiore glabræ.

Flores ſeſſiles, ex omnibus axillis, ſulphurei.

Legumina ſeſſilia, patentia, incurvata, utrinque acuta, apice ſtylo recto terminata, bilocularia, albido-hirſuta.

ASTRAGALUS cauleſcens erectus, ſpicis pedunculatis longitudine foliorum, leguminibus arcuatis lanuginoſis ſtylatis. *Peregrinus* 2-3.

In herbario Tournefortii *vidi ſub ſequenti nomine: Aſtragalus peregrinus, ſiliquis conglobatis incurvis ſulcatis & hirſutis flore luteo* Fagonii.

Habitat in Oriente?

Caulis erectus, piloſiſſimus.

Folia remota, tripollicaria. *Foliola* 21-27, emarginata, piloſa, viridia: inferiora ſubrotunda, ſuperiora oblonga.

Stipulæ ovatæ, acuminatæ.

Spica axillaris. *Flores* inferiores remotiores, ſuperiores contigui.

Pedunculus longitudine foliorum. *Bracteæ* ſubulatæ, calyce duplo breviores.

Calyx cylindricus, piloſus: *laciniis* ſetaceis.

Corolla ochroleuca.

Legumina lanceolata, arcuata, lanuginoſa, obtuſa, ſtylo perſiſtente rigido leguminibus quadruplo breviore terminata: intus margine acuto, extus ſulco exarata.

Similis Aſtr. Chriſtiano herba & leguminibus, diverſa pedunculo elongato. Ab Aſtr. capitato differt floribus ſpicatis, ochroleucis.

Falcatus 6-7. ASTRAGALUS cauleſcens erectus glaber, leguminibus racemoſis pendulis falcatis.

Aſtragalus falcatus; caulescens erectus, floribus ſpicatis, leguminibus pendulis ſubfalcatis, flore luteo. La Mark Encycl. p. 310. n. 4.

Habitat in Siberia. Communicavit amiciſſimus Dn. Montet De La Mark Botanicus acutiſſimus.

Caulis erectus, ſuperne parum flexuoſus, teres, ſtriatus, glaber. *Ramuli* breves in axillis, erecti.

Folia patentia. *Foliola* 31-33., alterna, ſubpetiolata, oblonga, acuta, glabra.

Stipulæ membranaceæ, lanceolato-acuminatæ.

Pedunculi verſus ſummitatem, patentes, teretes, folio longiores; 3-4 pollicares. *Flores* ſubſeſſiles.

Legumina pendentia, breve pedicellata, introrſum arcuata margine acuto, extrorſum convexa, ſulco ſuturali, glabra, bilocularia.

Semina utrinque 6.

Annularis 16-17. ASTRAGALUS caulescens diffuſus, leguminibus ſubulatis incurvis glabris, foliolis obovatis.

Aſtragalus annularis; caulescens, diffuſus; leguminibus hamoſis, compreſſis, introrſum canaliculatis. Forsk. Deſcr. p. 139.

Aſtragalus maculatus; caulescens piloſus pedunculis ſubbifloris, leguminibus ſubulatis, incurvis, maculis purpuraſcentibus notatis. La Mark Encycl. n. 36.

Habitat in Ægypto.

Piloſa. Habitus aſtragali hamoſi.

Foliola 9., obovata, alterna.

Stipulæ lanceolatæ, breves.

Racemi pauciflori: *floribus* 3-4.

Bractea ſetacea ad baſin pedicellorum, longitudine calycis.

Legumina pollicaria, compreſſa, incurvata, glabra, purpureo-maculata.

Barbatus 26-27. ASTRAGALUS caulescens diffuſus hirſutiſſimus, floribus capitatis, pedunculis folia ſubæquantibus.

Aſtragalus orientalis villoſiſſimus, capitulis rotundioribus, floribus purpureis. Tournef. Corol. p. 29. fide herbarii Tournefortii. Dele igitur in Aſtragalo capitato ſynonymum Tournefortii.

Aſtragalus barbatus; caulescens humilis dumoſus villoſiſſimus, ſpicis ovato-ſubrotundis, foliolis oblongis integerrimis. La Mark Encycl.

Habitat in Oriente ♃.

Tota planta hirſutiſſima, pilis albis ſubfaſciculatis tuberculo inſidentibus.

Caulis

Caulis inferne lignoſus. *Rami* diffuſi, incani.

Folia pinnata, ſemipollicaria. *Foliola* 11-13, oppoſita, oblonga, apice ſubcalloſa.

Stipulæ lanceolato-acuminatæ.

Capitula verſus apicem ramulorum, axillaria, globoſa.

Pedunculus longitudine fere foliorum. *Bracteæ* lineares longitudine calycis.

Calyx tubuloſus: *dentibus* ſetaceis, calyce longioribus.

Corolla longitudine calycis.

Legumina mihi ignota.

ASTRAGALUS cauleſcens decumbens, ſpicis pedunculatis, calycibus fructiferis ovalibus inflatis. *Lineatus* 27-28.

Aſtragalus orientalis, calyce veſicario, lineis rubris ſtriato. Tournef. Corol. 29.

Aſtragalus lineatus; cauleſcens pumilus; foliolis obtuſis villoſis, floribus capitato-ſpicatis, calycibus defloratis veſicariis lineatis. La Mark Encycl.

Habitat in Oriente.

Caulis debilis, decumbens, teres, villoſus, ſpithamæus.

Folia ſesquipollicaria. *Foliola* 23-27, oblonga, ſeſſilia, ſenſim minora, villoſo-ſubtomentoſa.

Stipula utrinque, lanceolato-acuminata, piloſa.

Pedunculus axillaris, teres, folio duplo longior.

Spica pollicaris, flores inferiores parum remotiores, ſuperiores imbricati.

Bracteæ lanceolatæ, piloſæ, calyce duplo breviores.

Calyx floriferus tubuloſus: *laciniis* ſubulatis, piloſis.

Corolla calyce longior. *Vexillum* carina aliſque duplo longius.

Legumen parvum, oblongum, glabrum, calyce inflato, ovali, reticulato, ſubnudo, florifero triplo latiore tectum.

ASTRAGALUS acaulis, ſcapis erectis folio longioribus, floribus capitatis, leguminibus globoſis hirſutiſſimis. *Hirſutus* 37-38.

Aſtragalus orientalis, candidiſſimus & tomentoſus. Tournef. Coroll. p. 29.

Habitat in Oriente. ♃ Deſcripta ſecundum ſpecimina herbarii Tournefortii.

Radix ſuperne diviſa, craſſa pro magnitudine plantæ, lignoſa.

Folia plurima, magnitudine inæqualia, plerumque pollicaria. *Foliola* 9, oppoſita, ſeſſilia, oblonga, incana, extima minora.

Stipulæ membranaceæ, ſubciliatæ, lanceolato-acuminatæ, petiolo utrinque baſi adnatæ.

Scapus erectus, bipollicaris, piloſus.

Flores in capitulo ſubgloboſo.

Bracteæ hirſutæ, lineares, longitudine calycis.

Legumen ſubgloboſum, biloculare, pilis albis longis denſiſſimis tectum.

ASTRAGALUS hirſutus, ſcapis breviſſimis erectis, foliolis oblongis, leguminibus ovatis tumidis villoſis. *Caprinus.*

Aſtragalus caprinus; acaulis, ſcapo erecto, foliolis ciliatis, leguminibus tumidis ovatis villoſis. Lin. S. V. plant. p. 1071. cum ſynonymis.

Frequentem vidi ad Promontorium Zebibo & alibi in montoſis aridis Regni Tunetani.

Petioli, foliola ſubtus, ſcapi, bracteæ calycesque pilis longis hirſuti.

Folia impari-pinnata. *Foliola* 19. 23., oblonga, ſupra glabra, inferiora remotiora.

Scapi folio duplo vel triplo breviores, vix bipollicares. *Flores* pedicellati, 5., remoti.

Bractea lanceolato-ſubulata, ad baſin pedicelli.

Calycis *laciniæ* ſubulatæ.

Flores flavi.

Legumen ſtylo terminatum.

Nummularius 38-39. ASTRAGALUS floribus radicalibus ſubſeſſilibus, foliolis ſubrotundis emarginatis hirſutis.

Aſtragalus creticus, nummulariæ folio incano, magno fructu. Tournef. Coroll. pag. 28.

Aſtragalus nummularius; acaulis lanuginoſus, floribus radicalibus ſubſeſſilibus, foliolis cordato-ſubrotundis piloſiſſimis. La Mark Enclycl. no. 40.

Habitat in Creta.

Similis Caprino.

Foliola 19., ſubrotunda, alterna, emarginata, hirſuta.

Flores in capite radicis ſubſeſſiles.

Legumen oblongum, piloſum.

Globoſus 38-39. ASTRAGALUS acaulis, erectis ſcapis foliis longioribus, capitulis globoſis, bracteis linearibus calycem æquantibus.

Aſtragalus orientalis, foliis viciæ argenteis, caule nudo, erecto floribus luteis. Tournef. Coroll. p. 28.

Habitat in Armenia.

Folia ſesquipollicaria. *Foliola* 25-27., ſeſſilia, oppoſita, oblonga, incana, apice mucrone calloſo, patula, verſus apicem ſenſim minora.

Stipulæ ovato-lanceolatæ, piloſæ.

Scapus erectus, teres, foliis duplo longior, piloſus: pilis inferioribus canis, ſuperioribus fuſcis.

Flores in capitulum globoſum, multiflorum.

Bracteæ lineares, extus piloſo-fuſcæ, intus virides, longitudine calycis.

Calyces fuſci, albo piloſi, tubuloſi: *dentibus* longitudine tubi.

Corolla calyce duplo longior.

Germen lineare, villoſum.

Legumen in ſpeciminibus Herbarii Tournef. non aderat.

A reliquis Aſtragalis differt ſcapo nudo, inprimis floreſcentia bracteisque anguſtis.

Denſifolius 39-40. ASTRAGALUS acaulis, ſcapo erecto foliis longiore, foliolis oblongis emarginatis, floribus capitato-ſpicatis.

Tragium alterum Dioſcoridis, Secudes arabum. Rauvolf. hodoep. pag. 123. tab. 29.

Aſtragalus orientalis, incanus, foliorum conjugationibus denſiſſimis. Tournef. Coroll. 29.

Aſtragalus foliis pinnatifidis, foliolis oppoſitis confertis, leviter emarginatis. Gronov. Fl. Orient. p. 91.

Aſtra-

Aſtragalus denſifolius; acaulis incanus, floribus capitatis pedunculatis, foliolis minimis dènſe congeſtis. LA MARK Encycl. n. 41.

Habitat in Oriente. Ex herbario RAUWOLFII & TOURNEFORTII deſcriptus.

Planta palmaris.

RADIX lignoſa, longiſſima, pedalis, ſuperne craſſitie pennæ columbinæ, ſimplex.

FOLIA pinnata, tomentoſa uti tota planta. *Foliola* numeroſa, interdum 51, ſeſſilia, conferta, ſuboppoſita, oblonga, undique ejusdem fere latitudinis, apice emarginata, intermedia majora: inferiora remotiuſcula, exteriora imbricata.

Stipulæ ad exortum foliorum, lanceolato-acuminatæ, tomentoſæ.

SCAPUS foliis longior, teres, 3-4 pollicaris.

FLORES capitati, demum ſpicati.

Bracteæ lineares, calyce breviores.

CALYCES piloſiſſimi, tubuloſi: *dentibus* ſetaceis. *Fructiferi* inflati, globoſi, reticulati, fere nudi.

COROLLA cærulea, calyce parum longior.

Dignoſcitur facile a congeneribus habitu foliolorum imbricato.

ASTRAGALUS acaulis, ſcapis declinatis foliis longioribus, leguminibus teretibus rectis, foliis ſimplicibus compoſitisque. *Latifolius* 40-41.

Aſtragalus orientalis, incanus, humifuſus, ampliſſimo folio, ſpica longiſſima & anguſtiſſima. TOURNEF. Corol. p. 28.

Aſtragalus latifolius; acaulis incanus, ſcapis declinatis folia æquantibus, foliolis ovatis latis ſubquinis, leguminibus ſubulatis rectiuſculis. LA MARK Encycl. n. 53.

Habitat in Armenia. In Horto ſicco TOURNEFORTII vidi.

RADIX perpendicularis, ſæpe craſſitie digiti intermedii, quinquepollicaris.

FOLIA ſimplicia, ternata vel pinnato-quinata. *Foliola* ovata, craſſiuſcula, nervoſo-venoſa, pubeſcentia, ſubtus incana, mucronata; impar reliquis majus, pollicem fere lata.

Petiolus longitudine foliolorum.

SCAPUS declinatus, teres, foliis ſæpe duplo longior, caneſcens.

FLORES ſubſpicati.

CALYX cylindricus, ſubcaneſcens, lineis quinque elevatis: *dentibus* ſetaceis.

COROLLA lutea.

LEGUMINA ſesquipollicaria, recta, cana, ſubulata, teretia, patentia, apice mucrone recto.

Dignoſcitur facile foliis 6plo latioribus quam in omnibus Aſtragalis. Specimen vidi in Oriente a Dr. ANDRE lectum, foliis omnibus ſimplicibus.

ASTRAGALUS ſcapis erectis folio longioribus, floribus ſpicatis, leguminibus oblongis hirſutis longitudine calycis. *Alyſſoides* 41-42.

Aſtragalus orientalis, argenteus, anguſtifolius, flore leucophæo. TOURNEF. Corol. 29.

Aſtragalus alyſſoides; argenteus cæſpitoſus, capitulis elongatis pedunculatis, dentibus calycinis ſetaceis LA MARK. Encycl. n. 43.

Habitat in Oriente. Secundum ſpecimina Herbarii TOURNEFORTII deſcriptus.

FOLIA incana, pinnata, ſesquipollicaria. *Foliola* 13-19, lineari-lanceolata, oppoſita, ſeſſilia, extima minora.

Stipulæ plures ad baſin petiolorum, imbricatæ, ovatæ, hyalinæ, glabræ, hirſutæ.

Scapi plures, digitales, erecti, teretes, ſtriati, pubeſcentes.

Flores in Spica oblonga, numeroſi, imbricati.

Bracteæ lineares, perſiſtentes, aridæ, longitudine calycis.

Calyces minuti, denſe piloſi, albidi: *laciniis* ſetaceis, fuſcis, longitudine ipſius calycis.

Corolla flaveſcens; calyce longior. *Vexillum* reliquis petalis duplo longius.

Legumen oblongum, utrinque acutum, pilis albidis hirſutum. *Stylus* perſiſtens glaber, longitudine leguminis, curvatus, porrectus, apice rectus.

Semina in ſingulo loculo bina.

Dignoſcitur ab omnibus leguminibus minutis calycem vix æquantibus.

Pſoraloïdes 42-43. ASTRAGALUS acaulis, ſcapis erectis foliis longioribus, floribus capitatis demum ſpicatis, leguminibus oblongis hirſutiſſimis.

Aſtragalus orientalis, caneſcens, capitulis trifolii bituminoſi. Tournef. Corol. 28.

Aſtragalus pſoraloïdes; acaulis caneſcens, floribus capitatis pedunculatis, vexillo obtuſo emarginato. La Mark Encyclop. n. 42.

Habitat in Oriente. Broussonet. ♃

Radix lignoſa, multiceps.

Folia pinnata, pollicaria. *Foliola* 15-19, ſeſſilia, oppoſita, oblonga, obtuſa, incana.

Stipulæ ovatæ, acuminatæ, membranaceæ, piloſæ.

Scapi e ſingulo apice ramorum radicis, foliis parum longiores.

Flores capitati, demum ſpicati, 7-10, cærulei.

Bracteæ ovatæ, membranaceæ, piloſæ, calyce triplo breviores.

Calyx *floriferus* tubuloſus, piloſus; pilis albis & fuſcis. *Dentes* calycis minuti. *Fructiferus* aridus, parum ampliatus.

Vexillum integrum, minime emarginatum, carina aliſque longius.

Legumen biloculare, oblongum, calyce parum longius, acutum, hirſutiſſimum ex pilis ſplendentibus, apice ſtylo ſubulato, perſiſtente longitudine ipſius leguminis terminatum.

Semina quatuor in ſingulo loculo.

Habitus Aſtragali depreſſi, at diverſus ſcapo erecto foliis longiori, foliolis apice integris, leguminibus erectis, colore florum.

Bicolor 42-43. ASTRAGALUS acaulis, ſcapis erectis foliis longioribus, floribus capitatis, bracteis lanceolatis calyces hirſutiſſimos æquantibus.

Aſtragalus orientalis, incanus, anguſtifolius, floribus in eodem capite candidis & purpureis. Tournef. Corol. p. 28.

Aſtragalus bicolor; incanus, floribus capitatis pedunculatis, bracteis calyces villoſos æquantibus, vexillis longis anguſtis. La Mark Encycl. n. 44.

Habitat in Oriente ♃. Specimen horti ſicci Tournef. deſcriptionem ſuppeditavit.

Radix, *Stipulæ* & *Folia* præcedentis. *Foliola* 17-21.

Scapi foliis duplo longiores.

Flores ſpicato-capitati, 10-12.

Germen lineare.

Maxime affinis Aſtrag. pſoraloidi, differt vero ſcapis longioribus, bracteis lanceolato-ovatis longitudine calycis, calyce hirſutiſſimo, dentibus calycem ipſum æquantibus. Legumina non vidi.

ASTRAGALUS fruteſcens, ſpicis pedunculatis longitudine foliorum, petiolis ſpineſcentibus. *Tragacantha*
Tragacantha DALECH. hiſt. 1478. fig. 1. BAUH. Pin. 388.
Tragacantha maſſilienſis. BAUH. hiſt. 1. p. 2. pag. 407. TOURNEF. Inſt. H. R. pag. 417.
Aſtragalus Tragacantha; caudice arboreſcente, petiolis ſpineſcentibus. LIN. S. V. p. 685.
Aſtragalus maſſilienſis; fruticoſus ramoſus incanus, racemis capitatis pedunculatis, dentibus calycinis brevibus. LA MARK Encycl. Aſtr. 59.
Habitat Maſſiliæ.
RAMIS incanis.
FOLIOLA 8-9 juga, ſericea.
FLORES inferiores breve pedicellati.
LEGUMINA villoſa, unilocularia.

ASTRAGALUS fruteſcens, floribus axillaribus ſeſſilibus, petiolis ſpineſcentibus, leguminibus magnitudine calycis. *Poterium* 48.
Tragacantha altera poterium. CLUS. hiſt. 1. pag. 108. BAUH. Hiſt. 1. p. 2. pag. 407.
Tragacantha affinis lanuginoſa, ſive Poterium. BAUH. Pin. 388.
Tragacantha granatenſis foliis incanis caducis ſive deciduis, flore albo. MORIS. h. Ox. 2. p. 113. ſ. 1. tab. 13. fig. 2. GRONOV. flor. Orient. p. 92. n. 226.
Aſtragalus tragacantha β. LIN. Spec. pl. p. 1073.
Aſtragalus granatenſis; fruticoſus ramoſus incanus, foliolis minutis acutis argenteis, pedunculis brevibus ſubbifloris. LA MARK Encycl. no. 61.
Habitat in Oriente.

Diverſus ab inſequente floribus ſeſſilibus, calycibus minime inflatis.

ASTRAGALUS caudice arboreſcente, petiolis ſpineſcentibus, floribus ſubſolitariis pedunculatis, calycibus fructiferis inflatis villoſis. *Rauwolfii* 49.
Tragacanthæ ſpecies alia. RAUW. hodoep. pars 4ta tab. 34.
Tragacantha calyce veſicario ſpinis recurvis. SHAW. iter.
Tragacantha cauleſcens, pedunculis longitudine foliorum trifloris, foliolis oblongis obtuſis. GRONOV. flor. Orient. p. 92. n. 227.
Tragacantha orientalis veſicaria erectior, caule ab imo ad ſummum florido. RUSSEL. Nat. H. of Aleppo. tab. 5.
Colutea ſpinoſa; fruticoſa, foliis ovato-oblongis, ſpinis filiformibus, foliis duplo longioribus. FORSK. Deſcr. p. 131.
Aſtragalus fruticoſus, calycibus ſubſeſſilibus, inflato-globoſis, petiolis ſpineſcentibus. ORYCTOGRAPH. Arragon. pag. 77. tab. 2. fig. 2. ut ex ſpecimine a Dn. OTANI Cæſ. Auguſtæ communicato vidi.
Habitat in Oriente, Arragonia.
FRUTEX rigidus, teres, glaber, craſſitie pennæ cygneæ, ramoſiſſimus. *Rami* altitudine caulis, alterni: *ramuli* villoſiſſimi, breviſſimi, ex omnibus axillis ſpinarum.

Folia ad apices ramulorum, conferta, quadrijuga. *Foliola* oblonga, villoſa, parva, extima minora.

Petioli lineares, pungentes, ſubpollicares, apice foliiferi, perſiſtentes; ſeneſcentes ſpinoſi, validi, nudi, contigui, tripollicares, ſupra plani, ſubtus convexi, læviſſimi, baſi lineis tribus per caulem decurrentes.

Stipulæ ovatæ, acutæ, membranaceæ.

Flores in ſingulo fere ramulo 2-3, pedunculati. *Pedunculus floriferus* brevis, *fructiferus* longitudine petioli, villoſus, geniculatus.

Bracteæ villoſa, concava, ad geniculum, duæ aliæ ad baſin calycis lineares, breviſſimæ, deciduæ.

Calyx villoſus, cylindricus, ſemipollicaris, quinquedentatus: *dentibus* æqualibus, ſetaceis. *Fructiferus* inflatus, globoſus, membranaceus, villoſus, magnitudine fere nucis avellanæ.

Petala calyce longiora, ochroleuca.

Germen cylindricum, villoſum.

Legumen oblongum, villoſum, calyce tectum, uniloculare.

Semina 3.

Planta in Herbario Rauwolfii parum recedit numero foliorum 14-16, pedunculis longioribus, cæterum omnino convenit cum Forskålii.

Lagopodioides 50. ASTRAGALUS frutesſcens, petiolis ſpineſcentibus; foliolis apice ſpinoſis, floribus ſpicatis.

Tragacantha orientalis veſicaria, floribus purpureis, in capitulum pedunculo donatum congeſtis. Tournef. Corol. p. 30.

Aſtragalus lagopodioides; ſubacaulis pubeſcens, ſpica pedunculata lagopoidea bracteis ſcarioſis imbricatis, dentibus calycinis ſubplumoſis longitudine corollæ. La Mark Encycl. Aſtr. no. 66. varietas β.

Habitat in Oriente. Ex herbario Tournefortii.

Caulis fruticoſus, ramoſus, ſquamis tectus.

Folia 4-5 juga. *Foliola* oblonga, ſpina terminata.

Petiolus ſpineſcens.

Pedunculus ex apice ramorum, ſeſquipollicaris, piloſus. *Flores* in ſpica pollicari, remotiuſculi.

Bracteæ lanceolatæ, membranaceæ, nitidæ, calycem æquantes eumque involventes, caducæ.

Calyx piloſiſſimus.

Dignoſcitur ab omnibus Aſtragalis coſta foliolorum in ſpinam excurrente.

Compactus 51. ASTRAGALUS fruteſcens, floribus glomerato-capitatis, petiolis ſpineſcentibus, foliolis mucronatis.

Tragacantha orientalis, humilis, candidiſſima & tomentoſa, floribus in foliorum alis in capitulum denſum naſcentibus. Tournef. Corol. p. 29.

Aſtragalus compactus; ſubacaulis incanus, foliolis tomentoſis apice pungentibus, floribus in faſciculum compactum & lanuginoſum congeſtis. La Mark Encycl. no. 64.

Habitat in Oriente.

Humilis, villoſus, incanus.

Foliola

Foliola trium parium, apice mucrone flaveſcente.

Calyces hirſutiſſimi, ſericei, in capitulum globoſum congeſti.

Plurimæ adhuc Tragacanthæ in Herbario Tournefortii & Vaillantii inveniuntur, ſe invicem tam diverſæ, ut merito diſtingui mereantur, cum characteres ſufficientes præbent.

PSORALEA.

PSORALEA foliis ſimplicibus ovatis ſubdentatis: ſpicis ovatis. Lin. S. V. p. 686. *Corylifolia.*

Trifolium unifolium; leguminibus racemoſis, nudis, monoſpermis, foliis ſimplicibus cordato-ſubrotundis, repandis. Forsk. Deſcr. p. 140.

Specimina inter plantas Forskålæi inveni, æque ac ex India a Königio accepi, foliis ſuperioribus ternatis, cæterum ne tantillum a Corylif. Lin. diverſa. Sata in horto ex ſeminibus a Königio ſub nomine Trifolii paradoxi miſſis, individua alia erant foliis omnibus ſimplicibus, alia foliis ſimplicibus ternatisque.

LOTUS.

LOTUS leguminibus ſubbinatis linearibus compreſſis nutantibus. Lin. S. V. p. 691. *Peregrinus.*

Lotus villoſa. Forsk. Cat. Syſt. plant. Ægypt. p. LXXI. no. 386.

LOTUS leguminibus cylindricis ariſtatis, caulibus proſtratis, pedunculis trifloris, bracteis monophyllis. Lin. Mant. 104. S. V. p. 691. *Arabicus.*

Lotus roſea caulibus proſtratis, pedunculis quadrifloris, foliis quinatis. Forsk. Deſcr. pag. 140. no. 38.

Pedunculus *foliis* duplo vel triplo longior, 2-3-4 florus.

Legumina glabra.

Stipulas foliis adnumeravit ForskålEUS, hinc folia ei quinata.

LOTUS capitulis ſubrotundis, caule erecto patulo, foliis quinatis, leguminibus ovatis. Lin. Mant. 104. S. V. p. 691. *Græcus.*

Lotus belgradica: foliolis quinatis, cuneiformibus; caule erecto; ſiliquis calyce ſesquilongioribus, ſolitariis, erectis glabris. Forsk. Deſcr. p. 215. no. 71.

LOTUS capitulis aphyllis, foliis ſeſſilibus quinatis. Lin. S. V. p. 692. *Dorycnium.*

Ononis quinata; foliis quinatis integris, cuneatis, ſeſſilibus; floribus ſeſſilibus ſubquaternis. Forsk. Deſcr. p. 130.

Dorycnia plura in variis herbariis latent, ita diverſa, ut jure ſpecie diſtingui poſſint.

HYPERICUM.

HYPERICUM floribus trigynis, calycibus ſerrato-glandulofis, caule tereti erecto, foliis linearibus obtuſis glabris. *Linarifolium 28-29.*

Hypericum luſitanicum linariæ folio. Tournef. Inſt. R. H. p. 256.

In ericetis verſus Bajonam inque Navarra Hiſpaniæ inveni ♃.

Caulis ſupra radicem lignoſus, teres, læviſſimus, tenuis, ſimpliciſſimus, interdum baſi ramoſus: *ramis* altitudine fere caulis, pedalibus.

Folia ſeſſilia, remota, linearia, glaberrima, obtuſa, revoluta, unguicularia.

Pedunculi in ſummitate, filiformes, pauci, patentes, oppoſiti, plerumque triflori.

Calycis *foliola* lanceolata, denticulis nonnullis ſetaceis, apice glanduloſis dentata.

Corolla parva, calyce parum longior.

Filamenta petalis breviora.

Revolutum 41-42. HYPERICUM floribus monogynis, foliis lineari-lanceolatis baſi revolutis, ſtaminibus corolla brevioribus.

Hypericum Kalmianum. Forsk. Cat. Plant. Arab. p. 118. n. 469.

Caulis fruticoſus, glaber, cortice fuſco, rugoſo. *Rami* oppoſiti, e caſu foliorum muricati, articulati: articuli inferiores breviores, obſolete tetragoni, ſuperiores alternatim compreſſi, ancipites, verſus apicem dilatati.

Folia oppoſita, ſeſſilia, internodiis longiora, approximata, lineari-lanceolata integerrima, avenia, lævia, baſi revoluta, ſemiunguicularia.

Flores terminales, ſolitarii, magnitudine H. balearici. *Pedunculus* breviſſimus.

Corolla calyce longior.

Filamenta corolla breviora.

Germen ovatum. *Stylus* unicus, ſemitrifidus.

PRENANTHES.

Spinoſa 2-3. PRENANTHES fruticoſa, ramis dichotomis ſpinoſis, pedunculis lateralibus ſolitariis unifloris.

Prenanthes ſpinoſa; caule fruticoſo dichotomo ſpinoſo. Forsk. Deſcr. pag. 144. no. 59.

Lactuca hiſpanica, maritima fruticoſa ſpinoſa. Tournef. Inſt. R. H. p. 474. Vaillant. act. Pariſ. 1721. p. 261.

Sonchus fruticoſus, petræus, africanus, ſpinoſus. Park. Theatr. p. 804.

Caulis folioſus, baſi tectus ſquamis aridis late-ovatis.

Rami dichotomi, aphylli, glabri, ſpinis lateralibus patentibus, terminalibus bifidis.

Folia ſeſſilia ex apice ſquamarum, linearia, dentato-ſinuata.

Squamula ovata, ad diviſuram ramorum, ramis arcte adpreſſa.

Pedunculi laterales, uniflori, calyce breviores.

Calyx calyculatus, cylindricus: *foliolis* linearibus glabris.

Planta a Cichorio ſpinoſo toto cœlo diverſa, receptaculo nudo pappo ſubplumoſo, floribus pedunculatis.

HYOSERIS.

Lucida. HYOSERIS ſcapis unifloris, foliis ſubcarnoſis runcinatis angulatis dentatis. Lin. S. V. p. 720.

Lapſana taraxacoides; ſcapis unifloris, decumbentibus, foliis pinnatis, pinnis angulato-mucronatis, retrorſum imbricatis. Forsk. Deſcr. p. 145. no. 63.

Planta ſpontanea glaberrima, digitalis, ſcapo foliis parum longiori.

Foliorum *laciniæ* carnoſæ, oblongæ, integerrimæ, rarius angulo vel denticulo extrorſum, imbricatæ, mediam partem laciniæ antecedentis tegentes, mucrone

crone albido terminatæ, in culta a ſe invicem remotæ, lævis:

Calyx calyculatus: *ſquamis* ovatis, interioribus lanceolatis.

Planta ſpontanea faciem prorſus alienam a culta habet.

SERRATULA.

SERRATULA foliis ſeſſilibus lanceolatis integris ſpinuloſo-ciliatis, ſubtus tomentoſis. *Ciliata* 14-15.

Sub nomine Serratulæ arvenſis in collectione Forskålæi inveni, qui eam ad Bujuchtari legit in hortis.

Caulis erectus, herbaceus, ſtriatus, ramoſus, inferne nudus, ſuperne incanus.

Folia ſeſſilia, lanceolata, baſi attenuata, integra, ſerrulata: ſerraturis ſpinuloſis, obtuſa, ſpinula terminata, ſupra villoſa, viridia, ſubtus tomentoſa, incana, ſesquipollicaria.

Pedunculi terminales, bipollicares, bini vel tres, foliolo uno alterove inſtructi, uniflori.

Flores nuce avellana minores.

Calycis ſquamæ glabræ: *exteriores* ovatæ, apice carinatæ, mucronatæ; *interiores* lanceolatæ.

Pappus plumoſus.

CARDUUS.

CARDUUS foliis decurrentibus pinnatifidis tomentoſis: laciniis palmatis ſpinoſis; floribus glomeratis. *Carlinoides*

Carduus carlinoides, foliis decurrentibus decurſive pinnatis; pinnulis palmato-quadrifidis aculeatis lanatis, caule corymboſo multifloro floribus glomeratis. Gouan. Illuſtr. p. 62. tab. 23.

Carduus tomentoſus pyrenaicus floribus purpureis glomeratis. Raj. Syll. ſtirp. 200. fide Horti ſicci Cel. Viri.

Legi ad pedes montis Moncaii Hiſpaniæ.

Planta pedalis, ſæpe altior, tomentoſo-incana.

Folia ſupra lanata viridia.

Calyces plures, ad apicem glomerati, ſubſeſſiles, arachnoidei. *Squamæ* lanceolato-acuminatæ, pallide virides, dorſo linea elevata, apice flexili.

A Gouani noſtra recedit ſquamis calycinis anguſtioribus, interioribus non purpureo-violaceis. Cum vero in reliquis optimæ deſcriptioni Gouani reſpondit, non dubito, quin eadem planta ſit.

CARDUUS foliis decurrentibus ſpinoſis glabris, pedunculis erectis unifloris inermibus. *Carlinæfolius* 4-5.

Carduus carlinæfolius: foliis decurrentibus utrinque glabris pinnatifidis, pinnis inciſo-angulatis ſpinoſis, pedunculis unifloris ſub flore lanuginoſis. La Mark Encycl. Card. no. 14.

Paſſim in humidis Pyrenæorum legi.

Caulis erectus, glaber, ſpinoſus, ſuperne lanuginoſus.

Folia totaliter decurrentia, copioſa, pinnatifida, glabra: *Pinnæ* angulatæ, ſpinoſæ: ſpinis validis, flaveſcentibus.

Pedunculi verſus apicem, terni, raro plures, pollicares, tomentoſi, ſub flore incraſſati, uniflori.

Calycis *ſquamæ* lanceolato-ſubulatæ, patulæ, ſubpungentes.

Flores purpurei.

Habitu accedit ad Card. nutantem & acanthoidem, a priori diſtinguitur foliis per totum caulem decurrentibus, floribus minoribus, ſquamis calycinis anguſtioribus, a poſteriori diſcernitur pedunculis nudis, nec undique foliis decurrentibus ſpinoſis obſitis, foliolis calycinis latioribus, magis tamen ſimilis eſt nutanti.

Paniculatus 8-9. CARDUUS foliis ſemidecurrentibus dentato-ſinuatis ſpinoſis glabris, floribus paniculatis.

Legi in humidis Pyrenæorum, Eromigal.

Caulis erectus, bipedalis, purpuraſcens, ſulcato-angulatus, glaber, ſpinoſus.

Folia ſemidecurrentia, lanceolata, utrinque nuda, dentato-ſinuata: dentibus ſpinis rigidis flaveſcentibus.

Pedunculi verſus ſummitatem, plures, ramoſi, ſuperne lanuginoſi, ramentis foliaceis ſparſis ſpinoſis, 2-5 flori.

Flores laterales ſolitarii, terminales plerumque bini vel terni, ſubſeſſiles.

Calyces magnitudine Card. criſpi, ovati, glabri: *ſquamæ* ſpinula flaveſcente terminatæ.

Mollis. CARDUUS foliis pinnatifidis linearibus, ſubtus tomentoſis caule inermi unifloro. Lin. S. V. p. 727.

Serratula centauroides. Forsk. Cat. Syſt. Flor. Conſt. p. XXXII. no. 362.

Varietatem caule ſubnullo in Hiſpania legi.

CYNARA.

Integrifolia 1-2. CYNARA foliis lanceolatis denticulatis, ſquamis calycinis lanceolato-acuminatis.

In montibus verſus Toletum Caſtiliæ novæ invenit Dn. Barnades madritenſis, Botanicus diligentiſſimus.

Planta humilis glabra, caule ſimplici, ſtriato.

Folia petiolata, lato-lanceolata, ſpinulis minutis remote denticulata, mucronata, ſeſquipollicaria.

Flos terminalis, pedunculatus, ſolitarius, C. ſcolymi duplo minor.

Calycis *ſquamæ* lanceolato-acuminatæ: *inferiores* ſpina ſubpungente terminatæ.

Corollæ cæruleæ.

ATRACTYLIS.

Humilis. ATRACTYLIS foliis dentato-ſinuatis, flore radiato: obvallato involucro patente, caule herbaceo. Lin. S. V. p. 729.

Centaurea carduus; floribus albis; calycibus foliis ſpinoſis circumſeptis. Forsk. Deſcr. p. 152.

Forskålæi differt a ſpeciminibus Atr. humilis in Hiſpania lectis ſolummodo tomentoſitate, ſpiniſque foliorum rarioribus, cæterum omnia eadem.

CARTHAMUS.

CARTHAMUS foliis lanceolato-ovatis ſpinoſo-dentatis, ſquamis calycinis apice dilatatis ſerrato-ciliatis. * Tab. XVII. fig. a. ſemen. *Dentatus* 3-4.

Cnicus dentatus; foliis cordato-lanceolatis, amplexicaulibus, dentato-ſpinoſis. Forsk. Deſcr. p. 217.

Caulis erectus, rigidus, villoſus, proliferus. *Rami* caule altiores.

Folia lanceolato-ovata, amplexicaulia, approximata, pollicaria, rigida, venoſa, tri- vel quinquenervia, villoſa, dentata: dentibus inæqualibus ſpinoſis.

Flos caulem & ſingulum ramum terminat, ſeſſilis, obvallatus foliis caulinis ſimillimis.

Calycis *ſquamæ* lanceolatæ, terminatæ ſquama ovata, membranacea, ſerrato-ciliata, apice ſpina ſubpungente.

Semen angulatum, tetragonum, lateribus inæqualibus; *Pappus* ſetoſus; ſetis lineari-ſubulatis, inæqualibus, flexilibus, nitentibus, longitudine calycis.

Receptaculum ſetoſum.

Calyx carthami, Pappus non plumoſus ideoque non Cnicus.

CARTHAMUS floribus corymboſis numeroſis. Lin. S. V. p. 731. *Corymboſus.*

Cnicus horridus floribus cæruleis; caule ſpinoſiſſimo. Forsk. Deſcr. p. 217.

ETHULIA.

ETHULIA floribus paniculatis. Lin. S. V. p. 734. *Conyzoides.*

Kahiria. Forskålæi Deſcr. pag. 153.

Speciem Ethuliæ Kahiriam eſſe, unicuique patebit, etiam abſque viſa planta, ſi modo character Kahiriæ conferatur cum Ethuliæ in gener. plant. Lin. p. 413.

STÆHELINA.

STÆHELINA fruticoſa, foliis ſubulatis ſpineſcentibus, baſi ſpinula utrinque. *Spinoſa.*

Sub nomine inſequenti in herbario Petiverii vidi, qui eam a Michelio habuit: *Jacea ægyptiaca ſpinoſa.*

Conyza ægyptiaca Juniperifolio tricuſpide ſæpius auriculato, floribus aureis. Vaillant. Act. Pariſ. 1719. p. 397. ed. in 8vo.

Chryſocoma mucronata; foliis teretibus, mucronatis. Forsk. Deſcr. p. 147.

Caulis fruticoſus, rigidus, ramoſiſſimus. *Rami* alterni, teretes, ſtriati, glabri.

Folia alterna, ſeſſilia, teretia, ſubulata, rigida, pungentia, remota, patentiſſima, ſubſtriata, baſi utrinque ſpinula aucta.

Flos ſolitarius in apice ramorum, baſi foliola bina, minuta.

Calyx ante antheſin cylindricus, demum turbinatus, imbricatus, glaber; *ſquamis* lineari-oblongis, mucrone terminatis.

Semina piloſa, triquetra; *Pappus* longitudine calycis, griſeus, oculo armato ſubtiliſſime dentatus.

Receptaculum: *paleis* breviſſimis, ſetaceis.

Ob calycem cylindricum, pappum denticulatum, receptaculum ſubpaleaceum faciemque alienam a Chryſocomis potius Stæhelinis aſſociavi.

Haſtata 4-5. STÆHELINA fruticoſa, foliis haſtatis incanis.

Chryſocoma ſpathulata; foliis oblongis, dentatis, ſubtomentoſis, ſeſſilibus, floribus terminalibus. Forsk. Deſcr. p. 147.

Frutex humilis, rigidus, ramoſiſſimus. *Rami* teretes, incani, obtuſi.

Folia oblonga, ſeſſilia, verſus medium lobulo horizontali utrinque dilatata, obtuſiſſima, baſi acuta, incana, præſertim ſubtus, ſemiunguicularia, interdum denticulus minutus in axilla lobulorum.

Flores verſus apicem ramulorum, ſolitarii, ſeſſiles.

Calyx imbricatus, figura St. ſpinoſæ; *ſquamis* linearibus, carinatis.

Semina villoſa; *pappus* ferrugineus, ſimplex, ſubtiliſſime denticulatus extra calycem, ſubrigidus.

Receptaculum vix paleaceum.

CHRYSOCOMA.

Montana 4-5. CHRYSOCOMA fruticoſa, foliis oblongis integerrimis, floribus ſolitariis.

In Monte Horeb legit Forskålæus, quam inter deſcriptas non invenio.

Caulis fruticoſus, ramoſus. *Rami* teretes, villoſi.

Folia oblonga, acuta, integerrima, villoſa, ſemiunguicularia.

Flores in apicibus ramorum, ſolitarii.

Calyx ut in præcedente; *ſquamis exterioribus* oblongis, obtuſis, apice coloratis, patulis; *interioribus* longioribus, linearibus, acutis.

Pappus longitudine calycis, ferrugineus.

SANTOLINA.

Fragrantiſſima 2-3. SANTOLINA floribus corymboſis, foliis ovatis crenulatis.

Santolina fragrantiſſima; corymbis faſtigiatis; caule fruticoſo diffuſo tomentoſo; foliis ovatis, ſerratis, ſeſſilibus. Forsk. Deſcr. p. 147. no. 71.

Caulis incanus, ramoſus; *ramis* alternis.

Folia ovata, ſeſſilia, alterna, approximata, juniora imbricata, crenulata, obtuſa, craſſa, villoſa.

Corymbi terminales, compoſiti.

Calycis *ſquamæ* oblongæ, obtuſæ, carinatæ, villoſæ.

Paleæ receptaculi oblongæ, margine membranaceæ.

TANACETUM.

Monanthos. TANACETUM caulibus ſimpliciſſimis unifloris longitudine foliolorum Lin.

Santolina terreſtris; caulibus proſtratis; pedunculis unifloris; foliis bipinnatis linearibus, craſſiuſculis. Forsk. Deſcr. p. 147. no. 72.

Planta ſpontanea terræ adpreſſa, ramis digitalibus.

GNAPHALIUM.

Spicatum 49-50. GNAPHALIUM caulibus herbaceis ſimpliciſſimis, floribus verticillatis, foliis faſciculatis linearibus revolutis.

Filago

Filago ægyptiaca pumila ſpicata. *Hortus ſiccus* PETIVERII.
Filago capenſis minor ſpicata. PETIV. Gazoph. no. 451. tab. 8. fig. 12. omnino.
Chryſocoma ſpicata. FORSK. Cat. pl. Ægypt. p. 73. no. 433.
CAULES plures, herbacei, ſimpliciſſimi, adſcendentes, digitales, glabri, foliis floribusque tecti.
FOLIA faſciculata, linearia, inæqualia, acuta, revoluta, ſupra glabra, ſubtus ſubtomentoſa, ſemiunguicularia, ſuprema longiora.
FLORES ex omnibus axillis a baſi caulis usque ad apicem, glomerati, minuti.
CALYCIS *ſquamæ* ſcarioſæ, ferrugineæ, nitidæ, ovato-lanceolatæ.

Ob habitum huc retuli, cum flores ob parvitatem in ſpeciminibus ſiccis examinare non potui. Gnaphalium verticillatum nunquam vidi, ideoque mihi adhuc latet, an differat necne, ex deſcriptione enim in Suppl. LINN. data nil certi ſtatuere licet.

CONYZA.

CONYZA foliis ſpathulatis ſubdentatis cauleque fruticoſo tomentoſis, pedunculis elongatis unifloris. LIN. S. V. p. 752. *Rupeſtris.*

Conyza tomentoſa; foliis haſtato-lanceolatis, amplexicaulibus, dentatis, confertis, ſubtus tomentoſis. FORSK. Deſcr. p. 148.

Maxime affinis C. ſaxatili, folia vero verſus baſin minus attenuata ad inſertionem dilatata: pedunculi breviores, craſſiores, ſquama una vel altera lanceolata, non vero ſetacea: foliola calycina, exteriora ovata, apice fuſca, intermedia linearia, obtuſa, dorſo linea fuſca, in ſaxatili autem foliola omnia lanceolata, acuta: rami denſiſſime tomentoſi uti folia, ætate calveſcentes. Culta differt a ſpontanea foliis duplo latioribus margine non revolutis.

CONYZA foliis decurrentibus lanceolatis ſerrato-dentatis nudis, pedunculis unifloris, caule fruticoſo. *Criſpata* 24-25.

Conyza caule alato. FORSK. Cat. pl. Arab. pag. 119. no. 495.
CAULIS fruticoſus, erectus, ſtriatus, glaber uti tota planta. *Rami* & pedunculi alis dentato-ſinuatis criſpi.
FOLIA decurrentia, remota, lato-lanceolata, ſerrato-dentata, ſesquipollicaria.
PEDUNCULI ad apicem ramorum, 2 vel 3, ſemipollicares, uniflori.
CALYCIS *ſquamæ* lineari- lanceolatæ, longitudine radii.

CONYZA foliis decurrentibus ellipticis crenatis ſubtus tomentoſis. *Rugoſa* 23-24.
Habitat in Braſilia.
Rami lignoſi e foliis decurrentibus alati; alæ integerrimæ, altero latere glabræ, altero denſe tomentoſæ uti rami.
FOLIA lato-lanceolata, crenata, rugoſa, ſupra nuda, ſubtus tomentoſa, ſesquipollicaria.
PEDUNCULI ex alis ſupremis, longitudine foliorum, tomentoſi.
Flores congeſti in capitulum.

Folia in C. virgata lanceolato - linearia ſunt, differt præterea infloreſcentia, maxime tamen affines. Accedit ad Conyzam alopecuroideam helenifolio, caule alato. PLUMIERII Catal. pl. amer. p. 9. Icon. tab. 98. fig. 1.

ERIGERON.

Ægyptiacum. ERIGERON foliis ſemiamplexicaulibus ſpathulatis dentatis, floribus globoſis. LIN. S. V. 754.

Erigeron tomentoſum; caule ramoſo, erecto-diffuſo, cubitali; foliis cuneiformi-lanceolatis, ſerrato-dentatis, ſeſſilibus, villoſis. FORSK Deſcr. p. 148.

Decurrens 19-20. ERIGERON foliis decurrentibus linearibus tomentoſis, floribus paniculatis.

Habitat in Arabia. FORSKÅL.

CAULIS erectus, ſtriatus, pubeſcens, ſuperne tomentoſus; *rami* lignoſi.

FOLIA decurrentia, linearia, integerrima, tomentoſa, ſemiunguicularia.

FLORES paniculati; *pedicelli* capillares, foliolis binis minutis verſus apicem.

CALYCES villoſi; *ſquamæ* ſetaceæ, pappo breviores.

COROLLÆ radii nudi.

Incanum 19-20. ERIGERON foliis linearibus tomentoſis ſubdentatis, floribus corymboſis, caule fruticoſo.

Habitat in Arabia felici. FORSK.

Frutex ramis tomentoſis.

FOLIA ſeſſilia, approximata, linearia, baſi ſenſim anguſtata, acutiuſcula, tomentoſa, margine parum revoluta, interdum dente uno alterove.

CORYMBI terminales, multiflori.

CALYX ſubvilloſus, *foliolis* linearibus.

COROLLULÆ radii nudi.

Pappus ferrugineus, calyce longior.

Aliam inter Plantas FORSKÅLII inveni foliis latioribus, obtuſis, ſubtus rugoſis, ſpecie tamen differre non videtur.

SENECIO.

Biflorus 8-9. SENECIO corollis nudis, foliis linearibus planis ſubdentatis lævibus, pedunculis ſubbifloris, caule fruticoſo.

Senecio linifolius; radio nullo. FORSK. Cat. pl. Arab. p. 119. n. 502.

CAULIS fruticoſus. *Rami* ſtriati.

FOLIA linearia, patentia, remota, ſubdentata, ſæpe integerrima, glabra, lævia, craſſiuſcula, baſi parum dilatata, amplexicaulia, ciliata.

PEDUNCULI ad apicem pauci 2-4, uniflori vel biflori: foliolum ſetaceum ad baſin ſinguli.

FLORES magnitudine S. vulgaris.

CALYX intactus; *foliolis* minutis, paucis, ad baſin.

Arabicus. SENECIO corollis nudis, foliis ſubpinnatifidis petiolatis lævibus, calycibus intactis. LIN. Mant. p. 114. S. V. p. 756.

Senecio hieracifolius. FORSK. Cat. plant. Ægypt. no. 446.

Auriculatus 34-35. SENECIO corollis radicantibus, foliis lanceolatis lyrato-pinnatis dentatis nudis, petiolis auritis. Tab. XVIII.

Senecio lyratus; corollis radiantibus; terminali; panicula corymboſa, foliis lanceolatis, lyratis, amplexicaulibus, dentatis. FORSK. Deſcr. p. 148.

CAULIS

Caulis erectus, inferne ramoſus. *Rami* ſulcati, glabri.

Folia petiolata, remota, omnia lyrato-pinnata, glabra, lævia, acuta, inæqualiter dentata, ſesquipollicaria: *lacinia* ultima maxima, cordato-lanceolata, *laterales* utrinque binæ vel ſolitariæ, oblongæ, baſi parum anguſtiores, remote dentatæ.

Petioli foliis multo breviores, baſi utrinque auricula rotundata, dentata.

Corymbus terminalis: ſquama ſubulata ad baſin cujusque pedunculi, 2 ſ. 3. minores in pedicellis.

Pedunculi glabri, plerumque triflori, ultimi uniflori.

Calyces ſimplices, intacti.

Corolla radiata; *radius* patens, 8-10 florus.

Ab Alpino diſtinguitur foliis lanceolatis nudis, calycibus ſimplicibus intactis.

SENECIO corollis radiantibus quinqueradiis, foliis ellipticis petiolatis integerrimis denticulatisque, caule fruticoſo. *Hadienſis* 48-49.

Senecio hadienſis; foliis lanceolato ovatis, craſſis, glabris, denticulatis, panicula corymboſa. Forsk. Deſcr. p. 149. Icon. tab. 19.

Caulis fruticoſus, ſtupoſus, glaberrimus, uti tota planta.

Folia petiolata, elliptica, lævia, craſſiuſcula, avenia, integerrima, ſæpe denticulata: denticulis minutis, paucis, remotis.

Petiolus foliis brevior.

Corymbi terminales.

Bracteæ 2-3, lineares, ad baſin pedunculorum, minores in pedicellis.

Calyx cylindricus, fuſcus, maturitate dilutior: *calyculus* octodentatus, dentibus minutiſſimis, præterea ſquamulæ nonnullæ ad baſin calycis.

Radius corollæ quinqueflorus.

INULA.

INULA foliis linearibus carnoſis tricuſpidatis. Lin. S. V. p. 767. *Crithmifolia.*

Senecio ſucculentus; foliis ſucculentis, cuneiformibus, ſeſſilibus; caule procumbente. Forsk. Deſcr. p. 149.

Caulis fruticuloſus, teres, baſi procumbens: inferne ramoſus. *Rami* ſparſi, patentes.

Folia linearia, glabra, verſus apicem latiora, ſuprema integerrima, inferiora dente utrinque ad apicem notata.

Pedunculus terminat ramos, uniflorus, elongatus; ſquamis minutis, linearibus, ſparſis.

Antheræ biſetæ.

Pappus ferrugineo-purpuraſcens.

Planta Forsk. convenit in omnibus cum ſpeciminibus Inulæ crithmoidis ad littora maris mediterranei & Barbariæ lectis, quæ in ultimo loco ſemper caule perennanti obſervavi.

COTULA.

COTULA foliis pinnatis multifidis dilatatis, floribus floſculoſis. Lin. S. V. p. 774. *Anthemoides.*

Artemiſia nilotica. Sp. pl. p. 1186.

Tanacetum humile. Forsk. Deſcr. p. 148. n. 73.

Calyx *foliolis* 18-20, oblongis, margine membranaceis, æqualibus.

Receptaculum nudum.

ANTHEMIS.

Tinctoria. ANTHEMIS foliis bipinnatis ſerratis ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. Lin. S. V. p. 777.

Santolina flava. Forsk. Cat. Syſt. fl. Conſt. p. XXXI. n. 356.

Chamæmelum diſcoideum. All. fl. Pedemont. Tom. 1. p. 188. no. 681.

Defectus radii non ſufficit pro ſpecie diſtinguenda, non raro enim eadem aberratio obſervatur in quam plurimis ſpeciebus Chryſanthemi, Matricariæ, Anthemidis eisque affinibus.

ECLIPTA.

Erecta. ECLIPTA caule erecto, foliis baſi deflexis ſeſſilibus. Lin. S. V. p. 778.

Micrelium aſteroides. Forsk. p. 152. n. 96.

Nullum dubium mihi ſupereſt, quin Micrelium & Eclipta ejusdem generis ſint, character enim Micrelii in opere Forsk. exacte reſpondet charactèri Ecliptæ in Mantiſſa Lin, pag. 157, ut conferenti patebit. Adde, quod Micrelia Forsk. in omnibus conveniunt cum ſpeciminibus Eccl. erectæ & proſtratæ in horto Upſalienſi viſis & ex India miſſis. Huic folia utrinque attenuata, albo-punctata, uti caulis pilis albis adpreſſis punctis inſidentibus adſperſa, ſerrata: ſerraturis utrinque 6. 7. remotis.

Proſtrata. ECLIPTA caule proſtrato, foliis ſubundulatis ſubpetiolatis. Lin. S. V. p. 778.

Micrelium tolak. Forsk. Deſcr. p. 152. n. 96.

Caules depreſſi, piloſi, præſertim verſus apicem.

Folia lanceolata, triplo breviora quam in præcedente, ſed magis piloſa, ſcabriuſcula.

Flores pedunculati: *pedunculi* breves.

BUPHTHALMUM.

Graveolens 3-4. BUPHTHALMUM calycibus acute folioſis, foliis alternis pinnatifidis. Tab. XIX.

Buphthalmum graveolens; foliis amplexicaulibus alternis, lanceolatis, ſinuato-dentatis, calycibus obtuſe folioſis. Forsk. Deſcr. p. 151. no. 90.

Caulis herbaceus, prolifer, erectus, pubeſcens.

Folia alterna, amplexicaulia, pinnatifida: *lobis* oblongis, obtuſis, integerrimis; acutiuſcula, villoſa, bipollicaria, baſi latiora. Coſta foliorum decurrens per caulem.

Flores pedunculati, ſolitarii, parum ſupra dichotomiam, magnitudine nucis avellanæ. *Pedunculus* longitudine floris.

Calyx foliaceus, 10-phyllus: *foliolis* lanceolatis, integerrimis, acutis, minime pungentibus, flore duplo longioribus. *Calyx interior* polyphyllus: *foliolis* lineari-lanceolatis, apice villoſis, æqualibus, ſerie duplici.

Corolla radiata. *Floſculi* in cavitate palearum.

Corollulæ radii fulvæ, tridentatæ, foliolis calycinis interioribus parum longiores. *Diſci* tubuloſi, quinquedentati, longitudine palearum.

Germen hermaphroditis fœmineisque villoſum. *Stigmata* omnibus duo, linearia.

Seminum *corona* octopartita: *laciniis* linearibus, æqualibus.

Paleæ longitudine floſculorum, lineares, concavæ, carinatæ, rigidæ, apice villoſæ.

BUPHTHALMUM calycibus acute foliofis, foliis alternis cuneiformibus inciſis hirtis. *Pratenſe.*

Ceruana pratenſis. FORSK. Deſcr. p. 153.

CAULIS diffuſus, lignoſus, hirtus uti rami & folia. *Rami* proliferi.

FOLIA alterna, cuneiformia, interdum apice tantum lobata, ſæpius ſuperne laciniis utrinque binis, lanceolatis, obtuſis, integerrimis.

FLORES ſubſeſſiles, ſolitarii, in apice ramorum & parum ſupra diviſuram in altero ramo, magnitudine piſi, hemiſphærici. *Foliola* circiter quinque ſub flore, linearia, obtuſa, integra, calyce longiora.

CALYX *interior foliolis* ſimplici ſerie, oblongis, obtuſis.

CENTAUREA.

CENTAUREA calycibus inermibus, foliis ellipticis tomentoſis, caule fruticoſo. *Verbaſcifolia 2-3.*

Centaurea maxima; calycibus inermibus; ſquamis mucronatis; foliis lanceolato-tomentoſis. FORSK. Deſcr. p. 152. no. 92.

RAMI teretes, craſſitie pennæ cygneæ, albo-tomentoſi, uti tota planta.

FOLIA alterna, petiolata, elliptico-lanceolata, approximata, denticulata, mucrone rigido terminata, venoſa, ſubtus venis alternis coſtata, ſpithamæa.

Petiolus pollicaris, baſi dilatatus.

FLORES terminales, pedunculati: *pedunculi* 2-3; foliolum lanceolatum, petiolatum, pollicare ad baſin floris.

CALYX ovatus, pollicaris, imbricatus: *ſquamis* ovatis, apice fuſcis, inermibus.

CENTAUREA calycibus recurvato-plumoſis, foliis linearibus ſparſis cauleque hirtis. *Linifolia.*

Centaurea linearifolia; calycibus recurvato-plumoſis, foliis linearibus integerrimis anguſtiſſimis ſcabris. LA MARK Encycl. Cent. n. 23.

Centaurea linifolia; calycibus recurvato-plumoſis, foliis linearibus ſparſis. LIN. S. V. p. 785.

Copioſiſſime in Caſtilia veteri occurrit foliis ſemper longioribus latioribusque quam figura BARRELIERII ſiſtit.

CAULES plures ex apice radicis, decumbentes, digitales, ſimplices, ſtriati, hirti uti folia.

FOLIA linearia, conferta, ſeſquipollicaria, ſcabra, ciliata.

CALYX terminalis, ſubſeſſilis, ovatus, glaber, viridis: *ſquamis* ovatis, ſubulatis, acumine reflexo fuſco ciliato.

FLOS purpureus. *Corollulæ* radii diſco longiores, Cent. jaceæ.

CENTAUREA calycibus recurvato-plumoſis, foliis lineari-lanceolatis apice patulis, caulibus ſuffruticoſis. *Hyſſopifolia 10-11.*

Stoebe fruticans, incana brevi hyſſopi folio, capite tereti & cirroſo. BARREL. Icon. 306.

Legi cum præcedente in Caſtilia veteri minus frequentem.

CAULIS ſuffruticoſus, ſpithamæus, teres, ſcabriuſculus, inferne ramoſus.

FOLIA ſeſſilia, approximata, rigida, erecta, lineari-lanceolata, baſi parum anguſtiora, ſcabra, dilute viridia, oculo armato villoſo-rugoſa, avenia, integerrima, unguicularia, apice patula, mucronata mucrone albo.

Flos terminalis, ſubſeſſilis, ovatus, purpureus.

Calyx imbricatus: *ſquamis* lanceolato-ſubulatis, pallidis, apice ſeta ferruginea patente ciliata terminatis.

Flosculi æquales.

AXYRIS.

Ceratoides. AXYRIS foliis lanceolatis tomentoſis, floribus fœmineis lanatis. Lin. S. V. pag. 846.

Achyranthes papposa; foliis alternis, craſſiuſculis lineari-cuneatis obtuſis. Forsk. Deſcr. p. 48. no. 60.

Axyris fruticoſa, floribus foemineis lanatis. Gmel. fl. Sibir. Tom. 3. pag. 17. tab. 2. fig. 1.

TRAGIA.

Cordifolia 1-2. TRAGIA foliis cordatis, caule volubili, bracteis fœmineis pentaphyllis pinnatifidis.

Jatropha pungens. Forsk. Deſcr. p. 163.

Caulis fruticoſus, volubilis, hiſpidus, ſicuti tota planta.

Folia cordata, ſerrata, acuminata, ſubtus pallidiora.

Spicæ terminales.

Trag. volubilis differt foliis groſſe ſerratis, bracteis integris. Tragia involucrata diſtinguitur foliis utrinque acutis.

URTICA.

Verticillata 5-6. URTICA foliis oppoſitis ovatis ſerratis, floribus numeroſis axillaribus ſeſſilibus.

Urtica iners; foliis oppoſitis, ovatis, acutis, ſerrato-crenatis, capitulis interfoliaceis, ſeſſilibus. Forsk. Deſcr. p. 160.

Caulis pedalis, erectus, tener, piloſus inprimis verſus ſummitatem, inferne ramoſus. *Rami* caule breviores.

Folia petiolata, oppoſita, ovata, obtuſe ſerrata, ſerratura ultima elongata, baſi integerrima, ſubpiloſa, ſubtus pallidiora, pollicaria.

Petiolus filiformis, longitudine folii, piloſus.

Flores axillares, numeroſi, ſubverticillati, ſeſſiles, piloſi.

Heterophylla 16-17. URTICA foliis ovatis integris trilobisque ſerrato-dentatis.

Ana-ſchorigenam. Rhed. Mal. 2. p. 77. tab. 41.

Urtica urens racemifera major. Pluk. Alm. p. 393.

Urtica palmata; foliis alternis, ſerratis, ovatis, palmatis; ſpicis fœmineis rigidis, ſecundis, pinnato-ramoſis. Forsk. Deſcr. p. 159.

Caulis herbaceus, ſimplex, ſulcatus, villoſus, hiſpidus; ſetis ſubulatis, ſparſis, albis, nitidis.

Folia alterna, petiolata, inferiora integra, ſuperiora trifida, groſſe obtuſe ſerrata, ultima ſerratura elongata, ſubvilloſa, ſubtus pallidiora, ſecundum nervos ſetis nonnullis adſperſa, bipollicaria.

Petiolus ſetis hiſpidus, folio brevior.

Flores axillares: *Maſculi* ſuperne, ſpicati; ſpicis globoſis. *Fæminei* inferne.

Rachis fructiferus dichotome ramoſus, hiſpidus.

URTICA

URTICA foliis alternis cordato-ovatis ſerratis, racemis compoſitis, caule petiolisque hirtis. *Hirſuta* 19-20.

Urtica divaricata. Forsk. Deſcr. p. 160.

Caulis herbaceus, pedalis, flexuoſus, ſulcatus, hirtus præſertim ſuperne.

Folia alterna, cordato-ovata, ſerrata, acuta, ſubtus pallidiora, ſecundum nervos villoſa, pollicaria.

Petiolus hirtus, longitudine folii.

Stipulæ lanceolato-lineares.

Racemi axillares, ſolitarii, patentes, compoſiti, folio longiores: *racemulis* parvis, ſubramoſis, remotiuſculis, piloſis, patulis: *floribus* glomeratis.

Primo intuitu accedit ad Urt. interruptam, diſſentit vero hirſutie, foliis baſi ſerratis nec integerrimis, apice acutis non vero in acumine productis, ſpicis ramoſis.

Ab Urt. canad. recedit foliis minoribus baſi ſerratis, hirſutie, racemis folio longioribus non ſupra decompoſitis.

URTICA foliis alternis ovatis trinerviis pubeſcentibus ſerratis, capitulis axillaribus ſeſſilibus. *Muralis* 27-28.

Urtica paraſitica; foliis alternis, ovato-acutis, ſerratis, mollibus; capitulis axillaribus ſeſſilibus. Forsk. Deſcr. pag. 160.

Caulis teres, pubeſcens, ſuperne caneſcens.

Folia petiolata, alterna, ovata, acute ſerrata, acuminata, molliter villoſa præſertim ſuperiora, trinervia, baſi acumineque integerrima, ſeſquipollicaria.

Petiolus folio brevior, patens. *Stipula* utrinque lanceolata, acuminata.

Florum glomerulis axillaribus, ſeſſilibus, villoſis, caneſcentibus.

Ab Urt. Japonica Cel. Thunbergii diſtinguitur foliis æqualiter ſerratis, lævibus, glomerulis ſeſſilibus.

ACALYPHA.

ACALYPHA involucris fœmineis urceolatis ciliatis, ſpicis breviſſimis, foliis ovatis acuminatis, petiolum æquantibus. Tab. XX. *Ciliata* 3-4.

Acalypha ciliata; involucris fœmineis ciliis filiformibus, conniventibus. Forsk. Deſcr. p. 162.

Habitat in Arabia & India Orientali.

Caulis herbaceus, inferne ramoſus. *Rami* ſimplices, inferne glabri, verſus ſummitatem piloſi; *ramuli* in axillis folio breviores.

Folia petiolata, alterna, ovata, acuminata, obtuſe ſerrata, ſeſquipollicaria, utrinque piloſa, ſubtus pallidiora.

Petiolus planus, ſtriatus, longitudine folii.

Stipula utrinque minuta, ſetacea.

Spicæ axillares, ſeſſiles, inferne ternatæ, geminæ, ſuperne ſolitariæ, amento maſculino terminatæ.

Flores foeminei imbricati, 8-10. *Involucra* urceolata, ſtriata, glabra, multifida; *laciniis* ſetaceis, numeroſis, inæqualibus.

Stylus multifidus.

ACALYPHA fruticoſa, involucris foemineis cordatis crenatis, foliis ovatis acutis ſerratis. Retz. obſ. Bot. faſc. 5. p. 30. ubi deſcribitur. *Betulina* 3-4.

Acalypha fruticoſa. Forsk. Deſcr. p. 161.

CROTON.

Plicatum 6-7. CROTON foliis ovatis plicatis crenatis hirſutis, caule herbaceo.

Habitat in Arabia. FORSK.

Rami teretes, ſcabriuſculi, incani, ſuperne hirſuti, uti folia e pilis denſis ſtellatis.

FOLIA Heliotropii ſupini, petiolata, ovata, plicata, rugoſa, crenata, apice rotundata, ſubtus denſius piloſa, mollia, incana, ſemipollicaria, vel ultra.

Petiolus longitudine folii, glandula purpuraſcens ad apicem & binæ ſubtus ad baſin folii.

Infloreſcentia ut in C. tinctorio.

CAPSULÆ pendulæ, violaceo-purpureæ.

Ex allatis apparet, minime eſſe varietatem C. tinctorii, cujus folia rhomboidea angulato-dentata, ſubrepanda plana, juniora tantummodo plica una alterave ætate evanida, ſubtus quidem incana, pilis vero minutis, non longis copioſiſſimis hirſutis, petiolus abſque glandula ſaltem ſubtus utrinque ad baſin folii. Denique C. tinctorium copioſiſſime creſcens vidi in Europa auſtrali & Regno Tunetano; nunquam vero C. plicatum, nec ad hoc accedens obſervavi.

Obliquum 6-7. CROTON foliis ovato-lanceolatis integerrimis cauleque herbaceo tomentoſo.

Croton argenteum? FORSK. Cat. plant. Ægypt. p. 75, no. 491.

Habitat in Ægypto.

Affine præcedenti, diſtinguitur autem pilis minus diſtinctis, ut tota planta tomentoſa appareat foliis utrimque anguſtis, planis, integerrimis, glandulis nullis nec in petiolo nec ad baſin foliorum, demum foliis altero latere baſi obliquis anguſtioribus.

Lobatum. CROTON foliis inermi-ſerratis, inferioribus quinquelobis, ſuperioribus trilobis. LIN. S. V. p. 864.

Croton trilobatum; foliis petiolo brevioribus, 3-5 lobis, lanceolatis ſerratis. FORSK. Deſcr. p. 163.

JATROPHA.

Goſſypifolia. JATROPHA foliis quinquepartitis: lobis ciliatis, petiolisque ſetis ramoſis glanduloſis.

Jatropha goſſypifolia: lobis ovatis integris: ſetis glanduloſis ramoſis. LIN. S. V. pag. 865.

FOLIA venoſa, tenera, ſæpe triloba: *lobi* ovati cum acumine, ciliati, ciliis glanduloſis.

Glauca 1-2. JATROPHA calyculata, foliis quinquefidis trifidisque ſerrato-dentatis, petiolis nudis, ſtipulis palmatis.

Ricinus maderaſpatanus, flore purpureo, trilobato folio, mollibus ſpinulis dentato. PLUK. Alm. 320. tab. 220. fig. 4. fide Horti ſicci ejusdem.

Croton lobatum. FORSK. Deſcr. p. 162.

Habitat in Arabia & India Orientali.

CAULIS herbaceus, erectus, pedalis, pubeſcens.

FOLIA petiolata, tri-ſive quinquefida, baſi cuneiformia, glabra, glauca, ſubavenia, ſubtus nervoſa villoſa: *laciniæ* oblongæ, acuminatæ, ſerrato-dentatæ; dentibus acutis, inæqualibus, apice ſubglanduloſis.

Petiolus

Petiolus absque pilis glanduloſis, ſubvilloſus, pollicaris, foliis longior.

Stipulæ utrinque ſolitariæ in 4 vel 5 ſetas diviſæ; ſetæ inæquales, apice glanduloſæ, ſimplices, rarius ramoſæ.

PEDUNCULI verſus apicem, oppoſitifolii, tripollicares, altitudine caulis.

CORYMBI dichotomi: *flores* foeminei in dichotomia, breve pedicellati.

Bracteæ lanceolato-ſubulatæ.

CALYX perſiſtens pentaphyllus: *foliolis* lanceolatis, ciliatis.

COROLLA *fœminea* pentapetala: *petalis* longitudine calycis, ovatis.

Filamenta alterna breviora. *Antheræ* 8.

GERMEN triquetrum. *Stylus* 1, *ſtigmata* tria.

CAPSULA tricocca, magnitudine fere nucis avellanæ, muricata.

Semen magnitudine piſi, figura ſeminis Ricini.

A J. Goſſypifolia abſque ullo negotio dignoſcitur primo intuitu colore glauco. Differt præterea, 1) foliis baſi productis non vero transverſis. 2) Lobis oblongis acute ſerratis nec ut in Goſ. ovatis ciliato-glandulofis. 3) Petiolis nudis abſque pilis ramoſis glanduloſis.

JATROPHA *calyculata, foliis tripartitis lobis ſurſum angulatis integerrimis, caule fruticoſo aculeato.* *Spinoſa* 1-2.

Croton ſpinoſum, foliis tri-ſive quinquelobis, integris, glabris, ſtipulis ſpinoſis. FORSK. Deſcr. p. 169.

Rami teretes, glabri, cortice purpuraſcente rugoſo, ſuperne glauci.

FOLIA petiolata, alterna, glaberrima, ſemipollicaria, tripartita. *Lobi* oblongi, obtuſiſſimi, ſuperne dilatati, utrinque angulati: *laterales* minores, anguſtiores, baſi interdum latere exteriori lobulo aucti.

Petiolus folio parum brevior, teres.

Aculei utrinque ſolitarii ad baſin petioli loco ſtipularum, cortice concolores, ſubulati, petiolo breviores.

CORYMBI dichotomi. *Flos* fœmineus in dichotomia ſeſſilis.

CALYX pentaphyllus.

COROLLA pentapetala.

JATROPHA calyculata, foliis lanceolatis integerrimis. Tab. XXI. *Variegata* 1-2.

Croton variegatum FORSK. Deſcr. p. 163.

FRUTEX ramis teretibus, inferne cortice fuſco rimoſo, ſuperne glauco.

FOLIA ſubpetiolata, alterna, lanceolata, integerrima, obtuſa, mucrone rigido terminata, glaberrima, pagina ſuperiori interdum picta, bipollicaria.

Stipulæ utrinque binæ ad latus petioli, callo inſidentes, ſubulatæ, rigidæ, petiolo ſæpe longiores, divaricatæ, perſiſtentes, inferiores aculeiformes.

CORYMBI axillares, folio breviores.

Bracteæ lanceolatæ, carinatæ.

CALYX quinquepartitus: *laciniis* oblongis.

COROLLA quinquepetala: *petalis* oblongis.

Antheræ 8.

CAPSULA glabra, oblonga.

Variat foliis latioribus & anguſtioribus.

A Crot. variegato diverſa eſt, cui flores ſpicati, ſtipulæ nullæ.

Glandulosa 2-3. JATROPHA calyculata, foliis quinquelobis villoſis; lobis denticulatis glandulosis, caule fruticoſo exſtipulato.

Croton villoſum; foliis palmatis, quinquelobis, glanduloſe-ſerratis. FORSK. Deſcr. p. 163.

FRUTEX ramoſus, cortice rugoſo, villoſo.

FOLIA petiolata, alterna, reniformia, villoſa, mollia, ſubviridia, quinqueloba: *lobi* rotundati, inæqualiter denticulato-glanduloſi; glandulis fuſcis.

Petiolus longitudine folii, villoſus, patens.

Glandulæ plurimæ ad latera petioli & in axillis.

Hæ omnes licet calyce inſtructæ, a genere Crotonis alienæ ſunt, quotquot enim Crotones vidi, gaudent floribus ſpicatis.

STERCULIA.

Platanifolia. STERCULIA hermaphrodita, foliis cordatis lobatis, floribus paniculatis. LIN. S. V. p. 866.

Culhamia. FORSK. Deſcr. p. 96.

Calycem ut Corollam conſideravit FORSK. Pericarpium ſingulare eſt, maturum longitudinaliter a ſe invicem diſcedit in loculamenta quinque, quæ in totidem capſulas horizontales abeunt figura folliculorum Aſclepiadis, ſuperne ſutura longitudinaliter dehiſcunt, ora intus hiſpida: ſemina ſimplici ſerie ad latera ſuturæ affiguntur. Floret quotannis ſub dio Pataviæ.

Folia hujus ſub nomine Hibiſci ſimplicis in herbario LINNÆI aſſervantur. Cum in hortis botanicis Europæ borealis florere recuſavit, ob habitum ad Hibiſcos retulit LINNÆUS, flores enim nunquam vidit vir Illuſtriſſ. ut ipſe fatetur in ſpeciebus plantarum pag. 977. Excludatur igitur Hibiſcus ſimplex in Syſt. Veg. & Speciebus plantarum, cum eadem planta eſt ac Sterc. platanifolia.

MENISPERMUM.

Edule 9-10. MENISPERMUM foliis oblongis glabris, floribus hexandris.

Cebatha edulis. FORSK. Deſcr. p. 171.

Tota glabra.

FOLIA petiolata, oblonga, mucronata, inferiora emarginata.

Petiolus bilinearis.

PEDUNCULI vix longitudine petiolorum.

CALYX hexaphyllus, corolla hexapetala, ut in variis ſpeciebus meniſpermi.

Baccæ reniformes, binæ tantummodo in ſpecimine exſiccato æque ac in Meniſp. hirſuto, rudimentum tamen tertiæ obſervo. Species plures Meniſpermi ex India vidi ſtaminibus 6. Varias hujus generis piſtillis tribus dari, jam obſervavit Cel. WILLICH vid. obſerv. ejusd. p. 7. Ex his liquet, Cebatham FORSK. genus diſtinctum non conſtituere, jure vero Meniſpermis aſſociari poſſe. Accedit, quod habitu tam ſimile eſt Meniſp. hirſuto, ut limites vix inveniantur.

HOLCUS.

Sorghum. HOLCUS glumis villoſis, ſeminibus compreſſis ariſtatis. LIN. S. V. p. 904.

Holcus Durra; panicula ovata; ſpiculis ſeſſilibus, ſubvilloſis; alternatim appendiculatis; floſculo uno vel duobus vacuis, ſeſſilibus. FORSK. Deſcr. p. 174.

HOLCUS glumis glabris, floribus hermaphroditis muticis; fœmineo ariſtato. *Halepenſis.*
LIN. S. V. p. 905.
Holcus exiguus; paniculis coarctatis, ramis alternis, rudimentis florum pedicellatis; ſub floribus fertilibus ariſtatis. FORSK. Deſcr. p. 174. no. 75.

CENCHRUS.

CENCHRUS panicula ſpicata, glumis muricatis ſetis ciliaribus. LIN. S. V. pag. 906. *Racemoſus.*
Phalaris muricata; ſpica cylindrica; floribus geminatis; calyce fructifero aculeato-muricato. FORSK. Deſcr. pag. 202.

CENCHRUS ſpica oblonga conglomerata. LIN. S. V. p. 907. *Echinatus.*
Elymus caput meduſæ. FORSK. Deſcr. p. 25.

MIMOSA.

MIMOSA ſpinis ſtipularibus longitudine foliorum, foliis bipinnatis: partialibus ſexjugis, ramis lævibus. LIN. S. V. p. 917. *Horrida.*
Mimoſa Orſota. FORSK. Deſcr. p. 177. & ejusd. M. gummifera Cat. pl. arab. p. 124. n. 615.
RAMI angulati, glabri, cortice fuſco.
FOLIA interdum bina ex axilla ſpinarum; *partialia* 4-5 juga, *interiora* breviora; foliolis 5-7 jugis, *exteriora* 8-11 jugis: *foliola* linearia, acuta, glabra.
Spinæ geminæ, albæ, apice purpuraſcentes, longitudine foliorum.
FLORES in capitulo globoſo, axillari, ſolitario, primum ſeſſili dein pedunculato, foliis breviore.
LEGUMINA compreſſa, baſſi attenuata. FORSK.

MIMOSA ſpinis ſtipularibus diſtinctis, foliis bipinnatis: partialibus octojugis, ſpicis globoſis ſeſſilibus. LIN. S. V. p. 916. *Farneſiana.*
Mimoſa ſcorpioides. FORSK. Cat. pl. Conſt. p. 35. n. 448. & Cat. pl. Ægypt. p. 77. n. 553.
Folia *partialia* 5 juga & ſpicas globoſas pedunculatas ſemper obſervavi in hortis Europæ Auſtralis & Barbariæ.

MIMOSA ſpinis ſtipularibus, foliis bipinnatis, petiolis ſubtus aculeis recurvis, floribus racemoſis. *Stellata*
Mimoſa ſtellata; foliis geminis, pinnatis, 9 jugis; ſpinis ſtellatis ternis, duabus apice recurvis. FORSK. Deſcr. p. 177.
RAMI teretes glabri. *Spina* utrinque ad latus petioli.
FOLIA bipinnata 10 juga: *foliola* 13 juga, oblonga, utrinque rotundata, lateribus utrisque æqualia.
Petiolus communis ſubtus aculeis geminis, oppoſitis, recurvis, ad ſingula paria & ſupra intra ſingularum aculeus erectus.
PEDUNCULUS axillaris, ſeſquiſpithamæus, ſuperne villoſus. *Flores* in racemo compoſito, numeroſi, patentes, ſparſi; *pedicellis* longitudine florum.
PERIANTHIUM pentaphyllum: *foliolis* ovatis, acutis.
PETALA quinque, lanceolata.

Filamenta decem diſtincta, corolla parum longiora.

Germen oblongum. *Stylus* ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Legumen compreſſum, membranaceum, lanceolatum.

DIOSPYROS.

Lotus. DIOSPYROS foliorum paginis diſcoloribus. Lin. S. V. p. 918.

Dactylus trapezuntinus. Forskålei flora Conſtantinop. p. XXXVI. no. 481.

FICUS.

Populifolia 3-4. FICUS foliis exquiſite cordatis acutis, fructibus geminis pedicellatis. Tab. XXII.

J. 22.

Ficus religioſa. Forsk. Deſcr. p. 180.

Rami teretes, glabri, cortice rugoſo.

Folia petiolata, cordata, acuta, integerrima, utrinque glaberrima, venoſa, bipollicaria, baſi ejusdem latitudinis.

Petiolus longitudine folii, glaber.

Pedunculi gemini, axillares, glabri, baſi apiceque craſſiores, ſemipollicares. *Squamæ* binæ vel ternæ ſub fructu, ſubrotundæ, breves.

Fructus globoſus, glaber, magnitudine piſi.

Diſtinguitur a religioſa foliis acutis, nec longo acumine terminatis, fructibus pedunculatis.

A nymphæifolia foliis exquiſite cordatis, utrinque concoloribus, minime obtuſis, mucronatis.

A Sycomoro & cordifolia Thunbergii fructu pedunculato.

Mollis 5-6. FICUS foliis oblongis integerrimis ſubtus villoſis, fructibus axillaribus ſeſſilibus tomentoſis.

Habitat in India Orientali.

Rami teretes, villoſi, verſus apicem tomentoſi.

Folia petiolata, oblonga, integerrima, obtuſa, baſi parum anguſtiora, ad petiolum ſinu anguſto, ſupra lævia, ſubtus venoſa, villoſa, ſubmollia, bipollicaria.

Petiolus villoſus, folio brevior.

Fructus ſeſſilis, axillaris, ſolitarius, minutus, tomentoſus.

Benghalenſis. FICUS foliis ovatis integerrimis obtuſis, caule inferne radicato. Lin. S. V. pag. 921.

Ficus vaſta, foliis cordato-ovalibus, obtuſis, integris, glabris, nitidis, ſubcoriaceis. Forsk. Deſcr. p. 179.

Salicifolia 6-7. FICUS foliis lanceolatis acuminatis, fructibus geminis axillaribus pedunculatis. Tab. XXIII.

Ficus indica. Forsk. Deſcr. p. 179.

Tota glaberrima, lævis.

Folia petiolata, lanceolata, glabra, lævia, pallida, acuminata, acuta, baſi rotundata, 3-5 pollicaria.

Petiolus ſesquipollicaris. *Stipulæ* lanceolatæ, deciduæ.

Fructus gemini, axillares, pedunculati, globoſi, læves, magnitudine piſi.

F. indica differt foliis oblongis, acumine obtuſo, fructibus in ramulis aggregatis magnitudine avellanæ, ramis [illegible] radicantibus.

FICUS foliis cordatis oblongis acutis utrinque ſcabris, caule repente. *Sagittata* 11-12.

Habitat in India Orientali.

Caulis repens, radiculis oppoſitifoliis, glaber, ſuperne pubeſcens.

Folia petiolata, cordato-oblonga, auriculis rectis, rotundata, integerrima, utrinque ſcabra, ſubtus punctis ſparſis, acuta, ſeſquipollicaria.

Petiolus breviſſimus vix bilinearis. *Stipulæ* utrinque lanceolatæ.

Fructum non vidi, ex autoritate autem Königii & ſumma convenientia cum cæteris huc retuli.

FICUS foliis oblongis indiviſis trilobis ſinuatiſque denticulatis ſcabris, fructu pedunculato muricato globoſo. *Denticulata* 16-17.

Habitat in India Orientali.

Rami ſuperne angulati, piloſi.

Folia petiolata, oblonga, indiviſa, ſuperne bi- ſive triloba, utrinque ſcaberrima, venoſa, acuta, remote inæqualiter denticulata, verſus baſin integerrima, ſæpe altero latere vix ad medium folii dentata, bipollicaria & ultra.

Petiolus breuiſſimus, villoſus.

Fructus pedunculatus, globoſus, glaber, piſo parum major, verruca truncata terminatus, tuberculis inæqualibus ſparſis exaſperatus.

Sub nomine F. heterophylli a Königio miſſa fuit, aſſeverare tamen non audeo, num F. heteroph. Linnæi Supp. ſit, ex deſcriptione enim juſto breviori nil certi pronunciare licet, præſertim cum variæ dantur foliis diviſis integriſque huic affines, nec omnibus numeris exacte reſpondet deſcriptioni Lin. differt enim magnitudine & figura fructus, nec hiſpidus eſt, ut habet Thunbergii heteroph. vid. diſſert. ejusdem de F. p. 13. Walli-Teregam Rheed. Mal. 3. p. 83. tab. 62. apprime convenit quoad figuram foliorum, modo quod in figura integerrima eſſe apparent; fructus etiam diſcrepat magnitudine & figura pyriformi abſque tuberculo truncato in apice: magis adhuc dubito num ad noſtram denticulatam pertineat, dum aliam poſſideo foliis integerrimis fructu pyriformi glabro foliis diviſis integriſque.

FICUS foliis oblongis indiviſis lobatiſque integerrimis ſcabris, fructibus pedunculatis oblongis truncatis ſcabris. *Truncata* 16-17.

Habitat in India Orientali.

Rami angulati, glabri, læves.

Folia petiolata, oblonga, integra vel triloba interdum quinqueloba, integerrima, acuta, utrinque ſcabra, venoſa, reticulata, ſupra nitida, ſubtus pallidiora, bipollicaria & ultra. *Lobi* oblongi, laterales obtuſi.

Petiolus brevis, rugoſus, ſupra canaliculatus.

Fructus pedunculatus, oblongus, e punctis minutis ſcabriuſculus, apice eminentia truncata.

Diſcrepat F. denticulata ramis piloſis, petiolo breviori, foliis tenerioribus minime nitidis, denticulatis, fructu globoſo, punctis majoribus paucioribus.

FICUS foliis oblongis indiviſis palmatiſque repando-dentatis ſcabris, fructu pedunculato globoſo ſcaberrimo. *Serrata* 16-17.

Ficus ſerrata; foliis ovali-acutis, palmatiſque, ſcabris, crenato-repandis, Forsk. Deſcr. p. 179.

Rami ſuperne, uti folia juniora, ex punctis minutiſſimis numeroſis ſcaberrimi.

Folia petiolata, oblonga, nervoſa, integra vel palmata, repando-dentata, baſi acuta, integerrima, opaca.

Fructus breviſſime pedunculatus, globoſus, magnitudine fere nucis avellanæ, villoſus ſcaberrimus.

Differt a reliquis Spec. foliis diviſis, ramis foliisque punctatis ſcabris, foliis palmatis baſi repandis anguſtatis nec rotundatis, fructu punctis numeroſiſſimis, minutiſſimis.

Palmata 16-17. FICUS foliis cordato-ovatis lobatisque ſerratis, fructibus pyriformibus pedunculatis glabris. Tab. XXIV.

Ficus palmatus; foliis cordato-acutis, palmatisque, ſerrato-crenatis, ſcabris, flexilibus. Forsk. Deſcr. p. 179.

Rami teretes, glabri.

Folia petiolata, cordato-ovata, integra, bi- ſive triloba, ad baſin usque ferme acute ſerrata, utrinque ſcabra, venoſa, ſubtus pallidiora, venis purpuraſcentibus, bipollicaria: lobi ovati, acuti.

Petiolus folio duplo brevior.

Fructus pedunculatus, ſolitarius, pyriformis, glaber, piſo parum major. *Pedunculus* longitudine fructus, medio bracteæ binæ, oppoſitæ minutæ.

Ficuum hiſtoria adhuc obſcura eſt, plurimas enim ſpecies ignotas habet Hort. Malabaricus, varias continet Burmanni flor. Indica, quæ deſcriptione ulteriore egent. Nonnullas hic tradidi ut ſpecies diſtinctas, utpote mea opinione diverſas; judicent autoptæ, num locus vel alia quæcunque cauſa has creaverit.

ACROSTICHUM.

Auſtrale. ACROSTICHUM ſtipitibus nudis glaberrimis apice dichotomo ramoſis quinque ſ. ſex radiatis ſubulatis lateriſloris. Lin. Suppl. p. 444.

Acroſticum dichotomum, foliis linearibus, dichotomis, pollicaribus. Forsk. Deſcr. p. 184. n. 2.

Stipites compreſſi, baſi ferruginei, juniores verſus apicem paleacei.

Tab. XXV. plantam ſiſtit.

PTERIS.

Vittata. PTERIS frondibus pinnatis: pinnis linearibus rectis baſi rotundatis. Lin. S.V.p.931.

Pteris obliqua; fronde pinnata; pinnis lineari-lanceolatis, integris, erectis, baſi obliquis. Forsk. Deſcr. p. 185.

Cretica. PTERIS frondibus pinnatis: pinnis oppoſitis lanceolatis ſerrulatis baſi anguſtatis: infimis ſubtripartitis. Lin. S. V. p. 931.

Pteris ſemiſerrata; fronde pinnata; pinnis lineari-lanceolatis, apice ſerratis, infimis duabus bipartitis. Forsk. Deſcr. p. 186.

Legi Neapoli.

Arguta 20-21. PTERIS frondibus ſubbipinnatis: foliolis infimis bis bipartitis, pinnis lanceolatis ſerratis.

Filix non ramoſa jamaicenſis pediculo albicante &c. Pluk. alm. pag. 153. tab. 290. fig. 2.

Pteris ſerrulata fronde ſupradecompoſita, pinnis ſecundariis concatenatis, lanceolatis, ſerrulatis; infimis ſejunctis, pinnatis. Forsk. Deſcr. p. 187.

E Madera etiam miſſa fuit.

Stipes

Stipes bipedalis, læviſſimus.

Frons pinnata: *foliola* pinnatifida, infima bina latere inferiore foliolis geminis aucta hinc ſemibipinnatifida. *Pinnæ* lanceolatæ glabræ, ſteriles uſque ad baſin ſerratæ, fructiferæ tantummodo apice.

Ægre diſtinguitur a biaurita, an modo varietas? pinnæ minores, nec ultima tam elongata, ut habet figura Pl. biauritæ in Plumierio.

ADIANTHUM.

ADIANTHUM frondibus pinnatis falcatis apice caudatis. Lin. S. V. p. 939. *Caudatum.*
Adianthum inciſum; fronde pinnata; pinnis ſeſſilibus, alternis ſemiovatis, ſuperne inciſis, intus & ſubtus rectis, integris. Forsk. Deſcr. p. 187.

LYCOPODIUM.

LYCOPODIUM foliis ſparſis imbricatis: ramulis convolutis. Lin. S. V. p. 943. *Bryopteris.*
Lycopodium imbricatum; frondibus ramoſis, pinnatis, omnibus rachi ſupra & ſubtus bifariam imbricatis. Forsk. Deſcr. p. 187.

LYCOPODIUM foliis bifariis: ſuperficialibus geminis, ramis convolutis. Lin. S. V. p. 944. *Circinale.*
Lycopodium ſanguinolentum. Forsk. Cat. pl. Arab. p. 125. n. 650.

FUCUS.

FUCUS caule filiformi ſubramoſo, fructificationibus racemoſis: una veſiculari turbinata folio cordato crenato peltata. Lin. S. V. pag. 966. *Turbinatus.*
Fucus conoides; caule tereti ramoſo; ramis conoidibus; veſicis deltoidibus, dentatis, ramos imbricantibus. Forsk. Deſcr. p. 192.

SYMBOLAE BOTANICAE,

SIVE

PLANTARUM,

TAM EARUM,

QUAS IN ITINERE, INPRIMIS ORIENTALI,

COLLEGIT

PETRUS FORSKÅL,

QUAM ALIARUM,

RECENTIUS DETECTARUM,

EXACTIORES DESCRIPTIONES,

NEC NON

OBSERVATIONES

CIRCA

QUASDAM PLANTAS DUDUM COGNITAS,

AUCTORE

MARTINO VAHL,

PROFESSORE REGIO, SOCIETATIS AGRARIAE TAURINENSIS, PHYSICO-BOTANICAE ET GEORGOPHILORUM FLORENTINORUM, GEORGICAE TREIENSIS, SCIENTIARUM, QUAE VELITRIS EST, PHYSIOGRAPHICAE LUNDENSIS, SCIENTIARUM NORVEGICAE, UPSALIENSIS, HISTORIAE NATURALIS HAUNIENSIS SODALI.

PARS SECUNDA.

CUM TABULIS XXV AERI INCISIS.

HAUNIAE,

IMPENSIS AUCTORIS.

EXCUDEBANT NICOLAUS MÖLLER ET FILIUS,
AULAE REGIAE TYPOGRAPHI.

MDCCXCI.

EXCELLENTISSIMO

AC

ILLUSTRISSIMO

DOMINO

JOHANNI DE BÜLOW,

ORDINIS DANNEBROGICI EQUITI AURATO,
COMMENDATORI DE STELLA POLARI,
REGIS DANIAE A CONSILIIS INTIMIS,
CUBICULARIO,
AD AULAM PRINCIPIS REGII MARESCHALLO,
BOTANICES MAECENATI,

SECUNDAM HANC
SYMBOLARUM BOTANICARUM
PARTEM

D. D. D.

AUCTOR.

SALICORNIA.

SALICORNIA foliis cordatis amplexicaulibus. *Amplexicaulis 3-4.*
Habitat ad littora lacus prope Bardo Tuneti.

CAULIS decumbens, baſi fruteſcens, palmaris vel parum ultra, ramoſiſſimus: *rami* ex omnibus axillis foliorum, alterni, patentiſſimi, ſeſquipollicares, bini ſemper approximati.

FOLIA parva, alterna, obtuſiuſcula, ſubtus convexa, ſupra planiuſcula, amplectentia, in ramis junioribus imbricata.

A Salicornia perfoliata Forſk., quæ forte eadem cum Sal. arabica LIN., omnino diverſa.

CHIONANTHUS.

CHIONANTHUS paniculis trichotomis, ultimis floribus ſubcapitatis, calycibus villoſis, foliis lanceolato-oblongis; antheris acuminatis. SWARTZ. Prodr. pag. 13. *Compacta.*

Chionanthus caribæa foliis utrinque glabris, longe acuminatis; calycibus ciliatis. JACQU. Collect. vol. 2. pag. 110. tab. 6. fig. 1.

CHIONANTHUS paniculis axillaribus trichotomis, floribus omnibus diſtinctis; antheris obtuſis. *Mayepea.*

Mayepea Guianenſis. AUBL. Fl. Gu. pag. 81. tab. 31.

Genus Mayepeæ a Chionantho adeo parum differt, ut diſtingui vix mereatur. In ſpecimine, quod vidi, folia erant oppoſita, acuminata & calyces villoſi.

CYRTANDRA.

Character eſſentialis.

COROLLA quinquefida irregularis. STAMINA 4. 2. ſterilia. BACCA bilocularis.

Poſt veronicam inſerenda. Cum ſemina non nidulantia ſed in arcu duplici ſeriatim diſpoſita ſint, genere videtur differre a Besleria, quamvis ſatis affinis.

CYRTANDRA pedunculis ſubramoſis, foliis ellipticis ſubintegerrimis glabris. *Biflora.*

Cyrtandra biflora: involucris bifloris. FORST. Gen. pag. 6.

Besleria biflora: pedunculis biforis, involucro caduco inflato, foliis ovatis integerrimis. FORSTER. Prodr. pag. 43.

Dedit Dn. Prof. FABRICIUS.

RAMI glabri, ſuperne tetragoni, apice pulverulento-ferrugineo-tomentoſi.

FOLIA petiolata, tripollicaria, oppoſita, glaberrima, nervoſo-venoſa, ſubtus pallida, utrinque acuta, verſus apicem obſcure crenata. *Petiolus* vix unguicularis.

PEDUNCULI axillares, petiolo parum longiores, ſolitarii, ſubtriflori: *pedicellus* intermedius interdum triflorus, laterales uniflori.

Involucrum triphyllum, inflatum: *foliolis* lanceolatis, integerrimis.

CALYCIS *foliola* lanceolata.

COROLLA calyce duplo longior: *tubo* curvato.

Cymoſa. CYRTANDRA pedunculis ſubcymoſis, foliis ovatis crenatis baſi obliquis ſubtus pubeſcentibus.

Cyrtandra cymoſa pedunculis nudis. FORST. Gener. pag. 6.

Besleria cymoſa: pedunculis cymoſis, pedicellis bracteolatis, foliis ovatis crenatis. FORST. Prodr. pag. 44.

Ramuli pubeſcentes.

FOLIA petiolata, ſæpe ſpithamæa, ovata, altero latere anguſtiora breviora, ſubacuminata, dentato-crenata, nervoſo-venoſa, ſupra glabra, ſubtus pallida, pubeſcentia.

Petiolus unguicularis.

PEDUNCULI axillares, ſesquipollicares, pubeſcentes, multiflori: *pedicelli* ſimplices vel ramoſi, unguiculares, pubeſcentes.

CALYCIS *laciniæ* lanceolatæ.

JUSTICIA.

Ariſtata. JUSTICIA floribus axillaribus verticillatis ſubſeſſilibus, calycibus exterioribus ariſtatis, foliis ovatis.

Habitat in Cap. bonæ ſpei. Dedit Exc. Dn. BÜLOW, Eques aur. & a conſiliis intimis Regi Daniæ.

RAMI lignoſi, villoſi, uti tota planta, ſuperne angulati, linea excavata per latera articulorum decurrente.

FOLIA petiolata, pollicaria, integerrima, acuta, ſubtus præſertim villoſa.

Petiolus brevis.

FLORES axillares, plures, utrinque 8 ad 10, in pedunculis 2-3 breviſſimis. *Bracteæ pedunculorum* utrinque duæ, laterales, ovales, baſi anguſtatæ, ſemiunguiculares; *florales* lineares.

CALYX duplex: *exterior* quadripartitus; *laciniis* lineari-ſubulatis in ariſtam deſinentibus, duabus exterioribus longioribus, interioribus brevioribus. *Interior* quinquepartitus, exteriori breviore; *laciniis* inæqualibus, ſubulatis.

COROLLA villoſa; *Tubo* longitudine calycis exterioris: *Labio ſuperiore* erecto, lanceolato, integro; *inferiore* trifido, laciniis oblongis.

Stamina & *Stylus* longitudine corollæ.

Serpens. JUSTICIA floribus axillaribus ſolitariis, caule repente.

Habitat in Inſula St. Mauritii.

CAULIS herbaceus, repens, filiformis, ramulus unus vel alter brevis ad genicula, glaber.

FOLIA unguicularia, ſæpe minora, patentiſſima, oblonga, interdum ſubovata, integerrima, obtuſa, glaberrima, venoſa.

Petioli longitudine foliorum.

FLORES axillares, ſeſſiles, ſolitarii: inferne alterni, ſuperne oppoſiti.

CALYX.

Calyx duplex: *exterior* ſemiunguicularis, 5-fidus; *laciniis* lineari-lanceolatis ſuprema longiore latiore: *interior* brevis, 5-partitus; *laciniis* ſubulatis.

Variat foliis rotundioribus.

JUSTICIA ſpicis axillaribus recurvatis, foliis lanceolato-ovatis hirſutis ſeſſilibus. *Scorpioides.*

Juſticia ſcorpioides fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis hirſutis ſeſſilibus, ſpicis recurvatis. Lin. S. V. pag. 62. Rel. Houston. Tab. 1.

Rami teretes, cortice cinereo, ſuperne villoſi.

Folia ſubtus piloſa.

Spicæ axillares terminalesque, erectæ, apice recurvatæ.

Flores ſecundi. *Bracteæ* minutæ.

Calyx parvus.

Corolla pollicaris: *labiis* integris.

Capsula ut in Juſticia bivalvi.

JUSTICIA acaulis foliis crenatis ſubtus venis villoſis. *Acaulis.*

Plantaginis facie Indiæ orientalis Nella-Carumbee Malabarorum. Pluk. Amalth. pag. 175. tab. 438. fig. 1.

Juſticia acaulis. Lin. Suppl. p. 84.

Radix pubeſcens, ſuperne lanatus.

Folia radicalia, plura, baſi anguſtiora, ſubſeſſilia, groſſe crenata, venoſa; venis ſupra glabris, ſubtus villoſis.

Scapi plures, ſimpliciſſimi, folio dimidio longiores; ſquamis lanceolatis, acuminatis adpreſſis imbricati.

Spica terminalis, cylindrica, ſimplex, imbricata; ſquamis ovatis, acutis, concavis.

Calyx quinquepartitus: *lacinia* ſuperior oblonga, reliquis latior, binæ inferiores lineares, villoſæ.

β Foliis lyrato-pinnatifidis, venis glabris. *Lyrata.*

An ſpecie diverſa. Aliam in herbario Ill. Banksii vidi, foliis integerrimis utrinque glabris, ex America ſeptentrionali.

JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque tetragonis, bracteis ovatis hirſutis imbricatis, foliis dentatis. *Hirſuta.*

Habitat in Java. Dn. Thouin.

Caulis herbaceus. *Rami* obſcure tetragoni, pubeſcentes; articulis tripollicaribus.

Folia petiolata, pollicaria, remota, obtuſa, baſi in petiolum brevem deſinentia, obtuſe & remote dentata, pilis utrinque minutis adpreſſis, ſubtus albidiora.

Spicæ pedunculatæ, axillares, oppoſitæ vel alternæ, pollicares: *pedunculi* foliis longiores, ſæpe diphylli: *foliolis* lanceolatis, cum rudimento floris in axillis.

Bracteæ imbricatæ: infimæ ovato-lanceolatæ, utrinque denticulis tribus vel quatuor, reliquæ ovatæ, integerrimæ, omnes hirſutæ, præſertim ad marginem.

Flores oppoſiti, baſi bibracteati: *bracteis* ſetaceis.

Calycis *laciniæ* lineari-lanceolatæ, hirſutæ.

JUSTICIA ſpicis axillaribus oppoſitis utrinque geminis, bracteis linearibus elongatis, ſeminibus globoſis nitidis. *Sphæroſperma.*

Habitat in Caribæis. Dn. Forsethi.

Caulis herbaceus: *ramis* teretibus.

Folia breviſſime petiolata, bipollicaria, ovata, acuta, integerrima, glabra.

Spicæ ex alis ſupremis, utrinque geminæ, oppoſitæ, breviſſime pedunculatæ, bipollicares, erectæ.

Flores infimi oppoſiti, reliqui alterni. *Bracteæ* erecto-patulæ, tres ad ſingulum florem, perſiſtentes, ſemipollicares, anguſtæ.

Calyx quinquepartitus: *laciniis* lineari-ſubulatis, bracteis dimidio brevioribus.

Capsulæ pubeſcentes, longitudine bractearum.

Gendaruſſa. JUSTICIA ſpicis terminalibus folioſis, floribus verticillatis, foliis lanceolatis elongatis.

Vada-Kodi. Rheed. Mal. 9. pag. 79. tab. 42.

Rapunculus galeatus ſalicis glabro folio Biſnagaricus floribus aurantiis. Pluk. Alm. 316. tab. 55. fig. 3. fide hort. ſicci Pluk. Figura mala.

Gendaruſſa foſa. Rumph. Amb. 4. p. 70. t. 28 & p. 72. t. 29.

Juſticia gendaruſſa: fruticoſa, foliis lanceolatis integerrimis, ſpicis terminalibus ſimplicibus. Burm. Ind. pag. 10.

Juſticia gendaruſſa: fruticoſa, glabra, foliis lanceolatis elongatis, ſpicis verticillatis. Lin. Suppl. pag. 85.

Caulis fruticoſus, glaber, teres.

Folia breviſſime petiolata, bipollicaria, integerrima, glabra, obtuſiuſcula, venis ſimplicibus.

Spica ex apice ramorum, folioſa, palmaris. *Flores* utrinque duo vel quatuor. *Bracteæ* ſetaceæ. *Foliolum* utrinque ſub ſingulo verticillo, lineari-lanceolatum, breve petiolatum, longitudine florum, unguiculare, foliolis ſuperioribus minoribus.

Calycis *laciniæ* ſetaceæ.

Corolla lutea.

Stylus longitudine corollæ.

Longifolia. JUSTICIA ſpicis axillaribus geminis oppoſitis ſecundis, foliis lanceolatis elongatis.

Habitat in Inſula Mahé. Dn. Thouin.

Caulis herbaceus, glaber.

Folia petiolata tri-vel quadripollicaria, lanceolata, vix pollicem lata, attenuata, obtuſa, integerrima, glabra.

Petiolus linearis; filiformis, pollicaris.

Spicæ axillares, geminæ, oppoſitæ, petiolo duplo longiores. *Flores* ſecundi, alterni; *Bracteæ* binæ ad baſin calycis; altera minore, altera longitudine calycis florem tegente, lanceolatæ, acuminatæ.

Calycis *laciniæ* ſetaceæ.

Corolla parva, calyce duplo longior.

Latifolia. JUSTICIA ſpicis terminalibus ſubramoſis, floribus inferioribus verticillatis, foliis ovatis acuminatis.

Habitat in India orientali. König.

Frutex *ramis* teretibus, glabris.

Folia breviſſime petiolata, tripollicaria, late-ovata, glabra, integerrima.

Petiolus bilinearis, ſupra canaliculatus, ſubtus convexus.

Pedunculus terminalis, erectus, ſæpe pedalis, inferne rami duo oppoſiti, ſpithamæi, ſimplices.

Flores

Flores inferne utrinque 2-3, ſuperne ſolitarii: inferiores remotiores.
Bracteæ duæ ſubulatæ, calyce breviores.
CALYCIS *laciniæ* quinque, ſetaceæ, vix villoſæ.
COROLLÆ *tubus* anguſtus, calyce triplo longior.
CAPSULÆ piloſiuſculæ.

Accedit ad Katu-Karivi, RHEED. Malab. 9. p. 83. Tab. 44. & forte non diverſa, ſed flores minores in mea.

JUSTICIA racemis terminalibus ſubramoſis, floribus ſubverticillatis, foliis lanceolato-ellipticis utrinque attenuatis. *Nitida.*

Juſticia nitida: dianthera; foliis lanceolato-acuminatis; floribus ſubſpicatis; bracteis ſetaceis; caule nitido. JACQU. Hiſt. pl. Am. pag. 5.

Habitat in Guadeloupe Dn. MARTFELT. Ex Inſula St. Crucis miſit Dn. von RÖHR.

FRUTICOSUS. *Rami* obſolete tetragoni, glaberrimi, cineraſcentes, apice alternatim compreſſi.

FOLIA petiolata, ſæpe ſpithamæa, integerrima, venoſa, glaberrima.

Petiolus brevis.

PEDUNCULUS terminalis, compreſſus, ſpithamæus, baſi ſæpe rami duo, oppoſiti, patentes. *Pedicelli* plures, utrinque tres vel quinque, aggregati, oppoſiti, filiformes, vix unguiculares, diſtantes: baſi *bracteæ* minutæ, ſubulatæ.

CALYX glaber, minutus, quinquefidus: *laciniis* ſetaceis.

COROLLA bilabiata, unguicularis: *Labio ſuperiore* bifido; *laciniis* lanceolatis: *inferiore* trifido profundius diviſo.

FILAMENTA corolla dimidio breviora. *Antheræ* ſimplices.

CAPSULÆ unguiculares.

Habitus Juſt. variegatæ Aub. Fl. Guian. tab. 4. quæ differt foliis ſeſſilibus, floribus ſpicatis, pedunculis calycibusque hirtis. Filamenta ſterilia in fundo tubi a JACQUINIO viſa non inveni.

JUSTICIA paniculis axillaribus terminalibusque dichotomis, floribus ſecundis, filamentis hirſutis, capſulis compreſſis, foliis lanceolatis. *Paniculata.*

Cara Caniram. RHEED. Mal. 9. pag. 109. tab. 56.

Juſticia paniculata: diffuſa, panicula axillari, foliis ſeſſilibus lanceolatis. BURM. Ind. pag. 9.

Habitat in India Orientali ex herbario; amici & Botanici peritiſſimi Dn. SCHUMAKERI, Adjuncti Academiæ Chirurgorum Haunienſis.

CAULIS herbaceus, ſesquipedalis, ſtrictus, tetragonus: angulis acutis, glaber: lateribus biſtriatis.

FOLIA fere Juſt. pectoralis, ſesquipollicaria, lanceolata, utrinque attenuata, in petiolum breviſſimum deſinentia, integerrima, glabra, obtuſiuſcula.

PEDUNCULI tetragoni, glabri, patentiſſimi: *axillares* ſolitarii, oppoſiti, plerumque bifidi, ſubramoſi; *terminalis* paniculato-ramoſus: pedunculis partialibus oppoſitis. *Pedicelli* alterni, remoti, capillares, ſolitarii ſæpe cum rudimento ſecundi in axillis bractearum.

Bracteæ oppoſitæ, ſub ramificationibus primis lineari-lanceolatæ: ad baſin *pedicellorum* ſubulatæ, breviſſimæ, nullæ ad baſin calycis.

CALYX quinquepartitus, ſimplex: *laciniis* ſubulatis, ſubæqualibus, pubeſcentibus.

Corolla extus pubeſcens: *labium ſuperius* bifidum, lineare, obtuſum: *inferius* trifidum; *laciniis* lanceolatis.

Filamenta longitudinaliter hirſutiſſima, corollam fere æquantia. *Antheræ* ſimplices.

Capsula vix pollicaris, linearis, compreſſa, marginata, utrinque acuta, mucronata, flaveſcenti-nitida, medio linea purpuraſcente longitudinali.

Differt ab omnibus mihi notis, capſulis plano-compreſſis undique ejusdem latitudinis nec baſi anguſtatis. Cara Caniram Rheed. l. c. huc pertinet; deleatur igitur Syn. Rhedii in Dianth. Malab. Lin. Suppl. & in Juſt. Gangetica. Lin. Syſt. V.

Stricta. JUSTICIA racemis axillaribus bipartitis, floribus ſecundis, foliis lanceolato-ellipticis, filamentis glabris.

Habitat in Malabaria. Dn. König.

Caulis herbaceus, glaber, tetragonus, angulis acutis, lateribus utrinque ſulco exaratus, internodiis bipollicaribus. *Ramuli* axillares, petiolo foliorum parum longiores, floriferi.

Folia longe petiolata, pollicaria & ultra, patentia, integerrima, acuminata, baſi per petiolum parum decurrentia, ſupra glabra, ſubtus pallidiora, venoſa. *Petiolus* foliis dimidio brevior.

Pedunculi ex axillis foliorum ramulorum, oppoſiti, filiformes, bipartiti, patentiſſimi, foliis triplo breviores; *Pedicelli* oppoſiti, erecti: *bractea* linearis, longitudine pedicelli ad baſin ſinguli pedicelli & duæ ad baſin diviſuræ pedunculi.

Flores parvi: foliolum lineare, apice & inferne parum dilatatum, vix ſemiunguiculare, baſi calycem ad dimidiam partem tegens.

Calyx profunde quinquefidus, bractea parum brevior: *laciniis* ſetaceis, hirtis uti pedicelli, longitudine tubi corollæ.

Corolla bilabiata: *labio* inferiore tridentato.

Antheræ ſimplices.

Ab antecedente, ad quam habitu accedit, differt caule triplo craſſiore longitudinaliter ſulco exarato, foliis latioribus longe petiolatis, pedunculis foliis triplo brevioribus ſemel bifidis, nec ramis ramuloſis, floribus oppoſitis, calycibus longioribus, baſi bracteatis & filamentis glabris.

Nutans. JUSTICIA racemis terminalibus, apice nutantibus, floribus reſupinatis, foliis dentatis.

Juſticia nutans herbacea, foliis lanceolatis denticulatis, pedunculis terminalibus cernuis, bracteis ſetaceis. Burm. Ind. pag. 10. tab. 5. fig. 1.

Habitat in Java. Dn. Thouin.

Caulis herbaceus, tereriuſculus, glaber, ſubtiliſſime ſtriatus. *Rami* alterni.

Folia breviſſime petiolata, pollicaria vel ultra, attenuata, rare piloſa, patentiſſima, remote denticulata, venoſa: venis alternis ſimplicibus; ſumma lanceolata, integerrima.

Racemi pubeſcentes: *pedicelli* breves. *Bractea* ad baſin pedicellorum & duæ ſub ſingulo flore.

Calyx profunde quinquefidus: *laciniis* lineari-lanceolatis, corolla triplo brevioribus.

Labia Corollæ divaricata. *Labium ſuperius* (inferius) anguſtius bidentatum, *inferius* (ſuperius) trifidum: *laciniis* lanceolatis.

Stamina in labio inferiore longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.

JUSTI-

JUSTICIA pedunculis axillaribus trichotomis divaricatis, foliis ovatis acuminatis ſubrepandis, ramis villoſis. *Scandens.*

Habitat in Malabaria. Dn. KÖNIG.

FRUTEX *ramis* ſcandentibus, teretibus, villoſis, articulatis.

FOLIA petiolata, bipollicaria, late ovata, acuminata, baſi acuta, venoſa: venis utrinque ſubvilloſis.

Petioli ſemiunguiculares, villoſi, ſubcinerei.

PEDUNCULI oppoſiti, folio duplo breviores, primum tripartiti, dein ſemel bifidi, divaricati: *pedicellis* bifloris. *Flores* pedicellati. *Bracteæ* duæ, oppoſitæ, minutiſſimæ, ſetaceæ ad baſin pedicellorum calycisque.

CALYCIS *laciniæ* ſetaceæ.

Variat ramis venisque foliorum minus villoſis affinis Juſt. naſuta.

JUSTICIA racemis terminalibus compoſitis: racemulis ſecundis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis. *Secunda.*

Habitat in Inſula Trinitatis. Dn. von ROHR.

CAULIS herbaceus, erectus, glaberrimus, uti tota planta, ſubſexangulatus, lateribus ſulcis exaratus.

FOLIA petiolata, bipollicaria, attenuata, integerrima.

RACEMUS terminalis, palmaris, erectus, fere usque ad apicem compoſitus ex racemulis erectis, pollicaribus, oppoſitis, verſus ſummitatem ſimplex floribus oppoſitis. *Flores* in racemulis alterni, 4-5, breve pedicellati: *Bracteæ* duæ, ſetaceæ, longitudine pedicelli, ad baſin pedicellorum.

CALYX 5-partitus: *laciniis* lineari-lanceolatis, ſemiunguicularibus.

COROLLA pollicaris, purpurea, bifida: *labio ſuperiore* lineari, integro; *inferiore* ſubtrifido.

FILAMENTA capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* binæ, pedicellatæ.

STYLUS longitudine corollæ, capillaris.

JUSTICIA ſpicis axillaribus oppoſitis ſecundis, bracteis ovatis hirſutis, foliis lanceolato-ovatis. Tab. XXVI. *Polyſtachia.*

Habitat in Cajenna. Dn. von ROHR.

CAULIS herbaceus, erectus, ſtrictus, obſcure tetragonus; angulis retrorſum piloſis.

FOLIA petiolata, tripollicaria, lanceolata, attenuata, acuta, integerrima ſupra glabra, nitida, ſubtus piloſa, patentiſſima.

Petiolus breviſſimus.

SPICÆ axillares, ſolitariæ, oppoſitæ, erectæ, ſecundæ, folio dimidio breviores, imbricatæ, terminalis ſolitaria.

Bracteæ anteriores ovatæ, membranaceæ, nervoſæ, piloſo-ciliatæ, ſemiunguiculares; dorſales ſemiovatæ, ciliatæ, cuſpidatæ, unica ad baſin ſinguli floris.

FLOS ſolitarius, ſeſſilis in alis bractearum.

CALYX 5-partitus, ſimplex; *laciniis* ſetaceis.

FILAMENTA apice bifida, lacinia alterâ erecta, altera deflexa: *anthera* unica in ſingula lacinia.

Retuſa. JUSTICIA ſpicis terminalibus, bracteis obovatis ſubretuſis imbricatis, foliis ovatis acuminatis.

Ex Inſula St. Crucis in America miſit Dr. Pflug.

Caulis herbaceus, teres, glaber, uti tota planta.

Folia petiolata, bipollicaria & ultra, nervis utrinque elevatis, integerrima, obtuſiuſcula, ſubtus pallidiora.

Petioli unguiculares.

Pedunculus terminalis, ſimplex, 3-4 pollicaris, apice floriferus.

Flores in ſpica brevi pollicari, ſolitarii, oppoſiti.

Bracteæ ternæ ad ſingulum florem: exterior reliquis multo latior, fere unguicularis, baſi anguſtatus, obovatus; duæ laterales, oblongæ, baſi attenuatæ, exteriori breviores, pilis minutis ſubciliatæ.

Calyx quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis.

Corolla magna, purpuraſcens, ultra medium fiſſa; *labium ſuperius* lanceolatum, bidentatum, inferiore brevius; *inferius* triplo latius, trifidum: *laciniis* oblongis.

Stamina longitudine labii ſuperioris. *Antheræ* geminæ.

Undulata. JUSTICIA pedunculis terminalibus umbellatis ſimplicibus trifidisque, foliis lanceolatis undulatis.

Dianthera hyſſopifolia floribus pedunculatis terminalibus, foliis lanceolatis ſcabris. Burm. Ind. pag. 11. tab. 5. fig. 2.

Habitat in Malabaria. Dn. König.

Caulis herbaceus. *Rami* pedales & ultra, ſimpliciſſimi, oppoſiti, erecto-patentes, obſcure angulati, articulati; articulis tri-vel quadripollicaribus, ſæpe duo alii rami breviores ex axillis.

Folia petiolata, bipollicaria, remotiſſima, ovato-lanceolata, acuminata, undulata, ſcabriuſcula, ſubtus pallidiora.

Petiolus bi-ſive tri-linearis, filiformis.

Pedunculi in apice ramorum ex axillis foliorum terminalium, tres vel quinque, bilineares, æquales, apice latiores, baſi bracteati: laterales trifidi; intermedii indiviſi. *Bracteæ* ſetaceæ.

Foliola duo lanceolata, acuminata, altero breviore, foventia flores binos vel tres.

Calycis *laciniæ* ſetaceæ.

Capsulæ villoſæ.

Frondoſa. JUSTICIA umbellis axillaribus compoſitis pedunculatis: pedunculis elongatis, bracteis obovatis rhombeis obtuſis glabris.

Habitat in Otaheite.

Caulis herbaceus, teres, glaber.

Folia petiolata, bipollicaria, ovata, acuta, glabra, integerrima.

Petiolus unguicularis.

Pedunculi univerſales oppoſiti, folio triplo longiores, tetragoni, apice pubeſcentes; angulis acutis: *pedunculi* partiales umbellati, quatuor, pollicares, pubeſcentes, intermedii parum longiores. *Pedicelli* tres vel quatuor, breviſſimi, umbellati.

Bracteæ pedunculorum & pedicellorum geminæ, oppoſitæ, oblongæ, acuminatæ. *Florum* rhombeæ, obtuſæ, membranaceæ, venoſæ, calyce multo majores, altera minore. *Calycum* lineares, ſubulatæ, longitudine calycis. Calyx

Calyx parvus, quinquepartitus, pubeſcens.

Corolla bracteis longior, extus pubeſcens, bilabiata: *labio inferiore* tridentato.

Stamina corolla breviora. *Antheræ* geminæ.

JUSTICIA pedunculis axillaribus oppoſitis quadrifloris pedicellatis, bracteis ovato-ſubrotundis mucronatis pubeſcentibus. *Pubeſcens.*

Habitat in Botany Island Dn. Fabricius, Prof.

Caulis fruticoſus, ramoſus, pubeſcens, teres.

Folia petiolata, bipollicaria, ovato-lanceolata, obtuſiuſcula, integerrima, juniora pubeſcentia.

Pedunculi axillares, oppoſiti, petiolo breviores, apice *pedicellis* quatuor, ſubæqualibus. *Bracteæ* quatuor ſub umbella, ſubulatæ, patentiſſimæ, apice parum reflexæ.

Calyx & *Bracteæ* florales ut in præcedente, at mucronatæ & pubeſcentes, duæ intermediæ majores, ut in affinibus.

Capsula pubeſcens.

JUSTICIA pedunculis axillaribus oppoſitis trifloris pedicellatis, bracteis oblongis mucronatis pubeſcentibus. *Lævigata.*

Habitat in Java. Dn. Thouin.

Caulis fruticoſus, cortice cinereo, ſuperne viridi. *Ramuli* tetragoni, oppoſiti, breves, patentiſſimi.

Folia petiolata, pollicaria, ovata, attenuata, integerrima, obtuſiuſcula, utrinque glabra.

Pedunculi axillares, ſolitarii, oppoſiti, breves, pubeſcentes, apice *pedicelli* tres uniflori, pedunculo duplo longiores, ſuperne parum dilatati, intermedio paululum longiore.

Bracteæ pedunculi quatuor ad latera, ſubulata, patentiſſima, reflexa: *Florales* oblongæ, parallelæ, altero minore: *Calycinæ* lanceolatæ.

Calyx ut in antecedentibus.

Corolla pubeſcens, bracteis dimidio longior.

Antheræ geminæ.

Valde affinis præcedentibus.

JUSTICIA floribus axillaribus verticillatis ſubtrifloris pedicellatis, bracteis cuneatis ariſtatis, antheris geminis. *Cuſpidata.*

Dianthera verticillata. Forsk. Deſcr. pag. 9.

Similis Juſticiæ chinenſi ut fere mera varietas; differt modo figura bractearum & numero antherarum.

JUSTICIA pedunculis axillaribus bifloris foliis ovatis æquantibus, bracteis ſubulatis. *Biflora.*

Habitat in India orientali. Dn. Schumacher.

Caulis ſuffruticoſus, ramoſus. *Rami* obſcure tetragoni, glabri: articulis tripollicaribus, baſi altero latere ſubgibboſis.

Folia petiolata, pollicaria, ovata, parum attenuata, baſi acuta, glaberrima.

Petioli laxi, inferiores longitudine foliorum.

Pedunculi axillares, filiformes, biflori. *Pedicelli* inæquales.

Bracteæ duæ ad baſin pedicellorum, petiolatæ, oblongæ, acutæ: *florales* tres ſub ſingulo calyce inæquales, duæ ſubulatæ, tertia ovata.

Calyx quinque partitus.

Antheræ geminæ.

Sanguinolenta. JUSTICIA pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris alternis, foliis oblongis, caule repente.

Habitat in umbroſis declivibus Zeylonæ. Dn. König.

Tota planta colore ſanguineo. Dn. König.

Caulis herbaceus, ſimplex, baſi repens, geniculatus; articulis inferioribus bipollicaribus, ſuperioribus unguicularibus.

Folia petiolata, pollicaria, plerumque integerrima, rarius obſcure crenata, obtuſa, glabra.

Petiolus folio duplo vel triplo brevior.

Pedunculi ſuperne imbricati ſquamis ſex minutis, ſetaceis, oppoſitis.

Calyx quinquefidus: *laciniis* ſetaceis tubum corollæ ſuperantibus.

Corollæ *tubus* brevis: *lacinia ſuperior* oblonga emarginata: *inferior* duplo latior, longitudine ſuperioris, ſubtrifida: *laciniis* lanceolatis.

Triſulca. JUSTICIA pedunculis axillaribus ſubtrifloris floribus ſeſſilibus, foliis oblongis obtuſis.

Dianthera triſulca. Forsk. Deſcr. pag. 7.

Frutex rigidus. *Rami* oppoſiti, diſtorti, cicatriſati, teretes, apice tetragoni, cortice cinereo-pubeſcentes, inferne aphylli.

Folia petiolata, pollicaria, approximata, oblonga, integerrima, coriacea, avenia, nervoſa: tenella ſubcineraſcentia.

Pedunculi axillares, petiolo duplo breviores, ſolitarii, oppoſiti, bi-ſ. triflori. *Flores* ſeſſiles. *Bractea* utrinque ad apicem petioli, lanceolata, calyce longior, alia ad baſin ſinguli floris, ovata, cineraſcens, calyce brevior.

Calyx quinquefidus: *laciniis* lanceolatis ſubvilloſis.

Corolla ſeſquipollicaris; *labiis* æqualibus; *ſuperius* lanceolatum, obtuſum, integrum: *inferius* trifidum, *laciniis* linearibus.

Stamina longitudine corollæ. *Antheræ* geminæ.

Stylus corolla longior.

Orchioides. JUSTICIA pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris, foliis lanceolatis utrinque acutis.

Juſticia orchioides: fruticoſa, foliis ovatis ſeſſilibus, floribus axillaribus ſolitariis pedunculatis. Lin. Suppl. pag. 85.

Frutex rigidus, glaber: *Ramulis* alternis.

Folia ſeſſilia, ſemiunguicularia, ſuperne verſus ſenſim minora, lanceolata, utrinque acuta, rigida, craſſiuſcula, avenia, enervia, integerrima, apice pungentia.

Pedunculi axillares, longitudine foliorum, ſolitarii, uniflori. *Bracteæ* binæ, in medio pedunculi minutæ, deciduæ.

Calycis *laciniæ* lineari-ſetaceæ, ſubæquales.

Cuneata. JUSTICIA floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis obovatis emarginatis.

Habitat in Capite bonæ ſpei. Dn. Dahl.

FRUTEX rigidus, cortice cinereo, ramoſus: *Rami ramulique* oppoſiti, patentes, angulati, articulati, tuberculo parvo utrinque ad apicem ſinguli articuli.

FOLIA ſeſſilia, vix ſemiunguicularia, craſſa, ſupra avenia, ſubtus venoſa, integerrima, emarginata.

FLORES ſeſſiles, alterni, baſi bibracteati. *Bracteæ* lineares, longitudine calycis.

CALYX quinquefidus: *laciniis* lineari-lanceolatis.

COROLLA fere Juſticiæ hyſſopifoliæ.

Antheræ geminæ, una ſupra alteram ad latus ut in Juſt. hyſſopifolia: inferior baſi ariſta alba apice inflexa.

JUSTICIA floribus axillaribus ſeſſilibus oppoſitis, foliis ſubrotundis. *Odora.*

Dianthera odora. FORSK. Deſcr. pag. 8.

FRUTEX cortice cinereo, ramoſus. *Rami* obſcure tetragoni, ſulcis quatuor exarati.

FOLIA petiolata, ovalia ſ. ſubrotunda, coriacea, avenia, mucronata.

JUSTICIA pedunculis axillaribus trifidis, foliis linearibus ſinuato-pinnatifidis. *Sinuata.*

Juſticia longifolia: ſuffruticoſa, foliis linearibus ſinuatis, pedunculis trifidis axillaribus. FORST. Prodr. pag. 4. n. 13.

Rami angulati, cortice cinereo, glabro.

FOLIA petiolata, tripollicaria vel ultra, glaberrima, utrinque attenuata: *laciniæ* remotæ, alternæ rotundatæ.

Antheræ geminæ, parallelæ.

Omnes fere botanici, inter quos nominaſſe juvat JACQUINIUM & JUSSIÆUM, qui plurimas hujus generis ſpecies ſcrutandi facultatem habuerunt, conſentiunt, Antheras binas notam eſſe minoris momenti, quam ut exinde Diantheræ a Juſticiis diſtinguerentur. In aliis enim Diantheris filamenta in duas dividuntur lacinias, quarum ſingulæ Anthera inſtructæ ſunt, in aliis vero filamenta indiviſa deprehenduntur, antheris quidem binis, ſed ſæpe ita approximatis, ut in unicam fere coaleſcant. Nec Antheris binis ſolum gaudent proprie ſic dictæ Diantheræ, plurimæ enim Juſticiæ, ſi non omnes, revera Diantheræ ſunt; nam non modo variæ ad Juſticias a LINNÆO amandatæ more Diantherarum Antheras duas diſtinctiſſimas habent, uti Juſticia hyſſopifolia, orchioides, ſed & reliquæ antheras plerumque gerunt geminas, ea differentia, ut juxta ſe invicem parallelæ unicam conſtituere videantur, licet revera binæ ſunt. Hinc Diantheræ & Juſticiæ LINNÆI tantum inter ſe differunt, vel quod Antheræ in propria lacinia filamenti diviſi a ſe invicem oblique & diſtincte diſtant, vel quod verticaliter in filamento indiviſo una ſupra alteram ſunt collocatæ, vel demum quod parallelo ſitu ſunt approximatæ, baſi tantum interdum parum divaricatæ. Verum enim vero cum Genus Juſticiæ nuperorum detectis ad numerum ſat vaſtum increverit, plurimasque adhuc ſpecies ignotas præter eas, quas hic recenſui, inter collectiones meorum Amicorum viderim, luce clarius eſt, cognitionem ſpecierum earumque differentiam eo difficiliorem evadere. Ratio igitur poſtulat dividere genus Juſticiæ, ſi non in plura genera, tamen in plures ſectiones. Examinatis vero quam pluriinis ſpeciebus, ſatis ſuperque perſpexi, nec calycem nec corollam notam magis convenientem præbere diviſioni in plura genera quam Antheras. In aliis enim calyx duplex & in iisdem exterior vel quadripartitus vel quinquepartitus. Corollam aliæ fere regularem habent, aliæ ringentem, plurimæ bilabiatam, eæque iterum vel labiis indiviſis vel diviſis ſunt. Hinc tot genera, quot diverſitates, ſi differentiam in hiſce partibus quæris, quæ, quamvis in multis plantis genera optime diſtinguant, in Juſticiis tamen non æque adhibentur, ne plantæ adeo affines, ut earum differentia ſpecifica haud facile eruatur,

 nimis

nimis a ſe invicem removeantur. Ex his, quas examinavi, ſpeciebus variæ unicam tantum notam ſuppeditarunt, qua ſub duobus generibus hujus numeroſas ſpecies tuto combinare licet: diverſitatem nempe in earum capſulis obviam. Diſſepimentum enim in aliis invenio valvulis adnatum, in aliis liberum; quæ nota eo præſtantior videtur, cum hæ etiam, tam quoad modum, quo aperiuntur valvulæ capſularum, quam quoad figuram valvularum, luculenter diſcrepant a multis aliis ejusmodi generis. In Juſticiis enim, diſſepimentis liberis gaudentibus, valvulæ quidem maturo fructu ope dentium elaſtice a ſe invicem diſcedunt ut in reliquis, differunt vero in eo, quod valvulæ non erectæ perſiſtunt peracta diſſeminatione, ſed horizontaliter divaricantur. Præterea a reliquis recedunt valvulis a baſi ad medium linearibus, anguſtis, utrinque planis, a medio vero usque ad apicem ſingulis latere interiore utrinque ad marginem lamina triangulari parallela auctis & inter has diſſepimento apice valvularum tantum affixo, cœterum libero, marginibus laminarum parallelo, lineari, longitudine laminarum, apice inferiore bidentato: in reliquis vero Juſticiis & Diantheris Linnæi valvulæ extus convexæ, baſin verſus anguſtatæ, intus cavæ, diſſepimento ab apice usque ad baſin valvulæ extenſo & adnato. Differentiæ hæ graviores mihi videntur quam Antheræ binæ ejusque indolis, ut tamquam diverſi generis aſſumi queant. Adde quod, quamvis non omnes Diantheræ Linnæi ea nota præditæ ſint, vel quamvis non omnes, quæ tali capſula gaudent, antheris geminis inſtruantur, plurimæ tamen, ſi paucas exceperis, Diantheræ ſunt. Antequam vero genus hoc ſat naturale in duo diverſa dirimere audeo, judicium virorum in hac ſcientia peritorum exſpectabo in primis cum nonnullas Juſticias præter eas, quas mihi examinare licuit, in variis ſcriptis botanicorum mihi nondum ſufficienter cognitas invenio, quæ tamen, quantum ex facie & deſcriptione conjicere licet, forte capſulis ejusdem indolis præditæ ſunt.

Figuram harum capſularum in tabula 26 ſub figura d. e. f. adjeci, deſumtam e Juſticia chinenſi & bivalvi. Species vero, quæ diſſepimentis liberis gaudent, ſunt Juſticia chinenſis, bivalvis, frondoſa, pubeſcens, lævigata & repens, forte etiam cuſpidata, martinicenſis, japonica Thunb. pectinata Lin. & clavata Forsteri.

Ne vero genus, tot ſpeciebus novis a me auctum, propria mole corruat, totum genus in plures ſectiones dividere abs re non alienum putavi, deſumtis notis diviſionis a calyce, corolla & numero Antherarum, potius quam e duratione caulis, partim quod hic in plantis Indiæ, in hortis Europæorum cultis, variationibus nimis obnoxius eſt, partim quod ex ſpeciminibus, e calidis regionibus miſſis, ſæpe difficile dictu eſt num herbaceus vel ſuffruticoſus, cum, licet annuus, non raro ſpeciem fert caulis lignoſi.

Inflorescentiam ut notam meliorem prætali illis ex reliquis partibus plantæ, utpote quæ differentias plures easque tutiores præbet quam folia. Monendum adhuc, quod ſpicas vel racemos laterales eos nominavi, ubi pedunculi ex apice ramulorum exeunt, & modo foliis duobus inſtruuntur, non raro enim pedunculus axillaris aphyllus eſt, interdum folioſus, ſpeciemque ramuli habens, in una eademque planta, in aliis autem excreſcente pedunculo infimæ bracteæ a floribus infimis remotiores fiunt & pedunculum in ramulum mutant. Monantheras denique dixi eas, quæ antheris parallelis gaudent.

Diviſio generis ſequens erit, ſi ſub uno omnes comprehendere placet.

JUSTICIA.
- *Calyce duplici.*
  - *Monantheræ.*
  - *Diantheræ.*
- *Calyce ſimplici.*
  - *Corollis bilabiatis indiviſis.*
  - *Corollis bilabiatis diviſis.*
    - *Monantheræ.*
    - *Diantheræ.*
  - *Corollis ringentibus.*
    - *Monantheræ.*
    - *Diantheræ.*
  - *Corollis ſubæqualibus.*

(a) Calyce duplici (monantheræ).

JUSTICIA thyrſis terminalibus, floribus ſecundis, foliis lanceolato-ellipticis. 1. *faſtuoſa.*
Juſticia faſtuoſa LIN.

JUSTICIA thyrſis axillaribus terminalibusque, foliis ovatis acuminatis. 2. *Forſkălei.*
Juſticia Forſkălei SYMB. Bot.

JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque, bracteis lanceolatis glabris, ramis pubeſcentibus. 3. *purpurea.*
Juſticia purpurea LIN.

JUSTICIA villoſa, floribus axillaribus verticillatis, calycibus exterioribus muticis, foliis ovatis. 4. *verticillaris.*
Juſticia verticillaris LIN.

JUSTICIA villoſa, floribus axillaribus verticillatis, calycibus exterioribus ariſtatis, foliis ovatis. 5. *ariſtata.*

JUSTICIA pedunculis axillaribus verticillatis trifidis, bracteis ovatis mucronatis baſi coloratis. 6. *chinenſis.*
Juſticia chinenſis LIN.
An Antheræ binæ?

JUSTICIA pedunculis axillaribus elongatis trifloris, bracteis lineari-lanceolatis. 7. *triflora.*
Juſticia triflora SYMB. Bot.

JUSTICIA floribus axillaribus ſolitariis, caule repente. 8. *ſerpens.*

(Diantheræ).

JUSTICIA ſpicis terminalibus, floribus verticillatis, foliis ovato-cordatis. 9. *ſulcata.*
Dianthera ſulcata SYMB. Bot.
Perianthium exterius quadripartitum.

JUSTICIA paniculis axillaribus dichotomis. 10. *bicalyculata.*
Dianthera malabarica LIN.

JUSTICIA pedunculis axillaribus trifidis: pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis ariſtatis nervoſis. 11. *bivalvis.*
Juſticia bivalvis LIN.

(b) Calyce ſimplici.

* *Corollis bilabiatis: labiis indiviſis.*

JUSTICIA pedunculis trifloris, bracteis cuneiformibus, foliis ovatis. 12. *ſexangularis.*
Juſticia ſexangularis LIN. excluſo Synonymo PLUKENET.

JUSTICIA ſpicis axillaribus recurvatis, foliis lanceolato-ovatis hirſutis ſeſſilibus. 13. *ſcorpioides.*
Juſticia ſcorpioides LIN.

JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque ramoſis, floribus alternis, bracteis linearibus. 14. *aſſurgens.*
Juſticia aſſurgens LIN.

** *Corollis bilabiatis: labiis diviſis* (monantheræ).

JUSTICIA acaulis, foliis crenatis, venis ſubtus villoſis. 15. *acaulis.*
Juſticia acaulis LIN.

16. *Ecbolium.* JUSTICIA ſpicis terminalibus tetragonis, bracteis ovatis imbricatis ciliatis mucronatis, corollarum galea lineari-reflexa.
Juſticia Ecbolium Lin.

17. *pulcherrima.* JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque, bracteis ovatis imbricatis ciliatis muticis, corollarum galea lanceolata recta.
Juſticia pulcherrima Lin.

18. *carthaginenſis.* JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque, bracteis oblongis imbricatis ciliatis.
Juſticia carthaginenſis Lin.

19. *hirſuta.* JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque tetragonis, bracteis ovatis imbricatis hirſutis, foliis dentatis.

20. *ſphæroſperma.* JUSTICIA ſpicis axillaribus oppoſitis utrinque geminis, bracteis linearibus elongatis, ſeminibus globoſis nitidis.

21. *gendaruſſa.* JUSTICIA ſpicis terminalibus folioſis, floribus verticillatis, foliis lanceolatis elongatis.
Juſticia gendaruſſa Lin.

22. *procumbens.* JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque, calycibus quadrifidis.
Juſticia procumbens Lin.

Variat ſpicis brevioribus denſioribus piloſis Plukn. tab. 392. fig. 4, ſpicis longioribus glabris, anguſtioribus Plukn. tab. 56. fig. 3, foliis minoribus rotundioribus caulibus ramoſiſſimis diffuſis caule erectiore vel foliisque lanceolatis.

23. *echioides.* JUSTICIA ſpicis axillaribus oppoſitis ſecundis adſcendentibus, foliis lanceolato-linearibus hirtis.
Juſticia echioides Lin.

24. *longifolia.* JUSTICIA ſpicis axillaribus geminis oppoſitis ſecundis, foliis lanceolatis elongatis.

25. *latifolia.* JUSTICIA ſpicis terminalibus ſubramoſis, floribus inferioribus verticillatis, foliis ovatis acuminatis.

26. *picta.* JUSTICIA racemis axillaribus terminalibusque, floribus verticillatis, foliis ovatis pictis.
Juſticia picta Lin.

Bracteæ minutæ ovatæ.

27. *nitida.* JUSTICIA racemis terminalibus ſubramoſis, floribus ſubverticillatis, foliis lanceolato-ellipticis.

28. *ſtricta.* JUSTICIA racemis axillaribus bipartitis ſecundis, foliis lanceolato-ellipticis, filamentis glabris.

29. *paniculata.* JUSTICIA paniculis axillaribus terminalibusque dichotomis, floribus ſecundis, filamentis hirſutis, capſulis compreſſis, foliis lanceolatis.
Juſticia paniculata Burm.

30. *nutans.* JUSTICIA racemis terminalibus apice nutantibus, floribus reſupinatis, foliis dentatis.
Juſticia nutans Burman.

JUSTICIA pedunculis axillaribus dichotomis, foliis ellipticis integerrimis. 31. *naſuta.*
Juſticia naſuta LIN.

JUSTICIA pedunculis axillaribus trichotomis divaricatis, foliis ovatis acuminatis ſubrepandis, ramis villoſis. 32. *ſcandens.*

JUSTICIA floribus axillaribus oppoſitis, foliis lanceolatis. 33. *ciliaris.*
Juſticia ciliaris LIN.

(Diantheræ).

JUSTICIA racemis terminalibus compoſitis: racemulis ſecundis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis. 34. *ſecunda.*

JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque, bracteis ovatis imbricatis ciliatis. 35. *debilis.*
Dianthera debilis SYMB. Bot.

JUSTICIA ſpicis terminalibus, bracteis lanceolatis imbricatis ciliatis, foliis lanceolatis. 36. *violacea.*
Dianthera violacea SYMB. Bot.
Calyx exterior potius bracteæ dicendus.

JUSTICIA ſpicis axillaribus oppoſitis ſecundis, bracteis ovatis imbricatis hirſutis, foliis lanceolato-ovatis. 37. *polyſtachya.*

JUSTICIA ſpicis terminalibus, bracteis obovatis imbricatis ſubretuſis, foliis ovatis acuminatis. 38. *retuſa.*

JUSTICIA ſpicis terminalibus, floribus geminis, bracteis lanceolatis obtuſis, foliis lanceolato-oblongis. 39. *flava.*
Dianthera flava SYMB. Bot.

JUSTICIA ſpicis axillaribus, floribus confertis, pedunculis elongatis alternis, foliis lanceolatis. 40. *americana.*
Dianthera americana LIN.

JUSTICIA ſpicis terminalibus, floribus remotis ſubverticillatis, bracteis lanceolatis acuminatis, foliis lanceolato-ovatis. 41. *punctata.*
Dianthera punctata SYMB. Bot.

JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque, floribus inferne geminis, ſuperne ſolitariis, bracteis cuneatis. 42. *euſtachiana.*
Dianthera euſtachiana LIN.
Flores ſæpe gemini vel tres intra involucrum hexaphyllum: foliolis duabus exterioribus majoribus extrorſum dilatatis mucronatis altero parum breviore, quatuor reliquis æqualibus ſubulatis.

JUSTICIA panicula terminali, dichotoma. 43. *pectoralis.*
Dianthera pectoralis LIN.

JUSTICIA ſpicis terminalibus filiformibus, ſpiculis verticillatis. 44. *comata.*
Dianthera comata LIN.

45. *undulata.* JUSTICIA pedunculis terminalibus umbellatis ſimplicibus trifidisque, foliis lanceolatis undulatis.
Dianthera hyſſopifolia BURM.

46. *frondoſa.* JUSTICIA umbellis axillaribus pedunculatis compoſitis: pedunculis elongatis, bracteis obovatis rhombeis glabris obtuſis.

47. *pubeſcens.* JUSTICIA pedunculis axillaribus oppoſitis quadrifloris pedicellatis, bracteis ovato-ſubrotundis mucronatis pubeſcentibus.

48. *lævigata.* JUSTICIA pedunculis axillaribus oppoſitis trifloris pedicellatis, bracteis oblongis mucronatis pubeſcentibus.

49. *cuſpidata.* JUSTICIA pedunculis axillaribus verticillatis ſubtrifloris pedicellatis, bracteis cuneiformibus ariſtatis.
Dianthera verticillata FORSK.

50. *biflora.* JUSTICIA pedunculis axillaribus bifloris pedicellatis foliis æquantibus, bracteis ſubulatis.

*** *Corollis ringentibus* (monantheræ).

51. *Adhatoda.* JUSTICIA ſpicis axillaribus oppoſitis, bracteis ovatis acutis nervoſis.
Juſticia Adhatoda LIN.
Variat bracteis ovato-cordatis & ovatis.

52. *Betonica.* JUSTICIA ſpicis terminalibus, bracteis ovatis acuminatis venoſo-reticulatis coloratis.
Juſticia Betonica LIN.

53. *repens.* JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque ſecundis glabris, bracteis dorſalibus bifariis margine membranaceis.
Juſticia repens LIN.

54. *pectinata.* JUSTICIA ſpicis axillaribus terminalibusque ſecundis tomentoſis, bracteis dorſalibus bifariis ciliatis.
Juſticia pectinata LIN.
Spicæ ſeſſiles ut in antecedente, bracteæ dorſales lanceolatæ in pectinata, ovatæ in repente.

55. *ſanguinolenta.* JUSTICIA pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris, foliis oblongis, caule repente.

(Diantheræ).

56. *Japonica.* JUSTICIA pedunculis axillaribus alternis ſubquadrifloris pedicellatis, bracteis lanceolatis ciliatis.
Dianthera Japonica THUNB.

57. *triſulca.* JUSTICIA pedunculis axillaribus ſubtrifloris oppoſitis, floribus ſeſſilibus, foliis oblongis obtuſis.
Dianthera triſulca FORSK.

58. *hyſſopifolia.* JUSTICIA pedunculis axillaribus ſubunifloris, foliis lanceolatis obtuſis.
Juſticia hyſſopifolia LIN.

JUSTICIA pedunculis axillaribus unifloris, foliis lanceolatis rigidis utrinque acutis. 59. *Orchioides.*
Juſticia orchioides Lin.

JUSTICIA pedunculis axillaribus unifloris, foliis oblongis dentatis. 60. *madurenſis.*
Juſticia madurenſis Burm.

JUSTICIA floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis obovatis emarginatis. 61. *cuneata.*

JUSTICIA floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis obovatis ramis incanis. 62. *Tranquebarienſis.*
Juſticia Tranquebarienſis Lin.
Juſticia parvifolia La Mark.

JUSTICIA floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus oppoſitis, foliis ſubrotundis, ramis glabris. 63. *odora.*
Dianthera odora Forsk.

**** *Corollis ſubæqualibus.*

JUSTICIA ſpicis terminalibus, foliis lanceolato-ovatis quaternis. 64. *infundibiliformis.*
Juſticia infundibiliformis Lin.

JUSTICIA pedunculis axillaribus trifidis, foliis linearibus ſinuato-pinnatifidis. 65. *ſinuata.*
Juſticia longifolia Forsteri.

JUSTICIA pedunculis ſubunifloris, foliis oblongis, ſpinis axillaribus. 66. *ſpinoſa.*
Juſticia ſpinoſa Lin.
Folia ſæpe plura ex eadem gemma. Variat foliis oblongis, obovatis, ſubrotundis, emarginatis, majoribus vel minoribus.

CRYPSIS.

CRYPSIS Hort. Kew. 1. pag. 48. *aculeata.*
Anthoxanthum aculeatum ſpicis ſubgloboſis, involucro foliaceo brevi mucronato. Lin. Suppl. pag 89.
Phalaris vaginiflora; culmis repentibus; ſpicarum capitulis ſeſſilibus, axillaribus, vagina folii circumdatis, calyce corollis anguſtiore, fere filiformi, bivalvi, unifloro; valvis compreſſis, anguſtis, altera longiore. Forsk. Deſcr. pag. 18.
Frequens etiam in Barbaria eſt.

TONSELLA. Schreb. Gen. pl. pag. 34.

TONSELLA. *ſcandens.*
Tontelea. Aubl. Fl. Gu. pag. 31. tab. 10.
In Inſula Trinitatis legit Dn. von Rohr.
Arbor: *ramis* teretibus, cortice purpuraſcente ſcabriuſculo, ſuperne piloſis.
Folia oppoſita, petiolata, ſesquipollicaria, diſtantia, oblonga, acumine brevi terminata, integerrima, rigida, venoſa, utrinque ſcabriuſcula, ſubtus venis villoſa: juniora punctis minutiſſimis adſperſa.
Pedunculi axillares, oppoſiti, folio duplo breviores, tomentoſi, minime ſcabri, apice dichotomo ramoſi: ramis ramulisque brevibus.

Bracteæ lanceolatæ, parvæ, oppoſitæ, ad baſin ramorum & ramulorum pedunculi.

Calyx quinquefidus: *laciniis* ovatis, acutis, margine denticulatis.

Corolla pentapetala: *petala*, uti calyx, canefcentia, nectario ungue brevi infra marginem inſerta, ſubrotunda, denticulato-ciliata, duo parum minora.

Nectarium ſuburceolatum, marginatum, intus villoſo-ſubſericeum.

Stamina: *filamenta* tria, diſco nectarii inſerta, ſtylo approximata, lanceolata, compreſſa, brevia. *Antheræ* didymæ.

Pistillum *ſtylus?* conicus, longitudine filamentorum. *Stigma* obtuſum.

Figura Aubletii minus bona.

PANICUM.

polyſtachyon. PANICUM ſpicis teretibus, involucellis unifloris, faſciculato-ſetoſis, culmis erectis ſuperne ramoſis. Lin. S. V. p. 105.

Phalaris ſetacea; ſolitaria ſpicata; ſpiculis ſolitariis, involucris ſetaceis flore ſeſqui longioribus. Forsk. Deſcr. pag. 17.

MILIUM.

lendigerum. MILIUM panicula ſubſpicata, floribus ariſtatis. Lin. S. V. pag. 109.

Agroſtis auſtralis: panicula ſubſpicata, ſeminibus ovatis pubeſcentibus: ariſta longitudine calycis. Lin. S. V. pag. 110.

Specie non differunt fide Herbarii Linnæano.

ALOPECURUS.

antarcticus. 3·4. ALOPECURUS culmo erecto, ſpica ovata, glumis hirſutis, corollis ariſtatis: ariſtis calyce longioribus.

Habitat ad fretum Magellanicum. Dn. Thouin.

Culmus pedalis, glaber.

Folia anguſta, lineari-ſubulata, bi-ſ. tripollicaria, plana.

Panicula terminalis, ſpiciformis, ovata, pollicaris.

Flores ovati.

Calyces hirſutiſſimi, facie Phalaridis, apice purpuraſcentes.

Corollæ *valvula* calyce brevior, ovata, verſus baſin ariſtata: *Ariſta* purpurea, calyce duplo longior.

POA.

latifolia. 20·21. POA paniculæ ramis ſimplicibus, glumis bifloris, floſculo altero pedicellato ciliato, foliis lato-lanceolatis.

Poa malabarica: paniculæ ramis ſimpliciſſimis, floribus ſeſſilibus, ſeminibus diſtantibus, culmo repente. Burm. Flor. Ind. pag. 27. tab. 11. fig. 2.

Poa latifolia: panicula diffuſa nutante, ſpiculis remotis bifloris, altero pedicellato, margine ſetoſo. Forst. Prodr. pag. 8. n. 44.

Spe-

Specimina communicarunt BURMANNUS & Cel. FABRICIUS Prof. Kilonenſ. qui eam a FORSTERO habuit.

CULMI (in meis) erecti, vaginati, glabri.

FOLIA tri-ſ. quadripollicaria, pollicem lata, lanceolata, glabra, ſubtus nervis duodecim extantibus. *Vaginæ* ſtriatæ.

PANICULA diffuſa, ſemipedalis; *ramis* ſimplicibus, ſcabris, ad lentem villoſis, inferioribus baſi interdum ramuloſis. *Pedicelli* alterni, remoti, ſolitarii, uniflori, capillares.

CALYX biflorus: *glumis* lanceolatis, glabris, carina ſcabris, acutis, corollis brevioribus, altero minore.

Flores gemini, compreſſi, alter lanceolatus ſtriatus ſeſſilis longior glaber, alter pedicellatus; *valvula* floris pedicellati exterior ſuperne tuberculis utrinque 5 ad marginem apice uni-ſive bifetis.

Specimina javanica gaudent vaginis foliisque utrinque adſperſis tuberculis minutis, quibus inſident pili minuti. An a Poa malabarica LIN. diverſa?

POA paniculæ ramis ſubdiviſis, ſpiculis quinquefloris, floſculis diſtantibus obtuſis. LIN. S. V. pag. 115. *diſtans.*

Poa divaricata; paniculæ ramis geminatis divaricatis, ſpiculis ſubquadrifloris. GOUAN. Illuſtr. pag. 4. tab. 2. fig. 1.

POA panicula ſpicata ſecunda, foliis convolutis rigidis, culmo procumbente. *littoralis.*

Poa littoralis: panicula coarctata ſecunda mutica, foliis convolutis rigidis, caule humifuſo. GOUAN. Fl. Monſp. pag. 470. 30-31.

In arenoſis ad littora lacus Siſaræ Tuneti inque Hiſpania legi.

CULMI longe per arenam procumbentes, filiformes, teretes, glaberrimi; *articulis* bipollicaribus. *Rami* ad genicula plura, floriferi & ſteriles: *floriferi* geniculati, digitales vel dodrantales, vaginati.

FOLIA alterna, unguicularia, patentiſſima, ſubulata, minime pungentia, ſubtiliſſime ſtriata, glabra. *Vagina* folio parum brevior, fauce margine piloſa, ſeniora plana lanceolata. *Folia* ramulorum ſterilium bifaria.

SPICULÆ ſeſſiles, alternæ, confertæ in ſpicam oblongam, pollicarem vel ultra, undecimfloræ, ovatæ, villoſæ.

CALYX ſpicula brevior: *glumis* ovatis, acutis, concavis.

PETALA *exteriora* ovata, concava, margine piloſa: *interiora* membranacea, extus plana, intus a marginibus inflexis cava.

POA ſpiculis ſeſſilibus diſtichis: inferioribus remotis rectis: ſuperioribus approximatis recurvatis. *bifaria.* 32-33.

Habitat in India Orientali.

Gramen totum glabrum: CULMO filiformi.

SPICULÆ lanceolatæ, compreſſæ: inferiores undecimfloræ, infimæ interdum trifloræ, ſuperiores 19 floræ. *Rachis* altero latere planus, altero convexus.

COROLLÆ *valvula* exterior ovata, carinata, obtuſiuſcula, utrinque univervis.

Facili negotio a reliquis diſtinguitur ſpica ſimplici dodrantali, ſpiculis ſuperioribus recurvis.

BRIZA.

eragroſtis. BRIZA ſpiculis lanceolatis: floſculis viginti. Lin. S. V. pag. 116.
Poa multiflora; culmis ſimplicibus, erectis, ſpiculis linearibus, multifloris. Forsk. Deſcr. pag. 21.

CYNOSURUS.

retroflexus. 4.5. CYNOSURUS ſpica compoſita, ſpiculis aggregatis; calycibus bifloris ariſtatis, floſculis muticis.

Habitat in India Orientali. Dn. La Mark.

Culmi teretes, glabri.

Folia ſubulata, ſpithamæa, glabra. *Ligula* membranacea.

Spica compoſita, ſpithamæa, erecta. *Rachis* communis ſulcatus, angulatus. *Spiculæ* ternæ ad ſingulum dentem rachidis, laterales ſeſſiles, intermedio breve pedicellato, lineares, pollicares, interſtitiis parum longiores, patentes, rarius ſpicula quarta parum ſupra reliquas ſeſſilis omnes ætate retroflexæ.

Flores ab altero latere rachidis compreſſi, glabri. *Rachis* partialis flexuoſus.

Calycis *valvulæ* lanceolatæ, valde attenuatæ in ſetam, hinc quaſi ariſtatæ.

Corollæ *geminæ*, muticæ, altera pedicellata.

* *filiformis.* 7.8. CYNOSURUS ſpica ſolitaria diſticha, calycibus ſubulatis trifloris, floſculo ſterili mutico.

Habitat in India.

Culmi repentes, ramoſi, filiformes, inferne compreſſi: *internodiis* pollicaribus.

Scapi floriferi ex apice, ſpithamæi, ſimpliciſſimi, geniculati, folio unico ſubulato verſus medium.

Folia ad nodos utrinque plura, ſesquipollicaria, ſetacea. *Vaginæ* compreſſæ, equitantes, longitudine fere foliorum, foliis latiores.

Spica terminalis, ſolitaria, pollicaris, linearis. *Flores* parvi, alterni, compreſſi, glabri.

Calycis *valvulæ* patentes, ſubæquales, longitudine floſculorum, acutæ.

Floſculi plerumque tres, alter ſeſſilis hermaphroditus, alter pediçellatus maſculus, tertius ſterilis.

Corollæ *valvula exterior* ſub apice ariſtata in maſculo & hermaphrodito, in ſterili mutico: *Ariſta* calyce parum longior.

monoſtachyos. 7.8. CYNOSURUS ſpica terminalis, calycibus ſubulatis muticis ſubtrifloris, floſculis ariſtatis unilateralibus.

Habitat in India Orientali. Dn. König.

Culmus erectus, ſesquipedalis, glaber.

Folia ſubulata, anguſta.

Spica terminalis, ſolitaria, ſpithamæa. *Rachis* extrorſum convexo-carinata.

Flores alterni, imbricati, a latere interiori, glabri.

Calycis *valvulæ* ſubulatæ: *exterior* major longitudine floſculorum; *interior* brevior.

Floſculi baſi barbati, compreſſi: *hermaphroditus* ſeſſilis, *maſculus* minor, tertius ſterilis: *valvula exterior* omnium carinata, ſub apice ariſtata; *ariſtæ* rectæ, calyce duplo longiores.

CYNO-

CYNOSURUS ſpicis digitatis, calycibus quadrifloris dorſo ariſtatis, petalis exterioribus hermaphroditis ariſtatis penicillis barbatis. 7·8. *penicillatus.*

Habitat in India Orientali.

Culmus teres, erectus, ſubtiliſſime ſtriatus, ſuperne pubeſcens.

Spicæ terminales, ternæ, interdum ſolitariæ, breviſſime pedicellatæ, baſi barbatæ, quadri-vel quinquepollicares, erectæ, rarius apice parum recurvæ. *Rachis* extrorſum convexiuſculus, intus canaliculatus.

Flores e latere tantum interiori, ſeſſiles, alterni, confertiſſimi, ſubulati, ſubcompreſſi, patentes.

Calyces quadriflori: *valvula interior* inferior, ovata, acuminata, ſubdiaphana: *exterior* ſuperior, lanceolata, attenuata, interiori triplo longior, compreſſa, carinata, dorſo ſulco exarata, linea utrinque ad ſulcum elevata ciliata; *Ariſta* dorſalis, in medio valvulæ, erecta, flore inſequente incumbente, longitudine ipſius valvulæ.

Flosculi quatuor, baſi barbati, duo hermaphroditi: petalo exteriore ſuperne penicillis duobus barbato piliſque albis longis molliſſimis ciliato, e medio ariſtato: *ariſta* unguiculari, recta. *Floſculi* duo minores alter muticus, an maſculi?

CYNOSURUS ſpicis digitatis, calycibus bifloris ſubgloboſis: valvula exteriore calycis ariſtata, floſculis muticis. Tab. XXVII. 7·8. *paſpaloides.*

Habitat in Cap. b. ſpei. Dn. Bülow.

Gramen pedale, Culmo ſimpliciſſimo, ſubaphyllo.

Folia radicalia vaginantia, lineari-lanceolata, bipollicaria, acutiuſcula, vaginis duplo anguſtiora. *Vaginæ* compreſſæ, equitantes.

Spicæ terminales, quinque, ſeſſiles, ſeſquipollicares & ultra, baſi lanatæ, lineares, anguſtæ, ferrugineæ, nitentes.

Flores unilaterales, magnitudine ſeminis milii, alterni, conferti, obtuſiſſimi.

Calycis *valvula exterior* corolla brevior, ovata, parum infra apicem ariſtata, emarginata, carinata; *altera* minore.

Flosculi gemini, calyce longiores: *valvulis exterioribus* carinatis; carina margineque albido ciliata.

CYNOSURUS ſpicis digitatis linearibus, culmo compreſſo declinato baſi nodoſo, foliis alternis. Lin. S. V. pag. 117. *indicus.*

Panicum compreſſum; ſpicis digitatis ſecundis compreſſis; ſpiculis ſolitariis bifariam imbricatis. Forsk. Deſcr. pag. 18.

Variat ſpicis pluribus vel paucioribus, longioribus vel brevioribus. Folia infima ſæpe oppoſita.

FESTUCA.

FESTUCA panicula ſecunda coarctata erecta ſpiculis compreſſis ſexfloris, floſculis ſcabris. 10·11. *ſcabra.*

Habitat in C. b. ſpei, unde miſſa fuit ad Dn. Bülow, qui mecum communicavit.

Gramen ſeſquipedale vel ultra.

Culmus teres, glaber, ſtriatus.

Folia involuta.

Panicula dodrantalis, erecta, rami paniculæ inferiores ramoſi.

Spiculæ lanceolatæ.

Glumæ calycinæ glabræ.

Valvulæ Corollinæ *exteriores* ſcabræ, acutæ, ad lentem villoſæ.

ſpadicea. FESTUCA panicula ſecunda, calycibus quinquefloris: floſculo ultimo ſterili, foliis lævibus. Lin. S. V. pag. 118. Gouani Illuſtr. pag. 4.

Anthoxanthum paniculatum: floribus paniculatis. Lin. S. V. pag. 73. fide Herbarii Linnæi.

Poa Gerardi. All. Fl. Pedem. no. 2201.

Variat calycibus tri-ſ. quinquefloris.

BROMUS.

3-4. *alopecuros.* BROMUS panicula contracta erecta, ſpicis teretibus, ariſtis divaricatis.

Bromus alopecuros: panicula conferta erecta, ſpiculis oblongis ſubſeſſilibus, ariſtis inferne ſpiraliter contortis. Poir. It. 2. pag. 144.

β. Spiculis villoſis.

Gramen feſtuceum majus, locuſtis craſſis lanuginoſis. Buxb. Cent. 5. pag. 19. t. 38. fig. 1.

Legi in Barbaria. β. in Hiſpania.

Culmus ſeſquipedalis vel ultra, erectus, glaber, ſtriatus.

Folia graminea, glabra.

Panicula erecta, ſæpe ſpithamæa. *Pedunculi* 4-6 ad ſingulum dentem pedunculi communis, ſimpliciſſimi, interdum bis vel ter diviſi, pollicares vel ultra, ſtricti. *Spicula* pollicaris & ultra.

Floſculi ad tredecim in ſingula ſpicula, glabri.

Corollæ *valvulæ* lanceolatæ, acutæ, flaveſcentes. *Ariſta* longitudine ſpicæ, baſi torta, patentiſſima.

Satis affinis Bromo ſquarroſo, aliquid tamen alienum ab illo habet, an varietas tantum loci?

5-6. *catharticus.* BROMUS panicula patente erecta ſubſimplici, ſpiculis lato-lanceolatis ſtriatis ſcabris, ariſtis brevibus rectis.

Gramen bromoides catharticum vulgo guilno. Fevill. Peruv. pag. 705. tab. 1.

Habitat in Lima.

Culmus erectus, ſimplex, ſtriatus, pedalis & ultra, foliatus, glaber.

Folia altitudine fere culmi, glabra, retrorſum ſcabra: *vagina* ſuperne ciliata.

Paniculæ *Pedicelli* infimi ſemel diviſi, reliqui ſimpliciſſimi.

Spiculæ pollicares, glabræ, ſtriatæ, lineis elevatis, retrorſum ſcabræ, 5-7 floræ, compreſſæ.

Calycinæ *valvulæ* inæquales, lanceolatæ.

Corollæ *valvulæ* acutæ. *Ariſtæ* breves, parum infra apicem.

Differt a Bromo purgante vaginis non ciliatis, valvulis corollinis, ſpiculis latioribus acutis nec obtuſiuſculis.

ramoſus. BROMUS culmo ramoſiſſimo, ſpiculis ſeſſilibus, foliis involuto-ſetaceis. Lin. S. V. pag. 120. Mant. pag. 34.

Gramen ſpica Brizæ minus. Pluk. Alm. pag. 173. tab. 33. fig. 1. fide Herbarii Plukenetii.

Feſtuca

Feſtuca ſpiculis alternis [illegible]*ſſi*[illegible]*bus*, *teretibus*, *foliis involutis*, *mucronato-pungentibus*. Ger. Fl. Ga[illegible] pag. 95. tab. 2. fig. 2.

Feſtuca phoen[illegible]*oides*: [illegible]*ce*[illegible]*iviſo*, *ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus*, *foliis involutis mucron*[illegible]*-pung*[illegible]*ibus*. Lin. S. V. pag. 118.

Bromus Plukenetii: *f*[illegible]*liis* [illegible]*onvolutis pungentibus*, *locuſtis binis terminalibus*. Allion. Fl. Pedem. n[illegible] 2233.

Habitat in arenoſis, ſaxoſis, maritimis Europæ auſtralis, Barbariæ & Orientis.

Culmi plures, aſcendentes, teretes, glaberrimi; baſi *rami* conferti, tandem in ſcapis pedalibus, erectis, trinodibus, ſimpliciſſimis excreſcentes.

Folia inferiora approximata, ſeſquipollicaria, patentiſſima, culmo triplo anguſtiora, glauco-viridia: ſcapi plerumque duo.

Spicæ plerumque geminæ, interdum plures, ſæpe unica, teretes, demum compreſſæ, diſtichæ, pollicares & ultra, anguſtæ, glaberrimæ 11-21, floræ.

Calycis *valvulæ* lanceolatæ.

Valvula exterior Corollæ margine denticulato-ciliato. *Ariſta* brevi.

Affinis Br. pinnato. Feſtucam phoenicoidem non diverſam eſſe patet conferenti deſcriptionem hujus in Gerardo l. c. cum deſcriptione Br. ramoſi in Mantiſſa Linnæi. Plantam hic a me deſcriptam Bromum eſſe ramoſum Lin. certiorem fecit ſpecimen herbarii ipſius Linnæi.

BROMUS pubeſcens panicula patula ſubſecunda, ſpiculis linearibus retrorſum ſcaberrimis, ariſtis longiſſimis ſcabris. *madritenſis.*

Bromus villoſus; *panicula faſciculata*; *ſpiculis ſexfloris*, *glabris linearibus*, *pedicellatis*. Forsk. Deſcr. pag. 23.

Bromus madritenſis: *panicula rariore patulo-erecta*, *ſpiculis linearibus*: *intermediis geminis*, *pedicellis ſuperne incraſſatis*. Lin. S. V. pag. 120.

Frequens in Barbaria, rarius in agro Madritenſi legi.

Culmus pedalis vel ultra, ſimpliciſſimus, erectus, bi-ſ. trinodis, pubeſcens, uti vaginæ, folia & pedunculi.

Folia linearia, plana. *Ligula* membranacea.

Pedunculi, uti etiam pedicelli, retrorſum ſcabri. *Pedicelli* inferiores quatuor, intermedio bi ſ. trifloro.

Calycis *valvulæ* lanceolato-acuminatæ, glabræ, læves.

Corollæ *valvulæ* pollicares, apice bifidæ. *Ariſta* ad diviſuram petali, recta, bipollicaris, e ſetis minutis rigidis adpreſſis, uti valvulæ exteriores Corollæ, ſcabra.

Variat panicula denſiori & rariori, floribus confertioribus & remotioribus. Adeo affinis Br. ſterili, ut vix limites inveniantur, hinc non abſonum foret ambas conjungere. A Bromo, qui in hortis variis ſub nomine Madritenſis colitur, toto cælo diverſus, qui Bromus ſtipoides Linnæi eſt. Pedicelli enſiformes, vel ſuperne incraſſati, ne minimum quidem valent pro ſpeciebus hujus generis diſtinguendis, cum non modo tales ſunt in madritenſi & ſtipoide, ſed & in plerisque Bromis paniculatis, nec majoris ponderis eſt nota, quæ deſumitur a numero vel diviſione pedunculorum inferiorum, cum in plantis ſpontaneis maxime variabilis, nec minus in cultis.

STIPA.

4-5. *paleacea.* STIPA ariſtis ſeminudis, panicula ſimplici, foliis convolutis ſubulatis intus pubeſcentibus.

Ariſta paleacea: ariſtis contortis tomentoſis, calyce multo longioribus, glumis ſubfaſciculatis. Poir. it. 2. pag 145.

Legi paſſim Tuneti, in Ægypto legit Forskålius.

Facies Stipæ junceæ.

Culmi plures, ſesquipedales, ſimpliciſſimi, erecti, foliis vaginati.

Folia *radicalia* copioſa, ſubulata, rigida, bipollicaria: *culmi* tria, longiora, ultimum ſpathaceum, culmo altius. *Vaginæ* ſtriatæ, ore barbatæ, margine ciliatæ.

Panicula ſpithamæa. *Spiculæ* plures ad ſingulum dentem pedunculi communis.

Calyx valde attenuatus, ſemine triplo longior, glaber.

Corollæ *valvula exterior* piloſa, ciliata: *ariſta* palmaris, ultra medium valde torta & piloſa.

Planta Forsk. differt modo vaginis & foliis radicalibus, etiam extus pubeſcentibus. Stipa tenaciſſima differt panicula contracta, ariſtis triplo brevioribus, minus contortis, foliis rigidioribus, longioribus, utrinque glaberrimis, vaginis ſubtiliſſime ſtriatis, ultimo non ſpathaceo, ore vaginarum lanato.

5·6. *bicolor.* STIPA ariſtis nudis, ſeminibus obovatis, baſi barbatis.

Habitat in Braſiliæ monte Video. Dn. Thouin.

Culmus ſesquipedalis, erectus, ſtriatus, vaginatus, glaber.

Folia involuta, ſubulata, glabra: *Ligula* membranacea.

Panicula ramoſa, patula.

Pedicelli capillares, plures ad ſingulum dentem.

Calycis *valvulæ* ſemine parum longiores, in acumen deſinentes, utrinque acutæ, baſi e fuſco purpuraſcentes, a medio ad apicem membranaceæ.

Corollarum *valvula exterior* obovata, baſi barbata, pilis fulveſcentibus, apice muricata.

Ariſta bipollicaris, varie flexa, baſi barbata, inferne leviter pubeſcens, retrorſum ſubſcabra, pallide flava.

Valvula interior rigida, ſubulata, ab exteriori incluſa.

AVENA.

5·6. *alba.* AVENA paniculata, calycibus bifloris, corollis piloſis, altera ariſtata.

Legi Tuneti.

Culmus pedalis.

Folia glabra, glauca.

Panicula ſimplex, pauciflora.

Calycis *valvulæ* longitudine fere floſculorum, pallide virides, margine hyalinæ.

Petala exteriora ſtriata, acuta, villis candidiſſimis ad baſin piloſa. *Ariſta* verſus baſin, calycibus parum longior.

Facies avenæ ſativæ, at ſpiculis triplo minoribus floſculisque baſi piloſis differt.

AVENA paniculata, calycibus trifloris, corollis hirſutis ariſtatis, culmo ramoſo, foliis involutis rigidis. 6-7. *Forſkålei.*

Avena penſylvanica. Forsk. Deſcr. pag. 23.

Gramen ſpithamæum.

Culmi inferne ramoſi, tecti vaginis foliorum aridis, perſiſtentibus, membranaceis, piloſis, ſtriatis.

Rami plures, aggregati, infracti, vaginati.

Folia involuta, pollicaria, patentia, ſubulata, pallide viridia, ultimum ſpathaceum. *Vaginæ* ciliatæ, ore barbatæ.

Panicula bipollicaris, ſecunda. *Spiculæ* lanceolatæ.

Calyces longitudine floſculorum.

Floſculi a baſi ad medium albido-hirſuti.

Petala exteriora bifida, *ariſta* calyce parum longior.

ARUNDO.

ARUNDO calycibus bifloris, panicula laxa, foliis involutis ſubulatis. *tenax.*

Arundo mauritanica: calycibus trifloris, panicula elongata, foliis anguſtis involuto-junceis. Poir. Iter. verſ. germ. p. 2. pag. 148.

Legi in aridis Tuneti.

Culmus tripedalis & ultra, ſimplex, rigidus, craſſitie pennæ anſerinæ, glaber, uti reliquæ partes.

Folia vaginantia, pedalia, ſuperiora altitudine culmi.

Panicula ſemipedalis: ramis primum erectis dein patentibus, alternis interdum geminis, *ternis vel quinis, remotis. Pedunculus* ſuperne angulis ſcabris. *Pedicelli* filiformes.

Calycis *glumæ*, longitudine fere floſculorum, lanceolato-ſubulatæ, bifloræ.

Corollæ lanceolato-ſubulatæ, altera ſeſſilis, altera pedicellata, baſi lanatæ. *Valvulâ interior* linearis.

ARISTIDA.

ARISTIDA panicula ramoſa, ſpicis ſparſis. Lin. S. V. pag. 123. *adſcenſionis.*

Ariſtida paniculata; ſpiculis linearibus, oblongis; ariſta cujusvis floſculi triplici, glabra. Forsk. Deſcr. pag. 25.

HORDEUM.

HORDEUM floſculis omnibus ariſtatis, lateralibus maſculis, involucellis ſcabris: interioribus maſculorum ſemilanceolatis. 7-8. *maritimum.*

Hordeum marinum; floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, involucro interno florum lateralium ſemiovato. Huds. Flor. angl. ed. 2. pag. 57. cum ſynonymis.

Hordeum imrinum. Forsk. Catal. pl. Conſt. pag. 19. n. 52.

Hordeum geniculatum: culmo decumbente foliis [...]o, ſummo ſpathaceo ſpicæ ſubjecto, ſupremo nodo incurvato. All. Fl. Pedem. n. 2274. t 91. fig. 3.

Copioſiſſime ad littora maris in Europa auſtrali & Barbaria.

Primo intuitu Hordeo murino ſimillimum eſt.

TRITICUM.

12-13. *unioloides.* TRITICUM ſpiculis lineari-lanceolatis diſtichis. Hort. Kew 1. p. 122.

Briza cynoſuroides: ſpiculis lanceolatis multifloris, culmo erecto ſimplici albo-ſtriato. Scop. Del. Fl. & fauna Inſ. 2. pag. 21. tab. 11.

Creſcit in arenoſis maritimis Barbariæ, copioſiſſime vero in montoſis circa Portum Farinam Tuneti, unde ſemina cum hortis variis Europæ communicavi.

Planta ſpontanea, ſæpe digitalis, plerumque dodrantalis, baſi ſubramoſa.

Spiculæ 9-15. ſurſum verſus majores, 15-floræ, nitidæ. *Rachis* flexuoſa altero latere convexo.

Strias albas in culmo, ut habet Scopoli, nunquam vidi, ſuperne interdum purpuraſcit, interdum viridis. Ob rachin dentatam melius Tritico aſſociatur, quam Brizis vel Cynoſuris, præſertim cum ſat affine Tritico maritimo videtur.

maritimum. TRITICUM calycibus multifloris, floſculis mucronatis, ſpica ramoſa. Lin. S. V. pag. 127.

Feſtuca lanceolata; panicula æquali; caule decumbente; ſpiculis 7-floris, muticis lanceolatis. Forsk. Deſcr. pag. 22.

Feſtuca dichotoma; panicula dichotoma; ſpiculis ſeſſilibus, patentiſſimis, linearibus, trifloris, muticis. Forsk. Deſcr. pag. 22.

Dichotoma Forsk. non differt, niſi quod junior & in ſolo macriori lecta: ſpecimina ſimilia in Barbaria non raro obſervavi.

SCABIOSA.

17-18. *rutæfolia.* SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis pinnatis ſummis linearibus, calycibus monophyllis quinquefidis.

Scabioſa maritima, rutæ caninæ folio. Bocc. Sic. pag. 95. tab. 52. fide Herb. Vaillantii.

Legi circa Cap. Zebibo Tuneti, floret medio menſis Julii.

Radix perennis, lignoſus, ſuperne diviſus.

Caules plures, erecti, pedales, ſtricti, vix ſtriati, glabri, inferne villoſi, ſimplices, baſi tecti ſquamis imbricatis ovatis, acuminatis, ciliatis, amplexicaulibus e baſi foliorum perſiſtente.

Folia oppoſita, pinnata, linearia, craſſiuſcula, baſi connata, ſubciliata, pollicaria: *pinnæ* utrinque 5, anguſto-lineares, extrorſum longiores, terminalis reliquis quadruplo major: *caulina* pauca, ſumma linearia, indiviſa, remotiſſima.

Pedunculi ſuperne oppoſiti, ſubramoſi, uniflori, elongati.

Perianthium *commune* turbinatum, piloſiuſculum, monophyllum, quinquefidum: *laciniis* ſubulatis: *proprium* quadridentatum.

Corollulæ quinquefidæ, ſubæquales, calyce vix longiores, paucæ, villoſæ.

Paleæ lanceolatæ, corollulis duplo breviores.

SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis cuneiformibus integerrimis, ſubtus rugoſis incanis. 27-28. *Limoniſolia.*

Scabioſa cophanenſis, fruticans, laureolæ folio, craſſo, rotundo, lucido, molli, ſubtus incano. Hort. Cath. 196. Ray. Hiſt. 3. pag. 238. n. 53.

Scabioſa ſicula, fruticans, laureolæ folio ſubtus incano. Tournef. J. R. H. pag. 465.

Habitat in Sicilia.

Radix ſuperne diviſus.

Caules baſi fruteſcentes, erecti, ſimplices: ſcapus floriferus inter folia, ſulcato-angulatus, ſubaphyllus, pedalis.

Folia inferne, fere Statices limonii at minora, aggregata, vix pollicaria, oblonga, in petiolum deſinentia, craſſa, ſupra glabra avenia, ſubtus venoſo-rugoſa, margine reflexa, emarginata: ſcapi floriferi inferne duo ſub pedunculis infimis, lanceolata, acuta, baſi utrinque dente unico, ſuperiora linearia.

Pedunculi duo inferne ex axillis foliorum ſcapi, ſuperiores tres, remotiſſimi, terminales: laterales ſubramoſi.

Perianthium *commune* polyphyllum: *foliolis* lanceolatis, obtuſiuſculis, tomentoſis, incanis. *Proprium exterius* breve, inæqualiter denticulatum: *interius* duplo longius ſetis quinque purpureis.

Corollæ æquales, omnes quinquefidæ, extus tomentoſæ.

Paleæ lineares, baſi anguſtiores, longitudine floſculorum, tomentoſæ.

SCABIOSA corollis radiantibus, laciniis integris, foliis inferioribus oblongis ſerratis; ſuperioribus baſi pinnatifidis. 28-29. *lyrata.*

Scabioſa lyrata; foliis radicalibus ovatis; caulinis pinnatis. Forsk. Deſcr. pag. 203.

Caulis herbaceus, erectus, pedalis, ſimplex, ſtriatus, piloſiuſculus.

Folia ſeſquipollicaria, ſupra glabra, ſubtus venis piloſa: *inferiora* oblonga, indiviſa, groſſe & obtuſe ſerrata, in petiolum folio dimidio breviorem deſinentia: *ſuperiora* ſeſſilia, pinnatifida: laciniis lanceolatis, extrorſum latioribus, inciſo-dentatis, terminali maxima, oblonga.

Pedunculi terminales, ſolitarii, elongati, aphylli, piloſi, uniflori.

Perianthium *commune*, octophyllum: *foliolis* lanceolatis, baſi tomentoſis, longitudine corollæ. *Proprium exterius* ſulcatum, angulatum, breve, 12-14 dentatum, erectum, ore purpureo: *interius* laciniis quinque ſetaceis, corollulis parum brevioribus, purpureis.

Corollæ extus piloſæ.

Paleæ lanceolatæ, longitudine calycis.

Scabioſa palæſtina differt laciniis corollularum radii trifidis; ſeminum calyculus explanatus ut in S. ſtellata.

HEDYOTIS.

HEDYOTIS foliis linearibus, caule decumbente, panicula racemoſa dichotoma. *graminifolia.*

Oldenlandia ſtricta pedunculis racemoſis terminalibus, foliis linearibus, caule erecto brachiato. Lin. S. V. pag. 162.

Hedyotis herbacea. Forsk. Cat. pl. Arab. pag. 105. n. 88.

 Hedyotis

Hedyotis graminifolia: foliis linearibus, caule decumbente, panicula racemoſa, ſecunda, pedunculis ſoliſequis. Lin. S. V. pag. 147.

Oldenlandiam ſtrictam ab Hed. graminifolia ſpecie non diferre, evincunt ſpecimina Herbarii Linnæani.

SCABRITA.

ſcabra. SCABRITA. Lin. Mant. pag. 37.

Manja-pumeran. Rheed. Malab. 1. pag. 35. tab. 21.

Nyctanthes arbor triſtis: caule tetragono, foliis ovatis acuminatis, pericarpiis membranaceis compreſſis. Lin. S. V. pag. 56.

Scabritam non diverſam eſſe a Nyct. arb. triſti, documento eſt ſpecimen Scabritæ herbarii Linnæi; Genus tamen minime expungendum, cum fructu plane differt a Nyctanthe. Nyct. vero triſtis, utpote eadem cum Scabrita, deleatur.

ERNODEA.

littoralis, ERNODEA Sw. prodrom. pag. 29.

Thymelæa humilior foliis acutis atro-virentibus. Sloan. Hiſt. 2. pag. 93. t. 189. fig. 1. 2.

Rami tetragoni, virgati, articulati, cinerei, aphylli, ramuloſi: *ramuli* alterni, bipollicares.

Folia in ramulis, oppoſita, ſeſſilia, ſesquipollicaria, lanceolata, utrinque attenuata, avenia, obſcure tri-ſ. 5-nervia, utrinque glaberrima, nitida, integerrima, mucronata, cuſpidata.

Stipulæ ramum ambientes, truncatæ, ciliatæ.

Flores axillares, oppoſiti, ſeſſiles.

Calyx profunde quadripartitus: *laciniis* lanceolatis, cuſpidatis.

Corollæ *tubus* unguicularis, tenuis, calyce longior.

Laciniæ limbi lineares, obtuſæ.

Stamina longitudine corollæ.

Stigma truncatum.

Genus affine Spermacoce. Variat foliis latioribus & anguſtioribus.

DIODIA.

verticillata. DIODIA glabra, foliis lanceolatis verticillatis margine ſcabris, caule herbaceo erecto.

Ex Inſula St. Crucis miſit Dn. D. Pflug.

Caulis erectus, ſimplex, pedalis, glaber, uti tota planta, lævis.

Folia ſeſſilia, plura, 5 ad 8 ad ſingulum verticillum, inæqualia, unguicularia vel bipollicaria, lanceolata, utrinque attenuata, avenia, enervia, minime lineata, margine ſcaberrima, connexa membrana ſtipulacea ciliata.

Flores verticillati, plures, a ſtipula incluſi, verticillus terminalis reliquis major.

Capsula bilocularis, linearis, compreſſiuſcula, ſuperne utrinque ciliata, coronata dentibus duobus.

Semen unicum in ſingulo loculamento, lineare.

GALIUM.

GALIUM foliis ſenis lanceolatis ſcabris carina marginibusque retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus. *ſpurium.*

Galium ſpurium foliis ſenis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus, fructibus glabris. LIN. S. V. pag. 150.

GALIUM foliis infimis quaternis obovatis: ſuperioribus ſenis lineari-lanceolatis antrorſum ſerratis carina cauleque lævi. 7·8. *viſcoſum.*

Habitat in montoſis Tuneti.

RADIX annua.

CAULES plures, adſcendentes, digitales vel palmares, glabri, læves, e linea pallida decurrente tetragoni, ramoſi. *Rami* ex omnibus axillis a baſi caulis tandem in pedunculos deſinentes verſus apicem, oppoſiti, pollicares. In ſolo pinguiori caules ſæpe ſpithamæi, patentes.

FOLIA infima quaterna, parva, ovata; ſuperiora ſena, lineari-lanceolata, ſemiunguicularia, internodiis dimidio breviora, glabra, margine aculeis minutis ad apicem verſis; ſuprema ſeptena; floralia terna, ultima bina.

PEDUNCULI ex axillis omnibus foliorum ramorum & ſuprema parte caulis, oppoſiti, filiformes, terni. *Pedicelli* ultimi biflori.

COROLLA albido-flaveſcens.

SEMINA minuta, viſcoſa.

Cum nullis ex Galiis LINNÆANIS convenit. G. ſpurio, quoad numerum foliorum tantum affine, caule vero non debili, nec facie G. aparines diverſum, præterea minus, aculeis marginis foliorum non ad baſin folii verſis, ſed ad apicem, angulis caulinis & carina foliorum non aculeato-ſcabris ſeminibusque viſcoſis ſatis diſtinctum.

Galium lucidum ALL. Fl. Pedem. n. 21. ut ex ſpeciminibus a viro Cel. communicatis video, caule ſtrictiori, altiori, nitido, foliis longioribus anguſtioribus, margine omnino lævibus, floribus majoribus differt.

Galium cinereum Ejuſd. n. 22. quoad folia magis affine, diſcrepat vero colore glauco, minus ramoſum ſeminibus majoribus & reliquis.

GALIUM foliis ſubnovenis lineari-lanceolatis retrorſum ſcabris, pedunculis axillaribus elongatis trichotomis. 17·18. *paſchale.*

Galium paſchale, foliis lineari-lanceolatis, mucronatis, glabris. FORSK. Deſcr. pag. 203.

CAULES debiles, ſesquipedales vel ultra, ſimplices, glabri, læves.

FOLIA 8na vel novena, ſesquipollicaria, mucronata, glabra, excepto margine lævia: *verticillis* remotiſſimis.

PEDUNCULI univerſales axillares, oppoſiti, ſolitarii, patentiſſimi, tripollicares, filiformes: *partiales* terni, bis vel ter trichotome diviſi, faſtigiati, capillares. Folia duo ſub pedunculis partialibus, parva.

SEMINA minuta.

A Galio Hieroſolymitano LIN. forte non diverſum. Cum vero deſcriptio hujus amplior adhuc deſideratur, & ex differentia nil certi judicare licet, uti diverſam plantam FORSKÅLII ſiſto, præſertim cum numerus foliorum non idem ac in Hieroſolymitano, quod mihi ignotum.

24.25. *aparinoides.* GALIUM foliis ſenis oblongis margine carinaque retrorſum aculeatis, geniculis glabris.

Galium aparinoides; foliis ſenis, cuneiformibus obtuſis cum acumine; geniculis æqualibus. Forsk. Deſcr. pag. 30.

Caulis herbaceus, debilis, ſemipedalis. *Anguli* retrorſum aculeati: *geniculi* æquales.

Folia unguicularia, margine aculeis minutis, ſuperiora utrinque aculeis minutiſſimis incurvis.

Pedunculi tres ex apice ramulorum, bifidi.

Semina ut in G. aparine.

Differt a Galio aparine, magnitudine, numero & figura foliorum.

24.25. *album.* GALIUM foliis ſuboctonis oblongis inermibus margine ſcabris, caule pubeſcenti herbaceo lævi.

Galium album fructu hiſpido foliis 6nis, 7nis vix 8nis. Forsk. Catal. Plant. Conſtant. pag. 20.

Habitat Smyrnæ.

Caulis craſſitie pennæ columbinæ, erectus, ramoſus, cubitalis, pubeſcens, inermis: *geniculis* fuſco-purpuraſcentibus: *articulis* dodrantalibus.

Folia ſeſſilia, plerumque ſeptena, ſemiunguicularia, mucronata, margine vix ſerrulata, ſcabra, ſupra glabra, ſubtus villoſa, præſertim in carina.

Fructus hiſpidus.

microcarpum. GALIUM foliis ſubſenis: inferioribus oblongis: ſuperioribus ſetaceis, pedunculis trifidis.

Legi paſſim in montoſis aridis Tuneti, rarius in Hiſpania.

Caules plures, filiformes, palmares, interdum digitales, erecti, *infernè* angulis ſcabri, ſuperne læves, baſi ramoſi, apice bi-ſive trichotome diviſi.

Folia infima quaterna, petiolata, obovata parva: *intermedia* ſena, paulum longiora, bilinearia, oblonga, utrinque acuta: *ſuprema* ſub ramificationibus & pedunculis univerſalibus ſena vel ſeptena, ſetacea, unguicularia, longitudine internodiorum; omnia ſublævia, ciliis minutiſſimis marginalibus vix niſi lente videndis.

Pedunculi terminales, capillares, terni, bifidi: *pedicellis* unifloris: *foliola* duo ſetacea ad baſin pedunculorum.

Flores purpurei.

Fructus minutus, albido-hiſpidus.

Multa ſimilia habet cum Galio pariſienſi & ægre limites inveniuntur; conſentiente autem Ill. Gouanio, diſtinguo, cum aliquid alienum, difficile tamen dictu, a pariſienſi habet, quod in tot ſpeciminibus, quot in Europa auſtrali obſervavi, foliis gaudet omnibus magnitudine æqualibus, & fere lanceolatis, nec ſupremis ſetaceis; denique pili in ſeminibus Galii pariſienſis breviores, nec tam denſi, ut in planta deſcripta. A Galio Tunetano. Poiret. iter. 2. p. 151. forte non diverſum; in Galio microcarpo autem folia ſeptena ad ſummum & pedunculi glabri, non vero novem vel decem & pedunculi hirti ut in Galio Tunetano.

CATESBÆA.

CATESBÆA corollis tubo tetragono abbreviato baccis ſubrotundis. Sw. Prodr. pag. 30. 2. parviflora.

Rami obſcure angulati, glabri, purpuraſcentes.

Spinæ oppoſitæ, pollicares, patentes, decuſſantes, glabræ, rigidæ.

Folia plerumque quatuor ſub ſingula ſpina, ſubſeſſilia, ovalia, ſemiunguicularia, glaberrima, avenia, mucronata.

Stipulæ parvæ, utrinque geminæ, membranaceæ, ovatæ, acuminatæ.

Flores ſeſſiles, oppoſiti, patentiſſimi.

Calycis *laciniæ* lanceolatæ, glabræ, corolla duplo breviores.

Corolla vix unguicularis, glabra.

Antheræ lineares, longitudine corollæ.

PLANTAGO.

PLANTAGO foliis lineari-lanceolatis piloſis ſcapo tereti hirſuto altioribus, ſpica ovata erecta. 10-11. *Bellardi.*

Holoſteum ſalmanticum puſillum annuum. Grisley Virid. in Raj Sylloge ſt. ext. Brit. pag. 382. fide herbarii Petiveriani.

Plantago Bellardi: pubeſcens foliis ſublinearibus planis petiolatis, ſcapo tereti foliorum longitudine, ſpicis cylindricis. All. Fl. Pedem. n. 300. tab. 85. fig. 3.

Legi paſſim in aridis Tuneti, & Romæ.

Planta parva, ſæpe vix pollicaris, interdum ſesquipollicaris.

Folia radicalia, plura, ſesquipollicaria, alia minora: omnia lineari-lanceolata, acuta, inferne attenuata, obſcure trinervia.

Scapus erectus, foliis majoribus brevior, valde hirſutus: hirſutie ſordida.

Spica ovata, vel ovato-oblonga, hirſuta longitudine dimidii ſcapi.

Bracteæ lanceolatæ, attenuatæ, longitudine calycis.

Corollæ *laciniæ* lanceolatæ.

PLANTAGO foliis ſpathulatis inciſo-dentatis, dentibus imbricatis mucronatis ſcapo tereti piloſo. 15-16. *macrorhiza.*

Coronopus ſiculus, fruticoſus, platyphyllos. Bocc. Plant. rar. ſic. pag. 30. tab. 15. fig. 2. Moris. Hiſt. 3. pag. 261. ſ. 8. tab. 17. fig. 36.

Plantago macrorhiza: foliis ſpathulatis ſerratis ſubnudis, ſpica cylindrica. Poir. It. 2. pag. 154.

Legi ad vias Tuneti.

Folia radicalia, in roſam expanſa, pollicaria, inferne verſus valde anguſtata, craſſa, utrinque hirſuta, mucronata, inciſo-dentata: dentibus ovatis utrinque 3. ſ. 5. imbricatis, mucronatis, margine incraſſatis.

Scapus aſcendens, palmaris vel ultra, pilis denſis adpreſſis tectus.

Spica cylindrica, hirſuta, bipollicaris & ultra. *Bracteæ* ovatæ, acuminatæ, apice patentes, dorſo purpuraſcentes, margine membranaceæ, extus hirſutæ.

Calycis *laciniæ* duæ *exteriores* hirſutæ: *interiores* convexæ, ciliatæ, concavæ

SANTALUM.

album. SANTALUM. Lin. S. V. pag. 164:

Sirium myrti folium Lin. S. V. pag. 160. huc amandandum, utpote eadem planta ac Santalum album, uti apparet ex ſpeciminibus herbarii Linnæi.

CUSCUTA.

monogyna. CUSCUTA floribus pedunculatis monogynis.

Cuſcuta orientalis, viticulis craſſiſſimis, convolvuli fructu. Tournef. Corol. pag. 45.

Habitat in Oriente.

Facies Cuſc. americanæ, at omnia duplo majora.

Calycis *laciniæ* ovatæ, nitidæ.

Corolla calyce duplo longior, ſuperne anguſtata, perſiſtens, dentibus lanceolatis.

Stylus longitudine corollæ, craſſior & brevior quam in reliquis, perſiſtens: *ſtigma* craſſum, ſubgloboſum.

Pericarpium magnitudine Piperis, mucronatum e ſtylo & ſtigmate perſiſtente.

Semina quatuor, compreſſa, ſubreniformia.

Differt a reliquis inprimis ſtylo unico.

MYGINDA.

latifolia. MYGINDA foliis ellipticis crenulatis coriaceis, floribus ſtigmatibus 2. 4. ſeſſilibus. Sw. prodr. p. 39.

Ex Inſula St. Crucis miſit Dn. Pflug.

Rami inferne teretes, cinerei: juniores virides, oppoſiti, tetragoni.

Folia ſeſſilia, oppoſita alternaque, pollicaria, ſæpe ſubrotunda, venis ſimplicibus, utrinque glabra.

Pedunculi axillares, ſolitarii, filiformes, trifidi: *pedicelli* ſubramoſi.

Fructus obovatus, glaber, magnitudine fere Piperis, cernuus.

MYOSOTIS.

45. ſpinocarpos. MYOSOTIS ſeminibus muricato-ſpinoſis, racemis folioſis floribus remotis, foliis linearibus piloſis.

Anchuſa ſpinocarpos; floribus parvis albis, fornicibus quinque ſupra Antheras. Forsk. Deſcr. pag. 41.

Caules baſi lignoſi, diffuſi, palmares, ſuperne dichotomo-ramoſi, denſe piloſi, cineraſcentes, uti tota planta.

Folia ſeſſilia, vix unguicularia, obtuſiuſcula, apice patula.

Pedunculi in ramulis, axillares, ſolitarii, remoti, breves. Foliola duo ſub ſingulo calyce.

Fructus pyramidatus, undique muricatus, baſi tuberculis majoribus ſpinoſo-angulatus.

Nuces ſingulæ nitidæ, lateribus compreſſæ, acuminatæ, carinatæ: carina dentata.

LITHO-

LITHOSPERMUM.

LITHOSPERMUM foliis lineari-lanceolatis obtuſis, ſpica ſolitaria terminali ſecunda, bracteis lanceolatis, ſeminibus lævibus. Tab. XXVIII. 3-4. *tinctorum.*

Arnebia tinctoria. Forsk. Deſcr. pag. 62. & 63.

Radix fuſiformis, bipollicaris, annua.

Caules plures, digitales, piloſo-hiſpidi, uti tota planta, ſimpliciſſimi; laterales decumbentes; intermedii erecti.

Folia ſeſſilia, lineari-lanceolata, radicalia fere bipollicaria, baſin verſus anguſtata: caulina pollicaria, obtuſa.

Spica terminalis, ſolitaria, longitudine caulis, denſe imbricata.

Bractea lineari-lanceolata ad baſin calycis, longitudine floris.

Calyx profunde quinquepartitus: *laciniis* linearibus, obtuſiuſculis. Fructiferus duplo major.

Corolla calyce longior: *tubus* filiformis.

Nuces quatuor, obcordato-triangulares, læves, nitidæ, extus convexæ, intus planæ.

Maxime affine apulo, diverſum caule laxiori, foliis longioribus obtuſis, ſpica ſolitaria caulem terminante & fere longiore nec pluribus ad apicem caule triplo brevioribus, præterea corollis anguſtioribus cæruleis ſeminibusque duplo majoribus.

LITHOSPERMUM foliis lineari-lanceolatis acutis, ſpicis terminalibus ſecundis, bracteis lanceolatis, ſeminibus muricatis. 3-4. *apulum.*

Myoſotis apula ſeminibus nudis, foliis hiſpidis, racemis folioſis. Lin. S. V. pag. 185.

Copioſiſſime in aridis montoſis regni Tunetani.

Caules plures ex una radice, laterales minores, adſcendentes, ſimpliciſſimi, palmares vel parum ultra, teretes, piloſi; intermedii altiores, ſtricti.

Folia alterna, ſeſſilia, unguicularia, radicalia paululum longiora, verſus apicem parum latiora, omnia piloſa: pilis longis punctis elevatis albidis inſidentibus.

Spicæ ad apicem caulis ex alis ultimis, 3-4, pollicares, ſecundæ, imbricatæ, ante floreſcentiam recurvæ, demum erectæ.

Flores alterni, ſolitarii. *Bractea* lanceolata, acuta ſub ſingulo flore.

Calyx profunde quinquepartitus: *laciniis* lineari-lanceolatis, hirſutiſſimis.

Corolla lutea, infundibiliformis, calyce longior: *laciniæ limbi* oblongæ, integerrimæ. *Faux* nuda, pervia.

Stamina fauce breviora.

Nuces ovatæ, roſtratæ, juniores læves nitidæ, maturæ lineis quatuor elevatis ſubmuricatis.

Ob Corollam infundibiliformem & faucem perviam Lithoſpermi genus intrare debet.

ANCHUSA.

ANCHUSA pedunculis axillaribus diphyllis, foliis lanceolatis repando-dentatis hiſpidis. 5-6. *hiſpida.*

Anchuſa hiſpida; pedunculis axillaribus brevibus; caule retrorſum hiſpido; foliis inferioribus petiolatis. Forsk. Deſcr. pag. 40.

Caulis diffuſus, ramoſus, hiſpidus, uti tota planta.

Folia ſuperiora ſeſſilia, approximata, pollicaria, lanceolata, obtuſa, craſſiuſcula, punctis calloſis albidis adſperſa, obtuſe dentata.

Calyces valde hiſpidi.

Pedunculi axillares, gemini breves: *bracteæ* binæ lanceolatæ ad baſin calycis.

Nuces oblongæ, glabræ, ſubrugoſæ.

Anchuſa undulata ſpicis terminalibus diverſa eſt.

CYNOGLOSSUM.

1-2. *lanceolatum.* CYNOGLOSSUM foliis lanceolatis utrinque attenuatis ſupra punctato-ſcabris: inferioribus petiolatis, ſuperioribus ſeſſilibus.

Cynogloſſum lanceolatum; foliis lanceolatis baſi attenuatis, pubeſcentibus, ſcabris; ſtaminibus corollâ brevioribus. Forsk. Deſcr. pag. 41.

Facies Cynogloſſi officinalis.

Caulis herbaceus, erectus, angulatus, hirtus, ſuperne incanus.

Folia inferiora in petiolum pollicarem attenuata, ſuprema ſeſſilia, venoſo-nervoſa, ſupra adſperſa punctis & pilis albis, ſubtus impunctata pilis confertioribus cinerea, tamen non mollia.

Calyces hirſuti: *laciniis* oblongis.

Reliqua ut in Cynogloſſo officinali.

Ab Officinali differt foliis omnibus utrinque acutis.

1-2. *pictum.* CYNOGLOSSUM corollis calyce ſubæqualibus: laciniis ſubrotundo-dilatatis, foliis lanceolatis tomentoſis: ſuperioribus baſi cordatis. Hort. Kew. 1. p. 179.

Cynogloſſum creticum II. Clus. Hiſt. 2. pag. 162. Bauh. Hiſt. 3. pag. 600.

Cynogloſſum creticum latifolium foetidum. Bauh. Pin. 257. Tournef. Inſt. R. H. pag. 140.

Cynogloſſum creticum: foliis incanis, obtuſis obliquis, corollis ſtriatis. Vill. Fl. Delph. II. pag. 457. Allion. Auctarium pag. 4.

Planta frequens in Europa auſtraliori & Barbaria, facie Cynogloſſo officinali adeo ſimilis, ut non mirum, quod a variis Botanicis, qui Cynogloſſum officinale Europæ borealis non viderunt, pro eodem habita fuerit. Habitu, magnitudine, & modo creſcendi exacte convenit cum Cynogloſſo officinali, differt foliis baſi non anguſtatis, ſed cordatis, & primo intuitu corollis pallidis, venis purpureis pictis.

luſitanicum. CYNOGLOSSUM foliis cordatis amplexicaulibus glabris margine lævibus.

Omphalodes luſitanica elatior Cynogloſſifolio. Tournef. I. R. H. 140.

Cynogloſſum luſitanicum: foliis lineari-lanceolatis ſcabris. Lin. S. V. pag. 186.

Planta tota glaberrima.

Caulis erectus, pedalis, teres, ramoſus. *Rami* axillares, alterni, ſimpliciſſimi.

Folia alterna, amplexicaulia, pollicaria, ſuperne ſenſim minora, cordata, obtuſa, avenia, glauco-viridia, læviſſimæ, figura fere Braſſicæ Orientalis.

Racemi ex apice caulis & ramorum, ebracteati, palmares, vel ultra. *Pedicelli* remoti, filiformes, pollicares, patentiſſimi.

Calyx profunde quinquefidus: *laciniis* lanceolatis, duabus parum minoribus, paululum majoribus quam in linifolio, abſque omni hirſutie.

Corolla

Corolla ut in Cynogloſſo linifolio.

Planta Cynogloſſo linifolio habitu & ſtructura ſatis ſimilis, tamen diverſiſſima, ut ab allatis apparet. Quamvis Tournefortio jam nota, tamen obſcura adhuc, a variis enim linifolium pro luſitanico habetur, cum character Linnæi utrinque æque congruit, de novo igitur adumbrare non ſupervacaneum putavi. Specimen communicavit Dn. Dr. Barnades.

CYNOGLOSSUM linifolium foliis lineari lanceolatis glabris margine denticulato-ſcabris. *linifolium*

Cynogloſſum linifolium foliis lineari-lanceolatis glabris. Lin. S. V. pag. 186.

Folia radicalia petiolata, cuneata, ſuperiora lanceolata, baſi attenuata, ſcabra, margine denticulis minutiſſimis remotis albis.

Calyx baſi ſtrigoſus: *laciniis* ciliatis.

ECHIUM.

ECHIUM foliis lineari-cuneatis cauleque ſuffruticoſo canis. 6-7. *ſericeum.*

Habitat in Ægypto.

Caules plures, diffuſi, baſi lignoſi, ſimplices, palmares & ultra, inferne molles, ſuperne ſcabriuſculi, cani e pilis albis adpreſſis tuberculis minutis inſidentibus inferioribus longioribus, ſuperioribus rarioribus.

Folia inferiora bi-ſ. tripollicaria, conferta, linearia, inferne ciliata, ſurſum verſus ſenſim latiora, baſi dilatata; amplectentia, obtuſa, utrinque pilis denſis brevibus punctis minutis inſidentibus cana: ſuprema pollicaria, recurva.

Spica terminalis, ſecunda, piloſo-cana. *Bracteæ* ovato-lanceolatæ, obtuſæ.

Corolla extus villoſa.

Stamina corolla longiora.

Echium argenteum differt foliis lanceolatis, extrorſum attenuatis acutis, pilis patentibus hirſutioribus.

ECHIUM foliis lineari-lanceolatis cauleque ſuffruticoſo procumbente hiſpidis incanis. 6-7. *ſetoſum.*

Echium rubrum flore rubro; foliis tuberculato-ſetoſis. Forsk. Deſcr. pag. 41.

Caules palmares, inferne ramoſi, procumbentes, uti tota planta, tecti tuberculis confertiſſimis parvis albidis apice ſetis albis rigidis, incani.

Folia lineari-lanceolata, ſeſſilia, unguicularia, ſenſim minora, rigida.

Spica terminalis, ſolitaria: *flores* primum conferti, demum remotiores. *Bracteæ* ovatæ.

Corolla unguicularis, caneſcens.

Stamina corolla longiora.

Nuces parvæ, ovatæ, acuminatæ, muricatæ.

Ab Echio ſericeo differt caulibus procumbentibus, pilis longioribus rigidis hirtis, nec adpreſſis, foliis apice anguſtioribus.

HOTTONIA.

3. *ſeſſiliflora.* HOTTONIA floribus verticillatis ſeſſilibus.

Habitat in India Orientali. Dn. Prof. BURMANN.

CAULIS ſimplex, interdum ſuperne ramulo.

FOLIA ſubmerſa Hottoniæ paluſtris, verticillata, bipinnata: *laciniæ* lineares integerrimæ: ſuperiora Hottoniæ indicæ tripartita, *laciniæ* lineari-lanceolatæ dentato-inciſæ. *Floralia* quaterna, trifida, integerrima, bilinearia.

SPICA terminalis, tripollicaris. *Flores* ſeſſiles, quatuor ad ſingulum verticillum.

CALYX longitudine foliorum, cylindricus: *laciniis* ſubulatis.

Stylus calyce longior.

Ab Hottonia Indica differt floribus verticillatis, ab Hottonia paluſtri floribus ſeſſilibus, verticillis foliosis.

CONVOLVULUS.

2. 3. *Wheleri.* CONVOLVULUS foliis ſagittatis poſtice ſubrotundatis integris, pedunculis teretibus unifloris.

Convolvulus ſagittariæ foliis, flore purpureo Wheleri. PLUKN. alm. p. 113. tab. 85. fig. 3. TOURNEF. I. R. H. p. 82. fide herb. PLUKN.

Ipomœa ſagittata: foliis ſagittatis, pedunculis unifloris. POIR. It. 2. p. 160. Tab. 3.

Habitat in Hiſpania juxta lacum la Albufeda Valentiæ.

Affinis Convolvulo ſepium, tota glabra.

FOLIA ſagittata, ſesquipollicaria, acuta.

Petiolus longitudine foliorum.

PEDUNCULUS petiolo brevior, craſſior, verſus medium bracteatus, ſub flore craſſior.

CALYCIS *foliola* oblonga, duo extima minora, omnia ſubretuſa, mucronata.

COROLLA Convolvuli ſepium.

Stigma capitatum.

Variat foliis ovatis, auriculis rectis brevioribus rotundatis & lanceolatis, vel auriculis parum divaricatis lanceolatis in eadem planta. Convolvulus ſepium differt auriculis ſubangulatis, pedunculis tetragonis, bracteis cordatis magnis ad baſin calycis.

pentapetaloides. CONVOLVULUS foliis lanceolatis obtuſis nudis lineatis, ramis declinatis, floribus ſolitariis ſemiquinquefidis. LIN. S. V. pag. 202.

Convolvulus proſtratus; caule proſtrato, foliis ſeſſilibus lineari-cuneiformibus: pedunculis axillaribus unifloris bibracteatis. FORSK. Deſcr. pag. 203.

Variat in ſolo macriori Caulibus ſimplicibus, filiformibus, digitalibus, verſus apicem piloſiuſculis. Foliis ſemiunguicularibus anguſtis, apice dilatatis: ſuperioribus linearibus acutis. Floribus inferioribus pedunculatis, ſuperioribus ſeſſilibus, Calycibus piloſiuſculis.

SCÆVOLA.

Plumierii. SCÆVOLA foliis obovatis glabris integerrimis.

Scævola Plumierii. LIN. S. V. pag. 213.

SCÆ-

SCÆVOLA foliis obovatis villoſis molliſſimis ſuperne dentatis. 2. *ſericea.*
Habitat in Savage Island. ♄. Dn. Prof. FABRICIUS.
RAMI fuſci, villoſi, e caſu foliorum muricati.
FOLIA ſparſa, tripollicaria, obovata, petiolata, avenia, molliter villoſa, tamen viridia.
Petiolus obſique inſertus: axillæ barbatæ.
PANICULA pauciflora, dichotoma, axillaris.
Bracteæ oppoſitæ, ad baſin pedicellorum, lanceolatæ, ſubrecurvæ.
CALYX quinquepartitus, ſuperus: *laciniis* lanceolatis.
COROLLA extus villoſa. *Tubus* vix unguicularis, coriaceus. *Limbi laciniæ* lanceolatæ, obtuſæ, latere membrana tenui auctæ.
Filamenta baſi tubi inſerta, filiformia, longitudine ſtyli.
Antheræ oblongæ, ſub ſtigmate ſubcohærentes, baſi rotundatæ, apice tranſverſæ.
Stylus unguicularis, linearis, filamentis triplo craſſior. *Stigma* ſcyphiforme, ſtylo triplo latius, viride, pellucens, margine tenuiſſime denticulatum.
PERICARPIUM globoſum, villoſum, magnitudine piſi, calyce coronatum.

CINCHONA.

* *Floribus tomentoſis, ſtaminibus incluſis.*

C. foliis ovato-lanceolatis glabris, capſulis oblongis. Act. ſoc. hiſt. nat. Havn. Faſc. 1. pag. 17, tab. 1. 1. *officinalis.*
Quinquina. Condam. in Act. Pariſ. 1738.

C. foliis ovatis baſi elongatis ſubtus pubeſcentibus, capſulis cylindricis. Act. ſ. h. n. H. Faſc. 1. pag. 19. tab. 2. 2. *pubeſcens.*
Habitat in Peru.

C. foliis oblongis ſubtus pubeſcentibus coſtatis. Act. ſ. h. n. H. Faſc. 1. pag. 20. Tab. 3. 3. *macrocarpa.*
Cinchona officinalis foliis ellipticis ſubtus pubeſcentibus, corollæ Limbo lanato. LIN. Suppl. pag. 144.
Habitat in Regno Santa Fé.
Characterem generis LINNÆO dedit ſpecies prima, deſcriptio vero Cinchonæ officinalis Syſt. Nat. ed. 12. p. 164. ad C. macrocarpam pertinet.

* *Corollis glabris, ſtaminibus exſertis.*

C. pedunculis axillaribus unifloris. Act. ſ. h. n. H. Faſc. 1. p. 21. 4. *caribæa.*
Cinchona caribæa. JACQU. Obſ. Bot. 2. pag. 27.

C. foliis oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus. LIN. Suppl. pag. 144. 5. *corymbifera.*

C. panicula terminali, capſulis pentagonis, foliis ovatis acuminatis glabris. Act. ſ. h. n. H. Faſc. 1. pag. 22. Tab. 4. 6. *lineata.*
Habitat in St. Dominica.

C. panicula terminali, capſulis turbinatis lævibus, foliis ellipticis acuminatis. Act. ſ. h. n. H. Faſc. 1. pag. 23. 7. *floribunda.*
Cinchona floribunda. Sw. Prodr. pag. 41.

8. *brachycarpa.* C. panicula terminali, capſulis obovatis coſtatis, foliis ellipticis obtuſis. Act. C h. n. H. pag. 24.
Cinchona brachycarpa. Sw. Prodr. pag. 42.

9. *Anguſtifolia.* C. panicula terminali, capſulis oblongis pentagonis, foliis lineari-lanceolatis pubescentibus. Sw. in Act. Holm. 1787. pag. 117. & ſequ. Tab. 3.
Harum deſcriptionem dedi in Actis ſocietatis hiſtoriæ natural. Havnienſis faſc. 1. l. c.

VIRECTA.

virens. VIRECTA. Lin. S. V. pag. 197.
Rondeletia biflora; caule filiformi, repente; pedunculis bifloris. Rottb. Deſcr. plant. rar. Surin. pag. 7. Tab. 2. fig. 2.

MACROCNEMUM.

coccineum. MACROCNEMUM racemi foliis coloratis ellipticis, foliis lanceolato-ellipticis. Tab. XXIX.

In Inſula Trinitatis legit Dn. von Rohr.

Arbor *ramis* piloſis.

Folia petiolata, pedalia, palmam lata, baſi anguſtata, extrorſum latiora, membranacea, integerrima, ſupra glabra, ſubtus coſta piloſa.

Racemus terminalis, pedalis, pedunculatus, e corymbis parvis oppoſitis pedunculatis compoſitus: *pedunculus* partialis hirſutus, trifidus: *pedicelli* laterales quinqueflori, intermedius trifidus. *Bractea* ad baſin pedunculorum partialium ovata, acuminata, concava, ciliata: *pedicellorum* lanceolata hirta.

Calyx *Perianthium* monophyllum, ſuperum, quinquefidum: *laciniis* rotundatis. *Foliolum* petiolatum, ſesquipollicare, ellipticum, purpureum, venoſo-reticulatum, obtuſum, utrinque acutum, glabrum in ſingulo corymbo e margine calycis lateralis corymbi ut in Muſſænda frondoſa.

Corolla monopetala, infundibuliformis, quinquefida: *laciniis* lanceolatis, obtuſis, glabris. *Tubus* calyce duplo longior.

Stamina: *filamenta* quinque in fauce tubi, longitudine corollæ, intus piloſa. *Antheræ* lineares, extra corollam.

Pistillum: *germen* inferum, turbinatum, angulatum, hirſutum. *Stylus* incraſſatus, longitudine corollæ. *Stigmata* duo obtuſa, reflexa.

Capsula oblonga, bilocularis, polyſperma.

Semina membranacea, ſubulata, imbricata, receptaculo lineari affixa.

An Macrocnemi generis cum corolla non campanulata? in plurimis certe convenit, ideoque potius huc retuli. A Muſſænda differt fructu.

3. *candidiſſimum.* MACROCNEMUM corymbi trichotomi foliis ſubrotundis, foliis ovatis. Tab. XXX.

Plantam rariſſimam in vicinia St. Marthæ legit Dn. von Rohr.

Arbor *ramis* teretibus, glabris, oppoſitis, ſuperne articulatis, compreſſis, ſub foliis dilatatis.

Folia petiolata, bipollicaria & ultra, oppoſita, ovata, acuminata, obtuſa, venoſa, integerrima, ſupra glabra, ſubtus pallidiora, venis villoſa.

Pedunculi ex apice ramorum, terni, ancipites, ſuperne dilatati, bis trifidi. *Foliola* duo parva ſub prima diviſione pedunculorum. *Pedunculi* partiales ſtructura

tura pedunculi communis. *Pedicelli* triflori: *flores* laterales ſubpedicellati, intermedius ſeſſilis.

Folium petiolatum, obovatum vel ſubrotundum, pollicare, membranaceum, venoſo-reticulatum, candidiſſimum e margine calycum lateralium corymbi, duo in ſingulo corymbo.

Capsula oblonga, ſubcompreſſa, biſulcata, ſingula valvula linea elevata.

Semina ut in antecedente.

VERBASCUM.

VERBASCUM caule ſubnudo, foliis lanceolatis dentato-ſinuatis glabris, pedunculis unifloris. 9·10. *Barnadeſii.*

Habitat in colliculis de Hincapie verſus oppidum Ortaleza tractus Madritenſis. Specimen mecum communicavit Cel. Dn. Barnades filius inventoris.

Caulis pedalis, glaber, ſimpliciſſimus, inferne folio uno alterove.

Folia plurima radicalia, vix tripollicaria, petiolata, lanceolata, *dentato*-ſinuata, vel ſubpinnatifida, baſi minus profunde diviſa, acuta: *laciniæ* lanceolatæ, dentatæ, ſinus majores denticulati: caulina integra.

Pedunculi a baſi ad apicem usque, ſolitarii, remoti, pollicares, uniflori. *Folium* florale cordatum, parvum, cuſpidatum, ad baſin ſinguli floris.

Calycis *laciniæ* inæquales, tres oblongæ, duæ ſubrotundæ, majores, omnes ſubdenticulatæ.

Corolla flava.

Verbaſcum Osbekii differt caule folioſo, foliis caulinis oblongis petiolatis dentato-inciſis, pedunculis calycibusque lanatis. Verbaſcum ſinuatum diſtinguitur foliis radicalibus obtuſiſſimis tomentoſis, floribus ſeſſilibus aggregatis.

VERBASCUM foliis lineari-lanceolatis pinnatifidis: laciniis obtuſis dentatis, floribus ſeſſilibus glomeratis. 9·10. *Pinnatifidum.*

In Inſulis Archipelagi legit Forskåleus.

Caulis erectus, pedalis, baſi tomentoſus, ætate glaber, teres, inferne ramoſus.

Folia inferiora & caulina petiolata, bipollicaria, craſſiuſcula, ſupra glabra, ſubtus tomentoſa: *laciniæ* inæquales, oblongæ, obtuſæ, ſæpe dente uno alterove obtuſo dentatæ: *Folia* ſub ramis ſeſſilia, dentato-inciſa.

Flores *ſeſſiles in* ramis, alterni, remoti, tres vel quatuor ſimul: *folia floralia* lanceolata, integra, calycibus longiora.

Calyx valde tomentoſus, incanus.

A Verbaſco ſinuato differt foliis radicalibus & caulinis profunde diviſis, petiolatis. An a Verbaſ. græco Tournef. corol. pag. 8. diverſa?

VERBASCUM caule folioſo ſpinoſo fruteſcente. Lin. S. V. pag. 220.

Frutex ſemipedalis, rigidus, ramoſiſſimus. *Rami* alterni, teretes, tomentoſi, incani; inferiores ætate nudi.

Folia ſeſſilia, alterna, unguicularia, lanceolata, tomentoſa, baſi attenuata, obtuſa, inferne laciniis utrinque geminis obtuſis. Faſciculus foliorum in axillis: foliolis cuneiformibus, integris.

Racemus terminalis, flexuoſus, inferne ramoſus, rigidus. *Pedunculus* in ſpinam deſinens. *Pedicelli* rigidi, interdum uniflori, ſæpe loco pedicelli ſpina patentiſſima,

tiſſima, alterni vel oppoſiti. *Bractea* ovata, minuta ſub ſingulo pedicello.

Calycis *laciniæ* ovatæ.

Corolla parva, extus tomentoſa.

Capsula magnitudine ſeminis Coriandri, glabra.

Figura Alpini mala.

SOLANUM.

2-3. *micro-carpum.* SOLANUM caule inermi fruticoſo, foliis ovato-lanceolatis, umbellis lateralibus pedunculatis.

Solanum diphyllum. Forsk. Catal. pl. Ægypt. pag. 63. n. 134.

Rami apice tomentoſi.

Folia tri-ſ. quadripollicaria, ſeſquipollicem baſi lata, glabra, minime repanda, tenella ſubtomentoſa.

Umbellæ multifloræ. *Pedunculus* unguicularis: *pedicelli* pollicares.

Corolla alba, extus piloſa.

Antheræ croceæ.

Baccæ glabræ, rubræ, ſemine Piperis parum majores.

Foliis latis integerrimis, umbellis pedunculatis, fructu triplo minore videtur diverſum a Sol. pſeudocapſico, an modo varietas?

2-3. *terminale.* SOLANUM inerme fruteſcens, foliis lanceolato-ovatis ſubintegerrimis piloſis, umbellis terminalibus.

Solanum terminale; caule inermi fruteſcente; foliis ovalibus, acutis umbellis terminalibus. Forsk. Deſcr. pag. 45.

Caules decumbentes, ramoſi. *Rami* teretes, cicatricati, ſuperne villoſi.

Folia petiolata, bipollicaria, utrinque acuta, ſimpliciter venoſa, villoſa, præſertim ſubtus, margine undulato-ſubdenticulata, ciliata: folia ramulorum oblonga, unguicularia, piloſiora.

Pedunculus terminalis, erectus, tripollicaris: *umbellæ* ternæ, pedunculatæ, alternæ, 7-9 floræ: *pedicelli* inæquales, filiformes, furfuraceo-villoſi, uti pedunculi, calyces & corollæ.

Calyx quinquedentatus *laciniis* æqualibus, lanceolatis, obtuſis, intus glabris.

nigrum. *Villoſum* γ. Solanum ramis teretibus villoſis, foliis angulatis ſubvilloſis. Lin. Spec. plant. pag. 266.

Solanum ægyptiacum. Forsk. Deſcr. pag. 46. n. 50.

nigrum. *Hirſutum* η. ramis teretibus foliisque integerrimis hirſutis.

Solanum fructu nigro, foliis integris villoſiſſimis. Forsk. Deſcr. pag. 46. n. 51.

29-30. *hir-tum.* SOLANUM fruticoſum aculeatum, foliis cordato-angulatis tomentoſis aculeatis, pedunculis lateralibus aggregatis calycibusque hirſutiſſimis.

Habitat in Inſula Trinitatis. Dn. von Rohr.

Caulis fruticoſus, ſuperne tomentoſus, aculeatus: *aculei* recti, parvi, aciculares, ſparſi.

Folia petiolata, palmaria, obtuſa, angulo 1. vel 3. ad ſingulum latus inæquali obtuſo, utrinque tomentoſa, mollia, ſubtus albidiora: *aculei* ſparſi in nervis utrinque, ſemiunguiculares, robuſtiores quam in caule, glabri, recti.

Petiolus

Petiolus pollicaris, aculeatus.

PEDUNCULI ſupra foliacei, plures, aggregati, unguiculares, uniflori, hirſutiſſimi.

CALYX: *laciniis* ovatis, acutis, extus hirſutiſſimis.

COROLLA quinquepartita, extus hirſuta, intus glabra, calyce duplo longior: *laciniis* tribus reliquis duabus parum longioribus.

SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis oblongis repando-ſinuatis tomentoſis aculeatis: lobis rotundatis integris. 31-32. *coagulans.*

Solanum coagulans. FORSK. Deſcr. pag. 47.

CAULIS tomentoſus, incanus, uti tota planta: *aculei* ſparſi, aciculares, flaveſcentes, glabri, recti.

FOLIA petiolata, remota, bipollicaria, obtuſa, baſi altero latere breviora: *lobis* utrinque tribus quatuorvis latis rotundatis integerrimis, ſupra avenia, plerumque inermia, ſubtus ſimpliciter venoſa: aculei in coſta aciculares, rarius in venis.

Petiolus ſesquipollicaris, undique aculeis adſperſus.

RACEMI ſuboppoſitifolii, erectiuſculi, octoflori.

Pedunculus rigidus, ſesquipollicaris: *pedicelli* unguiculares, reflexi, inermes, uti pedunculus.

CALYX tomentoſus, valde aculeatus, perſiſtens; aculei robuſtiores quam in reliqua planta.

BACCÆ globoſæ, magnitudine nucis Coryli, glabræ.

SOLANUM caule aculeato fruticoſo, aculeis tomentoſis foliisque oblique ovatis repandis. LIN. S. V. pag. 225. *ſanctum.*

Solanum incanum. FORSK. Deſcr. pag. 46.

SOLANUM foliis elliptico-lanceolatis planis, ſubtus villoſis, racemis lateralibus, caule petiolisque aculeatis. 40-41. *obſcurum.*

Habitat in Caienna. Dn. von ROHR.

FRUTICOSA. *Rami* purpuraſcentes, inferne glabri, ſuperne tomentoſi, aculeati: *aculei* reflexi, flaveſcentes, glabri, pauci.

FOLIA petiolata, bipollicaria, vel ultra, utrinque acuta, integra, baſi altero latere parum breviora, margine plana, integerrima, ſupra pilis minutis ſtellatis adſperſa, ſubtus leviter tomentoſa, interdum ſubtus aculeo uno alterove parvo, plerumque inermia.

Petiolus pollicaris, tomentoſus, aculeatus: aculeis ſubulatis, rectis, rarioribus.

RACEMI ſupra foliacei, breves, nutantes, tomentoſi.

CALYX quinquedentatus.

COROLLÆ extus villoſæ, quinquefidæ: *laciniis* linearibus.

SOLANUM caule fruticoſo aculeato, foliis ellipticis integerrimis inermibus ſubtus tomentoſis niveis. 40-41. *niveum.*

Habitat in Capite bonæ ſpei. Dedit Dn. BÜLOW.

RAMI teretes, ſuperne angulati, tomentoſi, aculeati: *aculeis* ſparſis numeroſis, rectis, apice nudis, flaveſcentibus.

FOLIA petiolata, quadripollicaria, alterna, elliptica, utrinque acuta, integerrima, ætate ſupra nuda; juniora utrinque tomentoſa.

Petiolus tomentoſus, pollicaris.

Cyma terminalis, pedunculata, multiflora, tomentoſa, nivea.
Pedicelli umbellati, apice craſſiores, cernui.
Calycis *laciniæ* lanceolatæ.
Corolla extus nivea, farinoſa.

Affine Solano ſubinermi Sw. prodr. pag. 47. diverſum vero patria, ramis aculeatiſſimis, foliis ſubtus niveis.

CORDIA.

retuſa. CORDIA foliis faſciculatis cuneiformibus retuſis tridentatis.

Frutex baccifer e Coromandel rorismarini obtuſis & veluti punctatis foliis plurimis ex uno tuberculo provenientibus. Plukn. Alm. pag. 159. tab. 51. fig. 1.

Habitat in India Orientali.

Rami teretes, glabri, apice piloſiuſculi.

Folia ſeſſilia, plura ex eadem gemma, 3. f. 5. pollicaria, inæqualia, cuneiformia, apice retuſa, obtuſe tridentata, interdum quadridentata: dentibus intermediis minoribus, ſupra nitida, adſperſa ſquamis albidis e quarum centro pili ſolitarii albi minuti adpreſſi, ſupra vix ſcabra, ſubtus lævia pallidiora impunctata. *Gemmæ* tuberculæ tomentoſæ.

Pedunculi ex eadem gemma cum foliis, ſolitarii, uniflori, pubeſcentes, foliis breviores.

Calyx quinquepartitus, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, extrorſum latioribus, acutis, piloſis.

Corolla monopetala, infundibuliformis, fauce aperta.

Stamina quinque.

Pistillum. *Stylus* interdum unicus dichotomus, interdum duo bifidi, longitudine corollæ. *Stigmata* acuta.

Drupa globoſa, magnitudine Piperis, calyce non adcreta, quadrilocularis. Semina plura in ſingulo loculo. Sulcus transverſalis in medio diſſepimenti.

Habitus Cordiæ foliis ſquamoſis, ſtylo plerumque dichotomo, recedit vero, ut apparet, in nonnullis, an igitur proprii generis?

CELASTRUS.

7.8. *glaucus.* CELASTRUS inermis foliis ellipticis ſubſerratis acutis, cymis axillaribus dichotomis folia æquantibus.

Mangifera glauca, foliis oppoſitis, oblongis, glaucis; pedunculis oppoſitis, divaricatis, dichotomis. Rottb. in Nov. Act. Havn. Tom. 2. pag. 534. tab. 4 fig. 1.

Habitat in Coromandel & Zeylona.

Rami alterni, teretes, ſuperne glauci, glabri, uti tota planta.

Folia petiolata, oppoſita, bipollicaria, nitida, venoſa, glauco-viridia, obſolete remote ſerrata.

Pedunculi axillares, oppoſiti, dichotome ramoſi: ramis divaricatis. *Bracteæ* minutæ ad baſin ramorum.

Calyx, Corolla, Nectarium, Stamina ut in Celaſtris.

Fructus, ut in variis, bilocularis.

HIRTELLA.

HIRTELLA foliis ellipticis hirſutis nitidis ſubcoriaceis, racemis erectis, floribus pentandris. Tab. XXXI. Sw. Prodr. pag. 51. *paniculata.*

Habitat in Cayenna. Dn. ROHR.

Rami teretes, cortice purpuraſcente, ſuperne hirti.

FOLIA petiolata, alterna, patentia, copioſa, ſeſquipollicaria, acumine parvo integerrima, venoſa, hirſuta ſecundum venas, ſubtus diſcolora.

Petiolus breviſſimus.

Stipulæ ſubulatæ, valde hirtæ.

RACEMI axillares, erecto-patentes, ſolitarii, folio longiores, hirſutiſſimi.

Pedicelli copioſi, unguiculares, alterni, ſolitarii, rarius gemini.

Bracteæ ſæpe duo ovatæ in pedicello, extus hirſutæ, alia lanceolatæ, ad baſin pedicelli.

CALYX extus hirſutus, coloratus, intus tomentoſus, ſubſericeus.

FILAMENTA quinque, longa.

Stylus baſi hirſutus.

PITTOSPORUM.

PITTOSPORUM foliis obovatis obtuſis glaberrimis coriaceis, capſulis bivalvibus. Hort. KEW. 3. pag. 488. *coriaceum.*

Habitat in Canariis.

ARBOR *ramis* proliferis, 3 vel 4 ad ſingulum verticillum, teretes, cortice cinereo, e gemmis ovatis imbr[illegible] ſemiunguicularibus.

FOLIA ſub ſingulo verticillo tria [illegible]ve, bipollicaria, oblonga, plerumque obovata, obtuſiſſima, integerrima, lævia, coriacea, utrinque glabra, pallide viridia, baſi in petiolum pollicarem deſinentia.

PEDUNCULUS e gemma diſtincta, ſolitarius, pollicaris, tomentoſus, multiflorus. Flores pedicellati. *Pedicelli* umbellati, longitudine pedunculi, tomentoſi, quinque, bini intermedii bi- ſ. 5 flori: *laterales* uniflori.

CALYX tomentoſus, quinquefidus: *laciniis* oblongis, obtuſis.

COROLLA, glabra, calyce duplo longior. *Petala* linearia obtuſa.

ACHYRANTHES.

ACHYRANTHES caule ſuffruticoſo ſcandente, paniculis terminalibus axillaribusque ramoſis SWARTS. prodr. pag. 51. cum ſynonymis. *altiſſima.*

TOTA glabra. CAULIS ſuperne angulatus.

Folia petiolata, alterna, bipollicaria, ovata, acuminata, ſubtus pallidiora.

Petiolus pollicaris.

SPICÆ terminales, axillares, ſeſſiles, ramoſæ: *rami* bi- ſ. tripollicares, ſæpe ſimplices, ſeſquipollicares.

FLORES glomerati: *glomerulis* confertis.

Bracteæ ovatæ, acuminatæ, parvæ.

CALYX flaveſcens.

STYLUS bifidus.

Semen unicum.

4.5. *sarmentosa.* ACHYRANTHES foliis ovatis acuminatis alternis, ſpicis axillaribus, caule ſuffruticoſo.

Habitat in India Occidentali.

Tota glabra. *Rami* triquetri.

Folia petiolata, alterna, remota, ſesquipollicaria, valde attenuata, integerrima, parum undulata.

Petiolus unguicularis.

Spicæ axillares, ſolitariæ, longitudine fere foliorum, ſuperiores minores.

Flores conferti, per intervalla aggregati. *Bracteæ* ovatæ, acuminatæ, membranaceæ, calyce triplo breviores.

Calyx ſordide flaveſcens: *foliolis* lanceolatis, acutis, dorſo linea elevata.

Filamenta lanceolata, calyce duplo breviora.

Stylus bifidus, perſiſtens.

Capſula calyce longior, oblonga.

Semen unicum, nigrum, nitidum, reniforme.

CELOSIA.

4.5. *nitida.* CELOSIA foliis ovato-deltoidibus attenuatis, ſpicis terminalibus ramoſis floribus diſtinctis, caule ſuffruticoſo.

Amaranthus fruticoſus erectus, ſpica viridi laxa & ſtrigoſa. Sloan. hiſt. Tom. I. pag. 142. tab. 91. fig. 5.

Habitat in India Occidentali. Dn. Martfelt.

Caulis teres, erectus, ramoſus. *Rami* alterni, angulati, glabri, uti tota planta.

Folia petiolata, alterna, ſesquipollicaria, valde attenuata, baſi acuta, vix repanda.

Petiolus unguicularis.

Spicæ terminales, compoſitæ, raro ſimplices in axillis ſupremis, palmares vel ultra: *Spiculæ* alternæ, ſesquipollicares, ſimpliciſſimæ. *Rachis* flexuoſa, angulata. *Flores* diſtincti, contigui.

Calyx triphyllus: *foliolis* ovatis, acutis, hyalinis, carinatis.

Corolla *petala* quinque, lanceolata, nitida, ſordide flaveſcenti-fuſca.

Capſula circumciſa.

Semina plura nitida.

Quamvis habitu Achyr. ſarmentoſo affinis, ob calycem tamen, corollam & ſeminum numerum cum Celoſiis conjungo.

lanata. CELOSIA foliis lanceolatis tomentoſis obtuſis, ſpicis confertis, ſtaminibus lanatis. Lin. S. V. pag. 241.

Ireſine javanica: foliis oblongis ſpicis paniculatis compactis brevibus. Burm. Fl. ind. pag. 312. tab. 65. fig. 2. fide Herbarii Cel. viri.

Illecebrum javanicum: caule herbaceo erecto albo tomentoſo foliis alternis. Lin. S. V. pag. 248.

latifolia β. *Ireſine perſica foliis obovalibus, panicula terminali, ſpicis ſimplicibus longiſſimis.* Burm. Fl. ind. pag. 312. tab. 65. fig. 1.

Ærva tomentoſa. Forsk. Deſcr. 170.

Foliis obçordatis. *obcordata γ.*

Hæ omnes nil niſi varietates eſſe, ſuadent numeroſa ſpecimina herbarii Forsk. collata cum ſpeciminibus Ireſinis javanicæ & perſicæ a Burmanno ipſo donatis, uti & cum Illecebro lanato & Celoſia javanica a Königio miſſis. Omnes tres varietates inter plantas Forsk. occurrunt in eodem loco lectas, præterea adhuc aliæ foliis linearibus latioribus vel anguſtioribus, aliæ foliis ellipticis dantur. Varietas β. a reliquis differt tomento majori & hirſutie ſimul; varietas γ. foliis ſemiunguicularibus pilis ita intertexis, ut diſtingui nequeant: in varietate latifolia non ſemel folia ſuperiora obcordata vidi. Cum vero coeterum conveniunt duritie caulis, ſitu foliorum, Inflorescentia & fructificatione, nullo modo tanquam ſpecies diverſæ cenſendæ ſunt. Nil impedit, quod Forsk. Ærvam dioicam eſſe obſervavit, in non paucis enim floribus tam ſtamina quam piſtilla inveni. Cum corolla nulla adeſt & capſula monoſperma, potius Achyranthis genus intrare debet quam Celoſiæ.

NERIUM.

NERIUM foliis lineari-lanceolatis ternis, ſubtus transverſim nervoſis. *oleander.*

Nerium oleander foliis lineari-lanceolatis ternis, corollis coronatis. Lin. S. V. pag. 253.

NERIUM foliis lineari-lanceolatis ternis enerviis. *1-2. ſalicinum.*

Nerium foliis ternatis, longe lanceolatis, planis nitidis, ſpithamalibus. Forsk. Deſcr. pag. 205.

Affine Nerio Oleandro, differt foliis obtuſis, ſubtus ſubvenoſis nec nervis transverſis copioſiſſimis.

NERIUM foliis oblongo-lanceolatis ſparſis, ſubtus villoſis. *1-2. obeſum.*

Nerium obeſum; foliis ſparſis, oblongis, ramis loriformibus. Forsk. Deſcr. pag. 205.

Caudex mollis, bulbum referens ſupra terram, volumine capitis humani. Forsk. *Rami* craſſitie digiti minimi, ſubſtantia caudicis, ſuperne attenuati: floriferi lignoſi, cicatricati.

Folia ad apices ramorum, approximata, ſubpetiolata, ſæpe tripollicaria, oblonga, baſi anguſtiora, mucronata, avenia: ſubtus villoſo-tomentoſa: juniora utrinque mollia. Setæ nonnullæ rigidæ in axillis foliorum.

Corymbi terminales, multiflori. *Flores* breve pedicellati: *pedicelli* villoſi.

Calyx quinquepartitus, vix bilinearis, pubeſcens: *laciniis* lanceolatis.

Corollæ *tubus* inferne ſpatio bilineari anguſtatus, dein ampliatus, pollicaris, pubeſcens, intus lineis quinque villoſis longitudinalibus. *Limbi laciniæ* rotundatæ.

Filamenta quinque breviſſima ſuperne in tubi parte anguſtiore. *Antheræ* ſagittatæ, ſuperne cum ſtigmate cohærentes, flavæ, latere interiore macula fuſca, apice ſeta piloſa longitudine corollæ terminatæ.

Pistillum. *Germina* duo globoſa. *Stylus* unicus, longitudine antherarum. *Stigma* capitatum, apice bidentatum: lateribus quinquedentatum.

Quamvis folia ſparſa, in Contortis raro obvia, hujus tamen familiæ eſſe monſtrat antherarum figura & cohæſio cum ſtigmate, omnino ut in Nerio. Corolla & fauce nuda

ad Echitiden accedit, ſed deſunt glandulæ ad baſin germinis, cum vero Antheræ caudatæ ſunt, potius cum Forsk. ſub genere Nerii retineo, uſque dum fructus innoteſcat. Habitu ad florem Convolutum Rumph. 4. p. 85. t. 38. ſatis accedit, diverſum autem omnino eſt.

HYDROLEA.

zeylanica. HYDROLEA caule inermi, floribus ſubracemoſis, foliis lanceolatis.

Tſjeru-vallel. Rheed. Malab. 10. pag. 55. t. 28.

Nama Zeylanica: caule erecto, foliis linearibus, floribus racemoſis. Lin. S. V. pag. 265.

Steris javana. Lin. Mant. 54. S. V. pag. 264.

Steris aquatica. Burm. Ind. pag. 73. tab. 39. fig. 3.

Has tres unam eandemque eſſe plantam, docuerunt ſpecimina Herbarii Hermanni, Linnæi & Burmanni.

ERYNGIUM.

8-9. *triquetrum.* ERYNGIUM foliis radicalibus trifidis, caule ramoſiſſimo, *pedunculis triquetris*, involucris triphyllis carinatis.

Legi in campis aridis Regni Tunetani.

Caulis erectus, rigidus, ſpithamæus vel pedalis, ramoſiſſimus, teres, glaber, amethyſtinus, uti rami & flores. *Rami* alterni, divaricati, ſubdichotome ramuloſi, triquetri.

Folia *radicalia* copioſa, pollicaria, petiolata, trifida, flexilia, glabra; laciniæ laterales oblongæ, apice inciſæ, dentatæ: dentibus ſpinuloſis; intermedia lacinia obovata, trifida: lobis tridentatis, ſpinuloſis. *Caulina* tripartita, ſemiamplexicaulia: laciniis lanceolatis, rigidis, ſpinoſis, baſi utrinque dente ſpinoſo auctis. *Petiolus* radicalium ſeſquipollicaris, planus.

Pedunculi laterales & terminales ramorum, unguiculares, rigidi, triquetri: *foliolum* tripartitum ad baſin ſinguli.

Capitulum parvum, pauciflorum, interdum ſubſeſſile.

Involucrum triphyllum: *foliolis* capitulo dimidio longioribus, lanceolatis, concavis, carinatis, rigidis, integris, apice ſpina pungente terminatis, ſetæ nullæ ad baſin involucri, ut in Eryngio amethyſtino.

Paleæ ſubulatæ, rigidæ, pungentes, longitudine floſculorum.

alpinum. ERYNGIUM foliis radicalibus cordatis, caulinis ternatis inciſis, involucris ſpinoſo-pinnatis ciliatis.

Eryngium aliud montanum. Dalech. Hiſt. pag. 1460.

Eryngium alpinum: foliis radicalibus cordatis oblongis, caulinis pinnatifidis, capitulis cylindricis. Lin. Sp. pl. pag. 337.

Eryngium foliis radicalibus petiolatis, cordatis, involucro pinnato, ciliato. Hall. hiſt. ſtirp. pag. 322. n. 736.

Differentia Eryngii alpini Mantiſſæ pag. 349. & Syſt. Veget. ed. 14. pag. 271. minime ad illam plantam pertinet, quam illuſt. a Linne olim in ſpeciebus plant. l. c. ſub hoc nomine triviali intellexit, ſed potius ſub hoc nomine in Mantiſſa ſua Eryngium meum proxime ſequens deſcripſiſſe palam eſt, quod toto coelo differt ab alpino Specierum plant. Lin. & autorum, quamvis Linnæus idem eſſe in litteris ad Gouanum datis aſſeveravit.

ERYN-

ERYNGIUM foliis radicalibus caulinisque alternis tripartitis: bis trifidis, involucris ſubulatis polyphyllis ſubſpinoſis. *Bourgati.*

Spina alba. Dalech. Hiſt. 1462.

Eryngium alpinum ſpinis horridum, Dipſaci capitulo longiori. Tournef. Inſt. R. H. pag. 327.

Eryngium Bourgati: caule ſimplici, foliis ternatis, laciniis bi-tripartitis retroflexis, rameis oppoſitis, receptaculis paleis lanceolatis integerrimis. Gouan. Illuſtr. pag. 7. tab. 3. fig. 1. 2. 3.

Eryngium foetidum; foliis glabris, ſpinoſis, radicalibus pinnatis, pinnis tripartitis. Forsk. Catal. Pl. Conſtant. pag. 23. 135.

Eryngium alpinum foliis digitatis laciniatis ſuborbiculatis, capitulo oblongo polyphyllo, paleis ſetaceis trifidis. Lin. Mant. 349. S. V. pag. 371.

Deſcriptio involucri & palearum Eryngii alpini Mant. Lin. l. c. ab alpino Specier. mutuata eſſe videtur, reliqua vero ab Er. Bourgati, cui paleæ ſubulatæ rigidæ flore longiores.

CAUCALIS.

CAUCALIS umbella univerſali ſubquinquefida: partialibus ſubtriſpermis, foliis ſupradecompoſitis cauleque decumbente villoſis. 4. 5. *pumila.*

Caucalis involucro univerſali diphyllo, partialibus pentaphyllis. Ger. Fl. Gal. Prov. pag. 137. n. 4. tab. 10.

Caucalis pumila: umbellis alternis, oppoſitifoliis, umbella bifida, umbellulis ſubdiſpermis, involucro univerſali diphyllo, partialibus pentaphyllis. Gouan. Fl. Monſp. pag. 285.

Caucalis maritima: humilis pubeſcens, laciniis foliorum obtuſiuſculis, umbellis involucratis, fructibus ovatis craſſis, aculeis inæqualibus flaveſcentibus. Poir. It. 2. pag. 166.

Daucus muricatus β. Lin. S. V. ed. 14. pag. 277.

Frequens ad Littora maris Europæ auſtralis & Barbariæ.

Caules vel *rami* decumbentes, ſuperne præſertim villoſo-ſubincani, uti folia & ſemina.

Semina in umbellis partialibus ſubſeſſilia, ſemiunguicularia, oblonga, ſulcata, piloſa, aculeata: *aculei* ſerie quadruplici in ſingulo ſemine; dorſalibus duabus, baſi dilatati, in acumine pungente deſinentes, intermedii parum longiores, unica ſeries aculeorum ad marginem utrinque cujusvis ſeminis ſimilium, aculeis dorſalibus modo majorum.

Coeterum varie ludit: Specimina alia legi ſeſquipedalia, diffuſa, foliis quadripinnatis, pinnis pinnatifidis, umbellis primariis quinque vel ſexradiatis, partialibus 4-5-6. ſpermis, involucris 5-6 phyllis, involucellis tetra-vel pentaphyllis. Exemplaria non pauca vidi caule vix palmari vel ſpithamæo, foliis ſupradecompoſitis vel decompoſitis, umbellis 2-3-4 radiatis, umbellulis 2. ſ. 3. ſpermis, involucris 2-3. phyllis. Hinc nota ab umbellis & involucris difficilis. Minime vero jure cum Dauco muricato a Linnæo conjungitur, a quo genere differt.

TAMARIX.

articulata. TAMARIX ramis articulatis: articulis turbinatis mucronatis, ſpicis racemoſis. Tab. XXXII.

T. 32. *Thuja aphylla: ſtrobilis quadrivalvibus, foliis turbinatis vaginantibus hinc mucronatis frondibus imbricatis,* LIN. Am. acad. 4. pag. 295. Syſt. Veget. pag. 861.

Tamarix orientalis. FORSK. Deſcr. pag. 206.

Habitat in India Orientali & Arabia.

Frutex virgatus. *Rami* teretes, ſquarroſi e ſquamis & vaginis perſiſtentibus, ramuloſi, virgati: *ramuli* filiformes, ſparſi, articulati: articuli apice marginati, cavi ad excipiendum inſequentem articulum.

SQUAMÆ loco foliorum é margine ſinguli articuli, ovatæ, acutæ, alternæ, patulæ.

SPICÆ verſus apicem ramorum, alternæ, ſesquipollicares, imbricatæ, teretes. *Bractea* ovatæ, acutæ, patentiſſimæ, perſiſtentes, concavæ, longitudine florum.

CALYX pentaphyllus, imbricatus: *foliolis* ſubrotundis.

COROLLA magnitudine Tamaricis gallicæ. *Petala* linearia.

STAMINA 5.

CAPSULA tetragona, pyramidata.

SEMINA ut in reliquis papposa.

Non viſa fructificatione Ill. a LINNE hanc plantam ob habitum ad Thujam retulit, ſpecimen enim, quod in ejus herbario ſub nomine Thujæ aphyllæ aſſervatur absque fructificatione, eſt omnino noſtra, diverſa tamen a Thuja cupreſſoide Mant. pag. 125. ambæ vero differunt a SHAW. Cupreſſo 188. f. 180. quæ eſt Thuja articulata noſtra.

RHEXIA.

2·3. *trichotoma.* RHEXIA floribus ſolitariis axillaribus terminalibusque, foliis ſeſſilibus oppoſitis lanceolatis hirſutis.

Rhexia trichotoma, caule inferius trichotomo; apicibus dichotomis, filiformibus, floribus ſolitariis ſubſeſſilibus. ROTT. Diſſ. pl. rar. pag. 9. tab. 5.

CAULIS fruteſcens. *Rami* tetragoni angulis hirtis, inferne trichotomi, ſuperne dichotomi.

FOLIA pollicaria, oppoſita, ſeſſilia, integerrima, hirſuta.

Pedunculi breves, in dichotomia & apice ramorum.

Petala quatuor, ovata, ciliata.

STAMINA octo.

uniflora. RHEXIA foliis petiolatis ovatis ſerratis, floribus axillaribus ſolitariis decandris, caule dichotomo.

Habitat in Caienna. Dn. von ROHR.

CAULIS herbaceus, dichotome ramoſus, ex alis quatuor decurrentibus tetragonus, pilis apice glanduloſis adſperſus, viſcoſus. *Rami* filiformes.

FOLIA petiolata, ſemiunguicularia, acuta, adſperſa pilis rarioribus adpreſſis, obſcure trinervia, margine e pilis glanduloſis ciliata, ſerrata: ſuprema anguſtiora, ſublanceolata. *Petiolus* folio brevior, pilis apice glanduloſis ciliatus.

PEDUN-

Pedunculi axillares & in dichotomia ramorum, ſolitarii, breviſſimi.
Calyces piloſi.
Petala lanceolata.
Stamina decem, petalis longiora.
Capsulæ ſubbilobæ, magnitudine ſeminis coriandri.

GOMPHIA. Schreb. Gen. pag. 291.

GOMPHIA foliis lanceolatis extrorſum ſerratis, panicula terminali, petalis calyce longioribus. *anguſtifolia.*

Habitat in India orientali. König ♄.

Glaberrima.

Folia alterna, ſeſſilia, bipollicaria, a baſi ad medium integerrima, utrinque acuta, membranacea, venis ſubtiliſſimis reticulata.

Panicula terminalis, bipollicaris.

Flores ante explicationem globoſi.

Calycis *foliola* ſubrotunda.

Petala quinque.

Stamina decem.

GOMPHIA foliis ovato lanceolatis acuminatis ſerratis, paniculis terminalibus, calycibus corollæ æqualibus. *nitida.*

Ochna nitida: calycibus corollæ æqualibus, drupis receptaculo ſuperimpoſitis, foliis ellipticis ſerratis. Sw. Prodr. pag. 67.

Dedit Dn. Banks.

Rami alterni, ſuperne flexuoſi, cortice fuſco, teretes, glabri, uti reliqua planta.

Folia breviſſime petiolata, alterna, bi- ſ. tripollicaria, pollices binos lata, coriacea, vix venoſa, læviſſima, ſerraturis mucronatis, baſi integerrima.

Panicula terminalis, ſtricta, patens, palmaris vel ultra: *pedunculi* partiales uti *pedicelli* alterni; poſt caſum florum e pedicellis perſiſtentibus ſquarroſa. *Flores* ante evolutionem ovati, obtuſi.

Calycis *foliola* longitudine petalorum, lanceolata.

Petala flava.

Filamenta tubercula decem, parva: *Antheræ* longitudine corollæ, ſubulatæ.

Germen pentagonum. *Stylus* longitudine antherarum. *Stigma* acutum.

GOMPHIA foliis lanceolatis obtuſiſſimis integerrimis emarginatis, panicula terminali. *lævigata.*

Habitat in India orientali. König.

Glaberrima, *Rami* alterni, cortice cinereo.

Folia petiolata, ſparſa, baſi acuta, apice obtuſiſſima, emarginata, bipollicaria, nitida, avenia, ſubcoriacea, unguem lata.

Petiolus breviſſimus, ad inſertionem incraſſatus.

Panicula terminalis, facie Ochn. ſquarroſæ: *pedunculi* patentiſſimi, varii parum inflexi, purpuraſcentes.

Calycina *foliola* lanceolata.

Corolla 5-petala, longitudine calycis.

Stamina decem.

Baccæ receptaculo ſuper impoſitæ.

Secundum characterem genericum in edit. Generum Plantar. Schreberi pag. 354. Ochna corolla non gaudet; Petala vero 10 adeſſe, tam in ſquarroſa quam reliquis, certo certius eſt, non enim in unico, ſed in plurimis ſpeciminibus vidi. Petala decidua; calyx perſiſtit.

CASEARIA.

ramiflora. CASEARIA floribus octandris, foliis ellipticis ſerratis utrinque glabris, ramis floriferis.

Iroucana guianenſis. Aubl. Fl. Guian. pag. 328. tab. 127.

Athenæa. Schreb. genera plantarum. pag. 259.

Ex Inſula St. Crucis miſit Dn. Pflug.

Rami cortice cinereo, glabri, apice pubeſcentes, inferne aphylli.

Folia petiolata, alterna, bipollicaria, utrinque glabra, ſubtiliſſime ſerrata, acuta, venoſa, tenella tomentoſa.

Petiolus vix ſemiunguicularis, ſtipulæ ſubulatæ, tomentoſæ, caducæ.

Flores pedunculati, aggregati in tuberculis infra folia, plures.

Pedunculi ſemiunguiculares, uniflori.

Fructus magnitudine piperis.

Genus a Samyda Nectario ſatis diſtinctum.

BERGIA.

capenſis. BERGIA foliis lanceolatis, floribus verticillatis. Lin. S. V. pag. 431.

Pola-tſjira. Rheed. Mal. 9. pag. 153. tab. 78.

Habitat in India Orientali, unde a Königio miſſa fuit, non vero in Cap. b. ſpei.

ARENARIA.

11-12. *procumbens.* ARENARIA foliis lineari-lanceolatis, caulibus proſtratis villoſis, petalis calyce brevioribus. Tab. XXXIII.

Cherleria ſedoides. Forsk. Catal. pl. Ægypt. pag. 66. n. 241.

Legi in ruderatis Tuneti. Forsk. in Ægypto.

Radix perennis.

Caules plures, proſtrati, diffuſi, pedales, baſi lignoſi, teretes, filiformes. *Rami* ſimplices, apice dichotome diviſi.

Folia ſeſſilia, oppoſita, unguicularia, ſuperiora majora, interſtitiis duplo breviora: rudimenta foliacea ex omnibus axillis.

Panicula terminalis, dichotoma. *Flores* pedunculati, arenariæ maritimæ, at minores. *Pedunculi* capillares, uniflori, pubeſcentes, ſubviſcoſi, unguiculares.

Calycis *foliola* ovato-lanceolata, margine membranacea.

Petala rubra, calyce parum breviora.

Ab Arenaria montana differt caulibus omnibus floriferis proſtratis, nec floriferis erectis, corollis quadruplo minoribus, petalis calyce brevioribus. Forsk. non differt niſi foliis parum brevioribus. Arenaria geniculata Poir. it. 2. pag. 190. forte eadem cum noſtra.

COTYLEDON.

COTYLEDON foliis teretibus, racemis terminalibus villoſo-viſcoſis, caule ramoſo. 7-8. *viſcoſa.*

Cotyledon Mucizonia. Ortega Monogr. Madrit. 1772 cum fig.

Habitat in montoſis Hiſpaniæ, verſus Toledum & alibi.

Facies Sedi.

RADIX annua.

CAULIS filiformis, brachiatus, palmaris.

FOLIA carnoſa, obtuſa, vix ſemiunguicularia.

Pedunculi terminales ramorum, plerumque ſimplices, rarius ramoſi. *Flores* racemoſi diſtantes. *Pedicelli* capillares, laxi.

CALYCIS *foliola* lanceolata, villoſo-viſcoſa.

COROLLA campanulata, pallide flaveſcens, ſtriis purpureis.

COTYLEDON foliis ſpathulato-ovatis cymæ floribus quadrifidis. LIN. S. V. p. 429. *nudicaulis.*

Cotyledon deficiens; foliis rotundis ſubcrenatis; ſtaminibus tetradynamis. FORSK. Deſcr. pag. 89.

COTYLEDON foliis lanceolatis apice ſerratis, panicula villoſa, floribus quadrifidis. 13-14. *lanceolata.*

Cotyledon lanceolata; foliis lanceolatis, ſeſſilibus, ſubcarinatis, apice ſerratis, carnoſis. FORSK. Deſcr. pag. 89.

Habitu, infloreſcentia corollisque ovatis flavis ſimilis Cotyledoni laciniatæ, diverſa foliis lanceolatis, caule, pedunculis, calycibus corollisque villoſis.

COTYLEDON foliis orbiculato-ſpathulatis integerrimis, floribus paniculatis glabris quadrifidis. 14-15. *alternans.*

Cotyledon orbiculata. FORSK. Catal. plant. Arab. pag. 112.

Tota glabra.

PEDUNCULI partiales alterni nec oppoſiti ut in antecedentibus.

COROLLA ovata, Cotyledonis laciniatæ, membranacea, ſuperne anguſtata: *laciniis* lanceolatis, flavo-rubentibus.

SEDUM.

SEDUM foliis oblongis alternis obtuſis baſi ſolutis, cyma bifida glabra. 14-15. *cœruleum.*

Sedum vermiculare pumilum, glabrum, floribus parvis cæruleis. SHAW. It. pag. 46. n. 550. fig. 550.

Creſcens inveni in fiſſuris rupium ad Manub Tuneti.

CAULIS digitalis, glaber, uti omnia, purpuraſcens, in ſolo macriori ſimplex, in pinguiori ramoſus. *Rami* altitudine & ſtructura caulis, alterni vel ſparſi, ſimplices.

FOLIA alterna, teretia, oblonga, obtuſa, in ſpeciminibus majoribus purpureo-vireſcentia, in minoribus tota rubentia.

CYMA terminalis, bifida. *Pedunculi* divaricati, flexuoſi, interdum bifidi, foliorum ſtructura foliorum caulis ſub ramificationibus. *Pedicelli* alterni, patentiſſimi. Flores parvi.

CALYX petalis brevior.

COROLLÆ *petala* lanceolata, purpureo-violacea.

Nectarii ſquamæ truncatæ, mucronatæ, ad baſin germinis.

Filamenta 10. rarius 12, longitudine petalorum. *Antheræ* globoſæ, purpureæ.

Germina quinque, ovata, acuminata, alba, longitudine filamentorum.

18·19. *pubeſcens.* SEDUM pubeſcens, *foliis oblongis obtuſis ſupra planiuſculis, cyma bifida, petalis lanceolatis.*

Legi in fiſſuris rupium Tuneti.

Caulis palmaris & ultra, carnoſus, baſi fruteſcens, ramoſus.

Rami frequentes, ſparſi, interdum oppoſiti, teretes, purpuraſcentes, pubeſcentes, uti tota planta.

Folia parum ſupra baſin adnata, alterna, ſemiunguicularia, conferta, oblonga, obtuſa, ſupra planiuſcula, verſus baſin canaliculata, ſubtus convexa, ſæpe purpuraſcentia; ſuprema ovata.

Cyma terminalis, bifida, multiflora. *Pedunculi* vix ramoſi: *pedicelli* alterni, ſolitarii, uniflori. Rarius ramulus unus vel alter floriferus infra cymam.

Calycis *foliola* ovata, obtuſa, minime carnoſa.

Petala canaliculata, extus villoſa, flava, intus purpureo-punctata, magnitudine ſedi acris.

villoſum. SEDUM foliis oblongis ſupra planiuſculis pedunculisque axillaribus ſubunifloris pubeſcentibus, petalis ovatis obtuſiuſculis.

Sedum villoſum: caule erecto, foliis planiuſculis pedunculisque ſubpiloſis. Lin. S. V. pag. 431.

RESEDA.

caneſcens. RESEDA foliis lanceolatis undulatis piloſis. Lin. S. V. pag. 448.

Reſeda hexagyna; foliis lanceolatis repandis, undulatis, ~~floribus~~ hexagynis. Forsk. Deſcr. pag. 92.

An Reſeda caneſcens Specier. plantarum Lin. pag. 644. eadem planta ac Reſ. caneſc. Syſtemat. veget. ed. 14. Noſtra egregie conſentit cum deſcriptione caneſc. Syſt. Veg. nomen vero Reſ. caneſcentis Specier. plantar. uti etiam figura Clusii aliam plantam indicare videntur.

5-6. *dipetala.* RESEDA foliis linearibus integerrimis, floribus tetragynis dipetalis: petalis indiviſis. Hort. Kew. 2. pag. 132.

Reſeda capenſis; caule fruticoſo foliis linearibus ternis, apice mucronatis. Burm. Prodr. Fl. cap. pag. 13.

Habitat in C. b. ſpei. Dn. Prof. Burmannus.

Facies ſeſamoides.

Caulis ſuffruticoſus, erectus, ramoſus. *Rami* teretes, ſparſi, glabri.

Folia ſparſa, linearia, unguicularia, craſſiuſcula, acuta, glabra.

Racemus terminalis. *Flores* remotiuſculi.

Calycis foliola ſex, minuta, albo-marginata.

Petala cuneata, integerrima.

undata. RESEDA foliis pinnatis undulatis, floribus trigynis tetragynisque. Lin. S. V. pag. 448.

Reſeda decurſiva; foliis decurſive pinnatis; foliolis ſubæqualibus; floribus trigynis. Forsk. Catal. pl. ægyt. pag. 66.

RESEDA

RESEDA foliis integris trilobisque, calycibus flore brevioribus. Lin. S. V. pag. 448. *mediterranea.*
Reſeda tetragyna; tetragyna; alba; foliis lanceolatis, repandis; interdum baſi pinnatim inciſis; calycis dente ſupremo æquali. Forsk. Deſcr. pag. 92.
Folia undulata.

EUPHORBIA.

EUPHORBIA aculeata nuda, caule tereti ſulcato: aculeis ternis. 6-7. *triaculeata.*
Euphorbia triaculeata; caule tereti, ſeptem-ſulcato; floribus ternis ſeſſilibus ex ala aculeorum. Forsk. Deſcr. pag. 94. ubi deſcriptio habetur.
Aculeus intermedius pollicaris, laterales quintuplo minores, recurvi.

EUPHORBIA fruteſcens ramoſa, foliis oppoſitis ovatis acutis glabris integerrimis. Sw. Prodr. pag. 76. *glabrata.*
Habitat in Caribæis. Legit Dn. Martfelt, qui mecum generoſe communicavit una cum collectione ditiſſima plantarum americanarum, quas ſub Itinere Americano ipſe collegit.
Tota glabra.
Caulis erectus, inermis, articulatus, purpuraſcens. *Rami* dichotomi, inferne foliis tecti.
Folia ſeſſilia, ſemiunguicularia, longitudine articulorum, acutiuſcula, inferiora erecta, ſuperiora patentia.
Stipulæ ſubrotundæ, minutæ, pallidæ, ciliatæ.
Flores ad apices ramulorum, axillares & in dichotomia, ſolitarii, parvi, pedunculati. *Pedunculi* folio breviores.
Calyx glaber: *fauce* villis denſis albidus.
Petala quinque, ſubrotunda.
Capsula magnitudine fere ſeminis Coriandri, glabra, læviſſima.

EUPHORBIA caule ſuffruticoſo, foliis oppoſitis alternisque lineari-lanceolatis. 13-14. *linifolia.*
Habitat in Inſula St. Dominici; communicata a Dn. Thouinio.
Caulis baſi lignoſus, inferne teres glaber, ſuperne ſtriatus, angulatus, ſubhirſutus. *Rami* duo inferiores oppoſiti, caule breviores, ſuperiores alterni.
Folia petiolata, glaberrima, avenia: duo infima oppoſita, unguicularia, ovalia: reliqua alterna, linearia, utrinque attenuata, ſeſquipollicaria, ſuprema majora.
Pedunculi ex apice caulis & ramorum, ſubquini, umbellati.
Calyx glaber, uti faux.
Petala obovata, truncata, viridi-flaveſcentia.
Stamina plura.
Capsulæ glabræ, læviſſimæ, magnitudine Piſi minoris.

EUPHORBIA fruticoſa, foliis obovatis, pedunculis lateralibus trifloris. 13-14. *cuneata.*
Habitat in Arabia felici. Forsk. Nec deſcripta nec nominata inter Forskålenas invenitur.
Caulis inermis. *Rami* teretes, glabri, cortice cinereo.

FOLIA petiolata, plura ex tuberculis ramorum, unguicularia, inæqualia, glabra, avenia, integerrima.

PEDUNCULI ſuperne, ex eadem gemma cum foliis, teretes, glabri, unguiculares, triflori. *Flores* pedicellati: *pedicelli* laterales horizontales, apice ſquama una vel altera.

CALYX glaber.

Petala obovata, truncata.

Stamina numeroſa.

CAPSULA villoſa: pedicellus vix extra calycem.

14·15. *lævigata.* EUPHORBIA fruteſcens ramoſa, foliis oppoſitis oblongis obtuſis glabris integerrimis.

Habitat in India Orientali.

Tota glabra.

CAULIS inermis. *Rami* apice dichotomi, ter vel quater diviſi.

FOLIA breviter petiolata, unguicularia, articulis ramorum longiora, altero latere baſeos breviora anguſtiora, apice mucrone minuto terminata, lævia, avenia, glauco-viridia.

PEDUNCULI ſuperne ex dichotomia ramulorum, ſolitarii.

Flores parvi.

CAPSULA glabra, lævis, magnitudine ſeminis Coriandri.

24·25. *granulata.* EUPHORBIA dichotoma, foliis oppoſitis oblongis integerrimis, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procumbentibus.

Euphorbia granulata; foliis oppoſitis, obovatis, ſubſeſſilibus, integerrimis; floribus axillaribus ſolitariis. FORSK. Deſcr. pag. 94.

Habitus Euphorbiæ chamæcyſis.

CAULES plures, lignoſi, filiformes, diffuſi, dichotome ramoſi, purpuraſcentes, vix piloſi.

FOLIA breviter petiolata, duplo minora quam in chamæcyſe, oppoſita, lineari-oblonga, craſſiuſcula, oculo armato piloſa, altero latere baſeos anguſtiora.

FLORES pedunculati, minutiſſimi: *pedunculi* folio duplo breviores.

CAPSULA ſemine Sinapeos minor, piloſiuſcula.

Peplis. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis ſemicordatis, floribus axillaribus ſolitariis, caulibus procumbentibus. LIN. S. V. pag. 450.

Peplion. DALECHAMPII Hiſt. pag. 1659.

Euphorbia dichotoma; foliis oppoſitis, integris, lanceolatis, ſeſſilibus. FORSK. Deſcr. pag. 93.

CAULES pedales, procumbentes, glabri, uti tota planta, articulati: *articulis* ſeſquipollicaribus. *Rami* alterni, dichotomi, ſæpe divaricati.

FOLIA oppoſita, petiolata, vix unguicularia, craſſiuſcula, avenia, altero latere anguſtiora & baſin verſus breviora; altero latiora, baſi in auriculum ſæpe denticulatum dilatata.

CAPSULÆ glabræ.

30·31. *imbricata.* EUPHORBIA umbella dichotoma: bifida, involucellis ſubrotundis mucronatis, foliis obovatis imbricatis ſerrulatis, caule fruticuloſo.

Habitat in Portugallia.

Fruticulus palmaris vel parum ultra, baſi ramoſus: *rami* ſimplices, teretes, foliis tecti, denticulati poſt caſum foliorum, glabri, uti tota planta.

Folia ſeſſilia, conferta, undique imbricata, cuneata, parva, bilinearia, mucronata, ſuperne denticulata, inferne integerrima.

Umbella terminalis, bis bifida. *Involucra* pentaphylla, oblonga, integerrima. *Involucella* diphylla, rotundiora.

Petala integerrima.

Stamina numeroſa: *filamenta* albida.

EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involucellis cordatis denticulatis, foliis lanceolatis ſubintegerrimis. *dulcis.*

Tithymalus nemoroſus alter foliis latioribus & firmioribus. Barrel. Ic. 840.

Euphorbia dulcis: umbella quinquefida: bifida, involucellis ſubovatis, foliis lanceolatis obtuſis integerrimis. Lin. S. V. pag. 452.

Caules glabri, erecti, ſimpliciſſimi.

Folia ſparſa, ſeſſilia, pollicaria, lineari-lanceolata, obtuſa, minutiſſime ſerrata: ſerraturis ſæpe vix niſi oculo armato videndis.

Umbella quinquefida: bis bifida; pedunculus unus vel alter ex axillis foliorum ſuperiorum bifidus. *Involucra* pentaphylla, ſtructura foliorum caulis. *Involucella* diphylla, nervoſa, inæqualiter denticulata.

Petala bicornia.

Exſiccatione minime nigreſcit, niſi male exſiccatur.

EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ſerratis glabris, capſulis lævibus. *helioſcopia.*

Euphorbia helioſcopia umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ſerratis. Lin. S. V. pag. 453.

EUPHORBIA umbella quinquefida: trichotoma, involucellis ſemicordatis, foliis cuneiformibus piloſis ſerrulatis, capſulis muricatis. 52·53. *pubeſcens.*

In cultis Tuneti legi.

Radix annua.

Involucella umbellæ ſecundariæ & ultimæ triphylla: foliolis duobus altero latere latioribus, baſi obliquis, altero latere anguſtioribus, extrorſum parum verſus baſin dilatatis: foliolum tertium lateribus æqualibus ovato-ſubrotundum.

Primo intuitu ita ſimilis Euphorbiæ helioſcopiæ, ut eandem diceres; folia enim & modus creſcendi omnino idem; differt vero caule ſuperne, foliis, pedunculis & pedicellis villoſis capſuliſque e tuberculis parvis muricatis.

EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis diphyllis reniformibus, foliis amplexicaulibus cordatis ſerratis. Lin. S. V. pag. 453. *ſerrata.*

Euphorbia retuſa; umbella trifida, dichotoma, involucris lanceolatis, foliis linearibus retuſis, denticulatis inferioribus minoribus. Forsk. Deſcr. pag. 93. Icon tab. 13.

Folia omnia in ſpeciminibus herbarii Forskålei, tam in caulibus & ramis floriferis, quam in ſterilibus, linearia, nec ut plerumque in Euphorbia ſerrata Linnæi cordata in caule florifero & linearia in ſterilibus & ramis. Præterea Forskålii ex deſertis Ægypti diſcrepat umbellis triradiatis bifidis, involucris involucelliſque cordato-attenuatis; nec ut in ſerrata Lin. quinqueradiatis: trifidis dichotomis, involucris involucel-

 liſque

liſque reniformibus. Hæc omnia ſpeciem diverſam indicare ſatis videntur, attamen ex ſpeciminibus numeroſis Euphorbiæ ſerratæ in Barbaria viſis, mire ludere ſecundum ætatem & locum ſatis ſuperque perſpexi, ut exinde omnino perſuaſus ſim, Forsk. Euph. retuſam nil niſi varietatem eſſe Euph. ſerratæ. Euph. enim ſerratam Linnæi perennem eſſe obſervavi in loco natali; præterea ſpecimina legi Euph. ſerratæ, alia foliis tantum inferioribus linearibus, ſuperioribus cordatis acutis, alia vero foliis ſuperioribus cordato-acuminatis, alia denique foliis omnibus linearibus. Sic etiam umbellas trifidas, quinquefidas, involucris reniformibus vel cordato-acuminatis inveni, & hæ omnes variationes non raro occurrunt in caulibus ejusdem radicis. Frequentior tamen varietas eſt umbellis trifidis, rarius umbellis primariis quadrifidis.

Euphorbiam bis umbellatam Poir. it. 2. pag. 195. Tab. 4. nihil aliud quam varietatem eſſe alicujus Euphorbiæ, forte jam notæ, eo perſuaſus ſum, cum ut alia præteream, ſpecimina plura Euphorbiæ Paraliæ legi in maritimis Barbariæ tali umbella duplici inſtructa, quæ tamen ob eam notam ſaltem, quamvis in pluſimis ſpeciminibus occurrat, nemo jure disjungit.

PSIDIUM.

1-2. *pumilum.* PSIDIUM foliis lanceolatis lineatis acutis, pedunculis unifloris, fructu globoſo.

Cujavillus. Rumph. Amb. 1. pag. 145. t. 49.

Habitat in Zeylona. König.

Facies exacta Pſ. pyriferi, at omnia 5-duplo minora. Frutex bipedalis. *Rami* tetragoni, villoſo-cinerei.

Folia petiolata, oppoſita, ſeſſilia, pollicaria, integerrima, ſupra glabra, ſubtus villoſa.

Petiolus breviſſimus.

Pedunculi ex apice ramulorum, gemini, unguiculares, villoſi.

Calycis *foliola* lanceolata, obtuſa, coriacea, intus villoſa.

Fructus globoſus, magnitudine nucis Coryli, ſubvilloſus.

MYRTUS.

2-5. *tomentoſa.* MYRTUS pedunculis unifloris, foliis triplinerviis ſubtus tomentoſis. Hort. Kew. 2. pag. 159.

Habitat in China. Dn. Montet de la Mark.

Rami teretes, tomentoſi.

Folia petiolata, oppoſita, ſesquipollicaria, elliptica, obtuſa, ſupra obſcura venoſa, margine reflexa, triplinervia: nervis ſubtus magis conſpicuis, ſupra glabra, ſubtus incana, tomentoſa.

Petiolus breviſſimus.

Pedunculi axillares & terminales, ſolitarii, oppoſiti, unguiculares, tomentoſi.

Bracteæ duæ, parvæ, oblongæ, ad baſin calycis.

Calyx turbinatus, tomentoſus: *laciniis* quatuor rotundatis.

Petala oblonga, unguicularia, extus tomentoſa, incana, intus purpurea.

MYR-

MYRTUS pedunculis lateralibus terminalibusque unifloris, foliis oblongis nitidis, ſubtus punctatis. 2-3. *ceraſina.*

Arbor baccifera myrtifolia latiore fructu nigro Ceraſino dipyreno. SLOAN. Hiſt. 2. pag. 107.

Habitat in Inſulis Caribæis. PFLUG ♄.

Tota glabra. *Rami* teretes, cortice cinereo. *Ramuli* juniores ſquamis lineari-lanceolatis, ſemiunguicularibus, imbricatis, demum remotis, deciduis.

FOLIA petiolata, oppoſita, pollicaria, obtuſa, ſupra ſubvenoſa nitida, medio ſulco exarata: ſubtus avenia, pallida, confertim punctata.

Pedunculi interdum quatuor ex eadem gemma, plerumque axillares oppoſiti & terminales, ſæpe infrafoliacei, uniflori, filiformes, ſeſquipollicares.

CALYCIS *laciniæ* oblongæ, obtuſæ.

Petala oblonga, obtuſa, ſemiunguicularia, alba.

MYRTUS floribus axillaribus lateralibusque ſubſeſſilibus, foliis ſeſſilibus cordatis ovatis nitidis. Sw. Prodr. pag. 78. *cordata.*

Ex Inſula St. Crucis miſit Dn. PFLUG.

Rami cinerei, glabri, uti tota planta, ſuperne compreſſi.

FOLIA ſeſſilia, oppoſita, pollicaria, ſubcoriacea, marginata, obtuſiſſima, glaberrima, venoſa, ſubtus punctata, pallidiora.

Flores axillares & in ramis aphyllis, ſeſſiles, 3 vel 4or utrinque.

MYRTUS racemis terminalibus pubeſcentibus: pedicellis unifloris, foliis lato-lanceolatis attenuatis, ſupra punctatis. *pallens.*

Communicata a Dn. FORSEITH ex America.

Rami teretes, cinerei, ſuperne compreſſiuſculi.

FOLIA petiolata, oppoſita, bipollicaria, obtuſa, ſubcoriacea, glaberrima, læviſſima, avenia, ſupra punctis impreſſis adſperſa, ſulco in medio & nervo intra marginem ut in M. zeylanica.

Petioli breviſſimi, purpuraſcentes.

Pedunculi terminales, gemini, vix unguiculares, villoſo-cinerei, uti pedicelli. *Pedicelli* pedunculo parum longiores, decuſſati, plerumque uniflori. *Bractea* ovata, minuta, ad baſin ſinguli pedicelli, duæ aliæ ad baſin calycis, ſimillimæ.

CALYX coriaceus, villoſo-cinereus: *laciniis* quatuor, oblongis.

Petala calyce duplò longiora, minutiſſime ciliata.

STAMINA longitudine petalorum.

MYRTUS racemis axillaribus breviſſimis, foliis petiolatis lato-lanceolatis acuminatis, acutis. *dumoſa.*

Habitat in America meridionali. Dedit Dn. FORSEITH.

Rami cortice tunicato, rimoſo.

FOLIA breviter petiolata, oppoſita, bipollicaria, membranacea, venis ſimplicibus transverſis numeroſis, intra marginem utrinque nervo longitudinali, ſubtus pallidiora: tenella villoſo-ſericea.

RACEMULI axillares, ſolitarii vel gemini, oppoſiti, vix ſemiunguiculares, quadriflori. *Pedicelli* uniflori, oppoſiti.

Bractea minuta ad baſin ſinguli pedicelli, duæ minutæ ad baſin calycis.

CALYX oblongus, ſubvilloſus: *laciniis* oblongis, longitudine fere germinis.

Petala quatuor.

A Myrto glabrata Swartzii differt foliis planis membranaceis, racemis paucifloris.

A Myrto diſticha ejusdem, pedunculis paucifloris, foliis non deflexis.

virgultoſa. MYRTUS racemis lateralibus terminalibusque, foliis lato-lanceolatis attenuatis.

Myrtus virgultoſa: pedunculis axillaribus terminalibusque paniculatis, pedicellis remotis decuſſatis unifloris; foliis lato-lanceolatis attenuatis, ramis virgatis, caule arboreo. Sw. Prodr. pag. 79.

Ex Inſula St. Crucis Americæ miſit Dn. Pflug.

Rami virgati, glabri, cortice cinereo, tenelli villoſi.

Folia petiolata, oppoſita, ſesquipollicaria vel ultra, baſi acutiuſcula, ſupra glabra, nitida, ſubtus pallida, venoſa: juniora ſupra ſubpunctata.

Pedunculi axillares & terminales, pubeſcentes, bini ex ſingulo axillo, foliis dimidio breviores. *Pedicelli* oppoſiti, remoti, ſemiunguiculares, filiformes, uniflori. *Bractea* ovata, minuta, ad baſin ſinguli pedicelli, binæ ſub ſingulo calyce.

Flores parvi.

Calycis *laciniæ* rotundatæ, baſi cineraſcentes.

Petala calyce duplo longiora, punctata.

Zeylanica. MYRTUS racemis axillaribus terminalibusque, pedicellis ſubquadrifloris, foliis ovatis attenuatis ſupra punctatis.

Myrtus Zeylanica pedunculis multifloris, foliis ovatis ſubpetiolatis. Lin. S. V. pag. 462.

Rami teretes, cinerei: *ramuli* compreſſi, purpuraſcentes, ſubalterni.

Folia breviſſime petiolata, oppoſita, interdum ſubalterna, ſesquipollicaria, ſubcoriacea, valde attenuata, obtuſa, avenia, glaberrima, ſupra punctis impreſſis adſperſa, ſulco longitudinali per medium exarata.

Pedunculi oppoſiti, tetragoni, bipollicares, glabri, punctis elevatis vagis: *Pedicelli* oppoſiti, tetragoni, remoti, vix unguiculares. *Flores* plerumque quatuor ex apice ſinguli pedicelli, breve pedicellati.

Calyx turbinatus e tuberculis elevatis griſeis adſperſis rugoſus: *laciniis* 4or rotundatis.

androſæmoides. MYRTUS racemis axillaribus terminalibusque ſubcompoſitis; pedicellis trifloris, foliis ovato-oblongis ſeſſilibus.

Myrtus androſæmoides pedunculis trifido-multifloris, foliis ſubovatis ſeſſilibus. Lin. S. V. pag. 462.

Tota glabra. *Rami* ſuperne obſcure tetragoni.

Folia oppoſita, maxima hujus generis, palmaria & ultra, venoſa, parum apice attenuata, obtuſa, utrinque impunctata.

Racemi terminales gemini, interdum quatuor: axillares oppoſiti, ſolitarii: omnes brachiati, tripollicares. *Pedunculi* tetragoni; *partiales* oppoſiti, patentiſſimi, remoti; inferiores trifidi, pedicellis trifloris.

Bractea ſubulata, breviſſima ad baſin ſinguli pedunculi & pedicelli, nulla ad baſin calycis.

Calyx obovatus, magnitudine ſeminis piperis, quadridentatus.

MYR-

MYRTUS pedunculis trichotomis terminalibus; foliis ſubrotundo-ellipticis convexis coriaceis aveniis punctatis utrinque nitidis. Sw. Prodr. pag. 79. *coriacea.*

Myrtus cotinifolio. Plum. Ic. t. 208. fig. 2.

Communicata a Dn. Forseith.

Tota glabra.

Folia petiolata, pollicaria, ſubrotunda, emarginata, a margine reflexo convexa, ſupra nitidiſſima, avenia, transverſim oblique obſcure nervoſo-lineata, ſubtus minus nitida: juniora utrinque venoſa, ſubtus punctis elevatis minutis adſperſa, quæ in adultioribus evaneſcunt, adultiora ſupra punctis obſcuris impreſſa.

Pedunculi purpuraſcentes, folio duplo longiores, ſubracemoſi, gemini. *Pedicelli* oppoſiti, plerumque quatuor, remotiſſimi, triflori.

Flores pedicellati: *pedicellis* ſubunguicularibus.

Calyx purpuraſcens: *laciniis* ſubrotundis.

Petala oblonga, parva.

Fructus globoſus, magnitudine piperis.

MYRTUS pedunculis axillaribus trichotomis ſimplicibusque, foliis ovatis convexiuſculis ſubcoriaceis punctatis glabris, caule arboreo. Sw. Prodr. pag. 79. *fragrans.*

Rami ſubdichotomi, glabri, uti reliqua, apice purpuraſcentes.

Folia ſubpetiolata, ad apicem ramulorum, ſesquipollicaria, obtuſiuſcula, venis ſimplicibus numeroſis utrinque marginem haud attingentibus punctisque numeroſis elevatis minutis adſperſa.

Pedunculi ex apice, bini, triflori, longitudine foliorum, compreſſi: *pedicelli* triflori: *floribus* ſeſſilibus.

POTENTILLA.

POTENTILLA foliis ternatis cuneiformibus apice trifidis. Hort. Kew 2. pag. 216. Tab. 9. 28-29. *tridentata.*

Potentilla retuſa: foliis ternatis, hirtis, apice retuſo, tridentato. Fl. Danica Tab. 799.

E Grönlandia miſſa.

Caulis herbaceus, aſcendens, ſimpliciſſimus, ſpithamæus, villis rarioribus adſperſus.

Folia petiolata, inferne congeſta, unum vel alterum in caule. *Foliola* ternata, unguicularia, glabra, avenia, baſi acuta, apice obtuſe tridentata, ſubæqualia, lateralia anguſtiora. Folia floralia tripartita, ſeſſilia, lanceolata, ad baſin & in medio pedunculorum.

Petiolus linearis, canaliculatus, longitudine foliolorum.

Stipulæ lanceolatæ.

Pedunculi ad apicem bifidi, pedunculus dichotomiæ aphyllus, uniflorus.

Calycis *foliola* lanceolata, piloſa.

Germina piloſa.

RITTERA. Schreb. Gen. pag. 364.

ſimplex. RITTERA foliis ſimplicibus, petalo ſubrotundo obovato calyce major, polyandra.
Poſſira ſimplex: foliis ſimplicibus oblongis. Sw. Prodr. pag. 82.
Habitat in Caribæis. Forseith.
Rami teretes, glabri, fuſci, punctis elevatis ſparſis albis, apice angulati.
Folia petiolata, ovata, alterna, tripollicaria, glaberrima, venoſa, integerrima, obtuſa, emarginata.
Petiolus breviſſimus, leviter marginatus, apice bidentatus, ſubtus convexus.
Stipula utrinque ſetacea, rigida, erecta, decidua.
Pedunculi axillares terminalesque, ſolitarii, rarius gemini, folio multo breviores.
Flores racemoſi, 4 vel 5 in ſingulo pedunculo; ante explicationem globoſi, magnitudine piſi.
Calyx glaber, coriaceus, craſſus, in quatuor lacinias oblongas æquales rumpens.
Petalum unicum, magnum, ſubrotundum, unguiculatum, venoſum, calyce duplo longius.
Stamina *filamenta* numeroſa, longitudine corollæ.
Germen pedicellatum, lanceolatum, utrinque acutum, compreſſum, pedicello ſuo duplo longius.

dodecandra. RITTERA foliis ſimplicibus, floribus dodecandris, petalo oblongo longitudine calycis. Tab. XXXIV.
Habitat in America meridionali. Dn. von Rohr.
Rami teretes, ſuperne pubeſcentes.
Folia petiolata, alterna, bipollicaria, ovata, baſi rotundata, acuminata acumine obtuſo, emarginata, membranacea, glaberrima, venoſa, integerrima. *Petiolus* breviſſimus, parum infra baſin folii dente utrinque minutiſſimo. *Stipula* utrinque unica, ſetacea, erecta, longitudine petioli.
Racemi axillares, folio breviores. *Pedunculi* filiformes: *pedicelli* remoti, pollicares, parum incraſſati. *Bracteæ* binæ ad baſin pedicellorum, ſetaceæ.
Calyx quadripartitus: *laciniis* oblongis, glabris, vix ſemiunguicularibus.
Petalum parvum, oblongum, longitudine calycis.
Filamenta 14-19, flava, filiformia, calyce duplo longiora.
Antheræ globoſæ.
Germen longitudine filamentorum, utrinque attenuatum.

Differt ab altera, quod tenerior & minor omnibus partibus, foliis baſi rotundatis, loco dentium petiolorum tuberculis duobus minutis; numero ſtaminum, figura & magnitudine petali ceterum maxime affinis.

TERNSTRÖMIA.

1. meridionalis. TERNSTRÖMIA foliis obovatis emarginatis integerrimis, pedunculis axillaribus.
Ternſtrömia meridionalis. Lin. Suppl. pag. 264.

Parum ab inſequente differt, foliis brevioribus, baſi acutis, apice rotundatis emarginatis, pedunculis foliis fere longioribus.

TERN-

TERNSTRÖMIA *foliis ellipticis acutis integerrimis, pedunculis lateralibus.* Sw. Prodr. pag. 81. *elliptica.*

Habitat in India occidentali. Dn. Forseith.

Rami cortice rugoſo, glabro.

Folia ſuperne in ramis, ſparſa, petiolata, alterna, bipollicaria & ultra, glaberrima, coriacea, margine parum reflexa, utrinque punctis numeroſis minutis elevatis adſperſa, baſi anguſtiora, ſupra ſubavenia, nitida.

Petiolus unguicularis, ſupra planus, ſubtus convexus.

Pedunculi verſus apicem, parum ſupra folia, ſparſi, pollicares, uniflori, purpuraſcentes.

Calycis *foliola* obtuſa, coriacea.

EROTEUM.

EROTEUM. Sw. Prodr. pag. 85. *undulatum.*

Habitat in Jamaica. Dn. Forseith, qui inter plurimas rariores Americæ plantas hanc mecum amiciſſime communicavit.

Rami ſuperne flexuoſi, piloſo-tomentoſi, præſertim verſus apicem.

Folia petiolata, alterna, bi- ſ. tripollicaria, coriacea, lato-lanceolata, utrinque acuta, glabra, ſubtus pallidiora, margine craſſiora: juniora ſubtus nervo longitudinali piloſa.

Petioli vix ſemiunguiculares.

Pedunculi axillares, quatuor vel quinque, interdum ſolitarii, uniflori, longitudine petiolorum.

Calycis *foliola* ovata, tenuiſſime ciliata, obtuſa.

Variat ramis glabris.

ALANGIUM. Juss. Gen. pl. pag. 323.

Character eſſentialis.

Calyx monophyllus ſuperus. Corolla 6-10 petala. Bacca corticoſa.

Character naturalis.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, ſex vel decem-dentatum.

Corol. ſex vel decapetala: *petalis* linearibus, revolutis, baſi hirſutis. *Nectarium* urceolatum, germen coronans.

Stam. *Filamenta* 23. capillaria, corolla dimidio breviora, baſi hirſuta. *Antheræ* erectæ, lineares, longitudine filamentorum.

Pistil. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* unicus, filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* capitatum.

Peric. *Bacca* corticoſa, globoſa, 2-3 ſperma.

Semina oblonga, compreſſa.

Prope Lechytin collocandum.

ALANGIUM *floribus decapetalis, ramis ſpineſcentibus.* *decapetalum.*

Angolam. Rheed. Mal. 4. pag. 39. tab. 17.

Grewia ſalvifolia foliis oblongis integerrimis, floribus axillaribus pluribus pedicellatis, petalis recurvis linearibus. Lin. Suppl. pag. 409. S. V. pag. 827.

Alangium decapetalum ſpinoſum, foliis alternis, oblongis, baccis glabris ſubtriſpermis. La Mark Enc. Angolam n. 1.

Rami teretes, glabri, ſparſi, ſuperne vix villoſi, apice in ſpinam deſinentes.

Folia petiolata; tripollicaria, lato-lanceolata, membranacea, venoſa, ſubtus pallidiora, ſubtrinervia, ſecundum nervos rare piloſa, utrinque acuta, integerrima.

Pedunculi axillares, plerumque terni, ſemiunguiculares, tomentoſi, ſuperne ſub germine annulati, articulati.

Calyces & Petala extus tomentoſa.

Bacca magnitudine nucis coryli, lineis aliquot elevatis, farinoſo-ſubvilloſa.

2. *hexapetalum.* ALANGIUM floribus hexapetalis, ramis inermibus.

Kara Angolam. Rheed. Mal. 4. pag. 55. t. 26.

Alangium hexapetalum inerme, foliis ovato-lanceolatis alternis, baccis tomentoſis monoſpermis. La Mark Enc. no. 2.

Differt a præcedente foliis latioribus, in acumine longiori productis & notis in differentia allatis, coeterum ſatis ſimile.

CISTUS.

24. 25. *lanceolatus.* CISTUS ſuffruticoſus: exſtipulatus, foliis lanceolatis trinerviis piloſis.

Legi in Ericetis circa Bizertam Barbariæ.

Caulis ſuffruticoſus, baſi ramoſus. *Rami* ſimpliciſſimi, palmares vel ſpithamæi, adſcendentes, folioſi, inferne glabri, ſuperne tomentoſi, incani, uti etiam baſi.

Folia ſeſſilia, bipollicaria, ſuperne verſus ſenſim minora, oppoſita; omnia lanceolata, utrinque anguſtata, acutiuſcula, piloſa, rarius glaberrima: *folia* ultima alterna.

Stipulæ tantum ad folia ultima.

Racemus terminalis, ebracteatus. *Pedicelli* filiformes, nutantes, remoti.

Calycis *foliola* ovata, tomentoſa: *exteriora* duo minora, verſus baſin interiorum, ovata, piloſa, triplo minora.

Ciſtus tuberaria differt foliis oblongis ſubtús tomentoſis rugoſis mucronatis, caule ſubaphyllo ſuperne glabro, fructu duplo majore.

A Ciſto guttato noſter diverſus eſt caule inferne perennante, foliolis calycinis exterioribus ovatis nec ſetaceis.

arabicus. CISTUS ſuffruticoſus: ſtipulatus, procumbens, foliis linearibus pedunculorum alternis, ramulorum confertis. Tab. XXXV.

Helianthemum creticum linariæ folio flore croceo. Tournef. Corol. pag. 18.

Ciſtus arabicus: ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis alternis lanceolatis planis lævibus. Lin. S. V. pag. 500.

Rami aphylli, procumbentes, demum adſcendentes, ſæpe pedales, teretes, glabri, tenues. *Ramuli* a baſi usque copioſi, pollicares, alterni, diſtantes, patentiſſimi; inferiores ſteriles; ſupremi floriferi, ſimpliciſſimi, elongati, cinereo-pubeſcentes.

Folia *in ramulis ſterilibus* conferta, bilinearia, declinata, linearia, rigidiuſcula, avenia, obtuſiuſcula, ultima tomento ſubcinerea. *Stipulæ* minutæ ovatæ.

Folia

Folia ramorum floriferorum latiora & longiora, pubeſcentia. *Stipulæ* lanceolatæ.

Racemus terminalis, 3. ſ. 4. florus, ebracteatus. *Pedicelli* diſtantes, piloſo-ſubviſcoſi verſus apicem, ſub flore parum craſſiores.

Calyx piloſus, ſubviſcoſus: *foliola interiora* trinervia, interſtitiis membranaceis: *exteriora* lanceolata.

CORCHORUS.

CORCHORUS capſulis trilocularibus trivalvibus triquetris: angulis bifidis ſcabris, foliis oblongis: ſerraturis infimis ſetaceis. Lin. S. V. pag. 101. *trilocularis.*

Corchorus æſtuans. Forsk. Deſcr. pag. 101.

UNONA.

UNONA *foliis* lanceolatis ſubtus ſericeis. *diſcreta.*

Unona diſcreta. Lin. S. V. pag. 509.

Rami pubeſcentes.

Folia ſeſquipollicaria, valde attenuata, anguſta, ſalicina, vix petiolata.

UNONA foliis ovato-oblongis utrinque glabris. Tab. XXXVI. 2. *diſcolor.*

Habitat in India Orientali. König.

Arbor *ramis* teretibus, purpuraſcentibus, glabris, apice vix villoſis.

Folia petiolata, alterna, tripollicaria, pollices binos lata, baſi rotundata, apice parum acuminata, obtuſiuſcula, integerrima, membranacea, utrinque glabra, nervoſa, ~~ſubtus~~ ſubvenoſa glauca: tenella ſubtus villoſo-ſericea.

Petiolus vix ſemiunguicularis, villoſus.

Pedunculi laterales, infrafoliacei, ſeſquipollicares, ſuperne parum craſſiores, medio foliolo lanceolato obtuſo, uniflori, ſolitarii.

Calyx triphyllus: *foliolis* ovatis, acutis, villoſis, ſemiunguicularibus.

Corolla hexapetala: *petalis* coriaceis, tomentoſis, lanceolatis, pollicaribus, tribus interioribus anguſtioribus.

Fructus pedicellati, umbellati, bi- ſ. triarticulati: *articulis* globoſis, piſo parum minoribus, terminalibus mucronatis glabris.

Receptaculum globoſum, magnitudine piſi, ſubvilloſum.

An uvaria tripetala? Dn. La Mark, Encycl. Uvaria Zeylanica, Aubl. Fl. Gu. tab. 243. diverſa planta ab Uvaria Zeylanica Lin. & forte Unonæ generis ſpecies, uti Cananga Ejusd. Tab. 244. Uvariæ ſpecies eſt.

RANUNCULUS.

RANUNCULUS foliis ſupradecompoſitis linearibus, calycibus piloſis, caule ramoſo ſericeo villoſo. Tab. XXXVII. 35-36. *millefoliatus.*

In Cultis circa promontorium Carthaginis Tuneti ♃.

Radix bulbis oblongis faſciculatis.

Caulis erectus, ſemipedalis, teres, pilis albis denſis ſericeis præſertim ſuperne tectus, ramo uno alterove; ſtructura caulis.

Folia plurima radicalia, dodrantalia, caulina 2 vel tria verſus medium ſub ramis, omnia ſupradecompoſita, tripinnata: *pinnis* 3-vel-5 fidis, laciniis linearibus, anguſtis, acutis, brevibus.

Pedunculus ex apice ramorum vel caulis terminalis, ſolitarius, uniflorus, aphyllus, palmaris.

Calycis *foliola* lanceolata, piloſa, colorata, patentia.

Petala flava, magnitudine fere Ranunculi illyrici, calyce dimidio longiora.

STACHYS.

2-3. *circinata.* STACHYS verticillis ſpicatis ſexfloris, bracteis cordatis, foliis cordatis petiolatis obtuſis crenato-dentatis.

Stachys circinata verticillis ſexfloris, foliis cordato-rotundatis crenatis. L'Herit. Stirp. n. pag. 51. tab. 26. Hort. Kew. 2. pag. 300.

Legi in ſummitate montium plumbeorum dictorum Tuneti.

Radix perennis.

Caules plures, adſcendentes, vix pedales, ſimplices, piloſiſſimi.

Folia petiolata, ſesquipollicaria, remota, obtuſa, venoſa, utrinque piloſa, groſſe obtuſe dentata: *Floralia* ſeſſilia.

Petioli hirſuti, inferiores folio duplo longiores.

Verticilli ſubſpicati, approximati. *Spica* bipollicaris, hirſuta. *Bracteæ* cordatæ, longitudine verticillorum: inferiores ſerratæ: ſuperiores integerrimæ, omnes ſpinula molli terminatæ.

Calycis laciniæ in ſpinulam albam mollem deſinentes.

Corolla purpurea. *Galea* pubeſcens.

orientalis. STACHYS foliis tomentoſis ovato-lanceolatis: floralibus verticillo brevioribus. Lin. S. V. pag. 536.

Stachys cretica. Forsk. Fl. Conſt. pag. 28. n. 264.

Caulis piloſiſſimus.

Folia rugoſa, crenata, denſiſſime piloſa, mollia, viridi caneſcentia: ſuperiora ſeſſilia.

Verticilli remoti, multiflori: *Bracteæ* ſuperiores ovatæ, integerrimæ.

Calyces hirſutiſſimi, cineraſcentes, pungentes.

Corolla flava. *Galea* extus hirſutiſſima.

15-16. *arenaria.* STACHYS verticillis ſubſpicatis hirſutis ſexfloris, calycibus ſpinoſis, foliis oblongis ſerratis obtuſis, galea bifida.

Habitat in arenoſis inter Cap. Blanco & Zebibo ad urbem Rafs Tuneti.

Radix perennis.

Caules pedales, rigidi, adſcendentes, piloſi, ramoſi.

Folia inferiora petiolata, pollicaria, oblonga, groſſe ſerrata: ſuperiora ſeſſilia, baſi anguſtata, extrorſum dilatata, omnia piloſa, obtuſa, ſubrugoſa.

Verticilli ſubſpicati, inferiores remotiores. *Folia* floralia ſub infimo verticillo ſtructura foliorum caulis, reliqua cordato-ovata, acuminata, apice ſpinoſa, pungentia, longitudine calycum, integerrima.

Caly-

Calyces hirſutiſſimi: *laciniis* lanceolatis, patentibus, rigidis, ſpinoſis, pungentibus.

Corolla purpurea. *Tubus* longitudine calycis, piloſus. *Labium* ſuperius erectum, ſubbifidum; inferius trilobum, extus piloſum.

Similis Stachyi rectæ, quæ differt foliis extrorſum acutis non dilatatis, calycis ariſtis mollibus, verticillis decemfloris, corollis flavis.

MARRUBIUM.

MARRUBIUM foliis cuneiformibus quinquedentatis plicatis, verticillis involucro deſtitutis. Lin. S. V. pag. 537. *alyſſon.*

Marrubium plicatum: foliis ſemiorbiculatis, tomentoſis rugoſis, plicato-lobatis. Forsk. pag. 213.

A Linnæi M. alyſſon. Mar. plicatum Forskålei vix differt, convenit enim caule rigido, foliis plicatis baſi in petiolum attenuatis, inæqualiter obtuſe dentatis, involucris nullis, calycibus rigidis pungentibus, differt verticillis 10-floris ut ſæpe in alyſſo, demum quod tota planta albo-lanata, tomentoſa, foliis minus cuneatis rotundioribus.

MARRUBIUM calycum limbis planis villoſis, foliis cordatis concavis, caule fruticoſo. Lin. S. V. pag. 538. *pſeudo-dictamnus.*

Moluccella fruticoſa. Forsk. Fl. conſtant. pag. 28.

THYMUS.

THYMUS floribus capitatis, caulibus procumbentibus, foliis linearibus obtuſis ſeſſilibus baſi anguſtatis. 1-2. *lævigatus.*

Thymus ſerpyllum. Forsk. Deſcr. pag. 107.

Caules fruticuloſi, filiformes, procumbentes, inferne glabri, apice villoſi, cinerei, ramoſi: *rami* articulati, annulati poſt caſum foliorum.

Folia ſeſſilia, linearia, ſemiunguicularia, obtuſiſſima, inferne verſus anguſtata, glaberrima, enervia, utrinque punctata: punctis excavatis; baſi ciliata.

Capitulum terminale, ſeſſile, hemiſphæricum, cinctum foliis plurimis ſtructura caulinorum at majora.

Calyces lineis elevatis piloſis, dentibus ciliatis, ſubulatis.

Corolla piloſiuſcula.

Stamina corolla longiora.

THYMUS pedunculis multifloris lateralibus, foliis ovatis obtuſis glabris nervoſis integerrimis. Lin. S. V. pag. 542. *Piperella.*

Thymus imbricatus; caulibus decumbentibus, imbricatis; foliis ovatis acutis; floribus axillaribus, ſolitariis ſeſſilibus. Forsk. Deſcr. pag. 108.

Forskålei planta non differt a Piperella Lin. niſi quod omnibus partibus minor eſt. Numeroſa hujus plantæ individua vidi, in aliis locis vix digitalia decumbentia, foliis confertis, floribus paucioribus in axillis, plerumque vero ſemipedalia pedunculis multifloris. Folia margine parum incraſſata eſſe & carina ciliata ſemper obſervavi.

SCUTELLARIA.

purpuraſcens. SCUTELLARIA foliis petiolatis cordato-ovatis dentatis, racemis nudis terminalibus, corollis labio utroque bifido. Sw. Prodr. pag. 89.

Habitat in Caribæis. MARTFELT.

CAULES herbacei, proſtrati, ſpithamæi, ſimplices, obſcure tetragoni, glabri.

FOLIA petiolata, pollicaria, utrinque glabra, ſubtus pallidiora, ſubavenia, remote obtuſe dentata.

RACEMUS terminalis, flexuoſus, ſeſquipollicaris.

Pedunculus communis pubeſcens. *Flores* diſtantes, alterni.

Bractea minuta in pedicello, nullæ in pedunculo communi.

CALYX oblique truncatus, integerrimus.

COROLLA pubeſcens, calyce duplo longior.

ANTIRRHINUM.

2-3. *dentatum.* ANTIRRHINUM foliis oblongis: inferioribus baſi dentato-angulatis, floralibus integerrimis, caulibus proſtratis piloſiſſimis. Tab. XXXVIII.

In Collibus aridis Tuneti.

CAULES proſtrati, pedales, interdum ſeſquipedales, piloſiſſimi, cani, baſi ramoſi.

FOLIA petiolata, alterna, copioſa, ſubvilloſa, pallide viridia, ſemipollicaria, obtuſa, mucronata: inferiora baſi inæqualiter acute dentata, interdum dentato-ſubangulata: ſuperiora integerrima.

Pedunculi axillares, ſolitarii, uniflori a medio caulis uſque ad apicem.

CALYCIS *foliola* duo ſuperiora ovato-lanceolata, inferiora 3 oblonga; omnia mucronata, membranacea, linea dorſali viridia, villoſa.

COROLLA magna, Anth. Linariæ duplo latior, pubeſcens, flava, intus infra faucem venis purpureis picta. *Calcar* corolla duplo brevius, recurvum.

macrocarpon. ANTIRRHINUM foliis oppoſitis ovatis ſerratis petiolatis, pedunculis axillaribus unifloris, capſulis compreſſis carinatis truncatis. Hort. Kew. 2. pag. 335.

Habitat in C. b. ſpei. Dn. SCHUMAKER.

CAULIS herbaceus, tetragonus, glaber, uti tota planta.

FOLIA oppoſita, pollicaria, obtuſe ſerrata, baſi integerrima, quinquenervia.

Petiolus breviſſimus.

Pedunculi axillares, ſolitarii, uniflori, folio breviores.

CALYCIS *laciniæ* lanceolatæ, acutæ, ſubæquales.

COROLLÆ *calcar* vix bilineare, corolla dimidio brevius, rectum, obtuſum.

CAPSULÆ oblongæ, calyce longiores: *valvulis* extrorſum mucronatis.

15-16. *hælava.* ANTIRRHINUM foliis lineari-lanceolatis: inferioribus ſubquaternis, glabris, floribus capitatis, calycibus piloſis, caulibus ſubſimplicibus.

Antirrhinum hælava: foliis linearibus, alternis infimis ternis; floribus racemoſo-capitatis; galea bifida, labio tridentato. FORSK. Deſcr. pag. 111.

CAULES plures, digitales vel palmares, adſcendentes, glaberrimi.

FOLIA ſeſſilia, unguicularia, glabra, craſſiuſcula, obtuſiuſcula: inferiora terna rarius quaterna: ſuperiora alterna.

FLORES in capitulum collecti, ſubſeſſiles. *Bracteæ* & *calyces* piloſo-ciliatæ.

COROLLÆ *calcar* rectum, corolla longius.

ANTIR-

ANTIRRHINUM foliis ternatis oppoſitisque ovalibus glabris, floribus capitatis, 15-16. *thymifolium.*
caulibus procumbentibus.

Habitat in arenoſis maritimis Bajonnæ copioſè.

Caules plures, filiformes, palmares, glabri, uti tota planta, procumbentes, ſubſimplices, e linea decurrente utrinque angulati.

Folia ſeſſilia, a baſi ad apicem usque fere terna, ſumma oppoſita, oblonga, craſſiuſcula, rore glauco adſperſa: inferiora rotundiora, parva, obtuſiuſcula, baſi acutiora.

Flores terminales, pauci, pedicellati in capitulo. *Bracteæ* binæ, oblongæ ad baſim pedicellorum.

Calycis *foliola* oblonga, glabra uti bracteæ.

Corolla lutea. *Calcar* parum recurvum.

Affinis A. ſupino.

ANTIRRHINUM foliis oblongis glabris: infimis ternis, ſuperioribus alternis, pe- *reflexum.*
dunculis axillaribus, caule adſcendente.

Antirrhinum reflexum: foliis ovatis alternis glabris, pedunculis axillaribus: fructiferis elongatis recurvatis, caule procumbente. Lin. S. V. pag. 557.

Copioſiſſime in cultis Tuneti, ubi floret fine menſis Februarii.

Caules plures, adſcendentes, ſæpe pedales, glaberrimi, uti tota planta.

Folia infima terna, reliqua alterna, ſubpetiolata, oblonga, baſi anguſtiora, unguicularia.

Pedunculi verſus apicem, axillares, uniflori, foliis longiores, erecti, peracta floreſcentia reflexi.

Calycis *foliola* duo ſuperiora lanceolata, reliquis anguſtiora, ſed vix longiora.

Corollæ *calcar* longitudine pedunculi. *Labium* ſuperius bifidum: *laciniis* erectis, linearibus, obtuſis, complicatis, rubellis uti calcar; *inferius* trifidum: *laciniis* rotundatis, pallidioribus.

Palatum croceum, colore croceo ad initium tubi extenſo, linea duplici villoſum.

Simbulera Forsk. Deſcript. pag. 115.

Potius ſpecies Antirrhini ultimæ diviſionis Linnæi Corollis hiantibus & a bellidifolio Lin. parum diverſa; caulis enim, uti & folia, infloreſcentia & partes fructificationis adeo ſimiles ſunt Anth. bellidifolii, ut ſi folia illis adeſſent radicalia, quæ in ſpeciminibus Herbarii Forsk. deſiderantur, nullum dubium ſupereſſet, quin ejusdem forte eſſet ſpeciei. Fructum ſe non vidiſſe aſſerit Forsk. l. c. attamen ſpecimina inveni, tam flore, quam fructu inſtructa, quæ forte b. Forsk. invenit poſtea, nec de his forſan ob morbum vel alia quacunque cauſa quidquam annotavit. Species obſcura igitur erit, donec detegitur, num folia radicalia ejusmodi ſunt ac in bellidifolio vel diverſa, de affinitate vero plantæ nullum dubium mihi ſupereſt.

SCROPHULARIA.

SCROPHULARIA glabra, foliis cordatis obtuſe dentato-inciſis, racemo terminali 4-5. *laevigata.*
compoſito aphyllo.

Habitat in montibus ad Zowan Tuneti.

Caulis herbaceus, erectus, ſimpliciſſimus, cubitalis, e lineis quatuor decurrentibus tetragonus.

Folia petiolata, bipollicaria, glaberrima, nitida, venoſa, inciſa, duplicato-dentata: dentibus obtuſis.

Petiolus folio brevior.

Racemus terminalis, erectus, ſtrictus, ſpithamæus. *Pedunculi* alterni, diſtantes, bis vel ter dichotomi: *pedicellis* divaricatis, unifloris, ſolitariis in dichotomia. *Bracteæ* ad baſin pedunculorum & pedicellorum, lineares, breves.

Calycis *laciniæ* rotundatæ, margine albo membranaceæ, corolla duplo breviores.

Corollæ magnitudine S. nodoſæ: *labium* ſuperius purpuraſcens, inferius viride luteum.

Capsula calyce longior.

12-13. *melli-fera.* SCROPHULARIA foliis glabris: inferioribus interrupte pinnatis, ſuperioribus ternatis: foliolis oblongis, floribus axillaribus.

Scrophularia mellifera: foliis pinnatis ſubinterruptis: foliolis ſubquinis oblongis, floribus axillaribus, corollæ fundo mellifero. Hort. Kew. 2. pag. 343. L'Herit. Stirp. Nov. Tom. 2. tab. 31.

Legi in arenoſis circa portum Farinam Tuneti.

Caulis herbaceus, erectus, bipedalis, ſ. tripedalis ſimplex, tetragonus, lineis 4or decurrentibus, glaber, uti tota planta.

Folia petiolata, oppoſita, palmaria: inferiora pinnata: ſuperiora ternato-pinnata: *foliolis* petiolatis alternis, diſtantibus, ſubquinis, inferioribus minoribus, terminali tripartito; omnia ſeſſilia, oblonga vel lanceolata, inæqualiter dentato-inciſa: dentibus obtuſis.

Pedunculi axillares oppoſiti, tetragoni, unguiculares, triflori. *Flores* pedicellati. *Bracteæ* 3 vel 4, lineari-lanceolatæ, longitudine pedicellorum.

Calycis *laciniæ* ſubrotundæ, margine membranaceæ.

Corolla magnitudine fere S. ſambucifoliæ, viridi-purpuraſcens.

Capsula ovata, piſo major.

BIGNONIA.

3-4. *caſſinoides.* BIGNONIA foliis ſimplicibus ellipticis coriaceis, racemo terminali.

Bignonia caſſinoides foliis ſimplicibus ovatis integerrimis coriaceis, racemis terminalibus breviſſimis paucifloris. La Mark Encycl.

Habitat ad Rio de Janeiro. Dn. Thouin.

Facies echitidis.

Rami cortice cinereo, ſuperne alternatim compreſſi, ſub foliis dilatati.

Folia petiolata, oppoſita, bipollicaria, glaberrima, nitida, multinervia, avenia, margine parum reflexa, acumine parvo terminata, integerrima.

Petiolus breviſſimus.

Racemus terminalis, erectus, pollicaris, 5 vel 6 florus.

Calyx bifidus: *laciniis* oblongis, glabris.

Corolla magna, bipollicaris, glabra.

13-14. *bijuga.* BIGNONIA foliis abrupte pinnatis bijugis: foliolis ellipticis integerrimis.

Habitat in Madagaſcar.

Rami ſuperne alternatim compreſſi, cortice cinereo, glabri.

Folia

Folia petiolata, palmaria vel parum ultra, cum pari pinnata rariſſime conjugata: *foliola* petiolata, ſesquipollicaria, interiora minora, parum acuminata, obtuſa, venoſa, ſubcoriacea, utrinque glabra, nitida.

Petiolus communis canaliculatus: partialis ſemiunguicularis, e folii baſi decurrente marginatus.

Racemus terminalis. *Pedunculus* articulatus, compreſſus, ſuperne latior: *pedicelli* filiformes, ſemiunguiculares.

Calyx campanulatus, margine ſubintegro, tubo corollæ latior.

Corolla unguicularis.

STEMODIA

STEMODIA foliis lanceolatis ſeſſilibus. *maritima.*

Stemodia maritima. Lin. S. V. pag. 573.

STEMODIA foliis oblongis petiolatis, floribus axillaribus oppoſitis. *ruderalis.*

Stemodia ruderalis, foliis ovatis ſerratis petiolatis. Retz. Obſ. faſc. 5. pag. 25.

Stemodia ruderalis. Gærtn. de fruct. pag. 243. tab. 52.

Habitat in India Orientali. König.

Caulis herbaceus, erectus, ſpithamæus, obſcure tetragonus, pubeſcens, inferne ramoſus: *rami* ſimpliciſſimi, patentiſſimi, caule breviores.

Folia oppoſita, petiolata, pollicaria vel minora, obtuſe ſerrata, dentata, venoſa, nuda, obtuſa, baſi acuta, integerrima.

Petiolus filiformis, folio brevior.

Pedunculi axillares, ſolitarii, uniflori, lineares, pubeſcentes.

Calyx pubeſcens.

STEMODIA foliis ovatis petiolatis, floribus racemoſis. *camphorata.*

Ghonakola. Herm. Muſ. Zeyl. pag. 1.

Habitat in Zeylona. König.

Caulis herbaceus, erectus, pedalis, ſimplex, pubeſcens, inferne tereriuſculus, ſuperne tetragonus.

Folia oppoſita, ſesquipollicaria, acuta, argute inæqualiter ſerrata, baſi attenuata, ſupra vix piloſa.

Racemus terminalis, erectus, ſpithamæus. *Flores* oppoſiti (in alio ſpecimine inferne alterna), ſuperne conferti, breviter pedicellati.

Bracteæ lanceolatæ, inferiores ſerratæ, ſuperiores integerrimæ, calyce longiores, pubeſcentes, uti reliqua.

Calycis *laciniæ* lanceolatæ.

Corollæ citrino-ſubvireſcentes ex ſiccatione nigræ, ut calyces. König.

Varietas datur foliis anguſtioribus, baſi integerrimis, utrinque attenuatis, ſpecie non diverſa teſte Cel. König.

Dodartia orientalis Linnæi forte eadem planta.

OROBANCHE.

major β. OROBANCHE.

Orobanche flore ſpecioſo, fimbriato, ruberrimo. Shaw. It. pag. 44. n. 452.

Orobanche foetida: caule ſimpliciſſimo pubeſcente, antheris exſertis mucronato-ſpinoſis. Poir. It. pars 2. pag. 211.

Legi in agris Tuneti inprimis fabaceis.

Radix bulboſa.

Caules ſæpe plures ex eadem radice, pedales, interdum altiores, craſſitie digiti minimi, ſubangulati, pubeſcentes, obſcure purpuraſcentes, uti tota planta, adſperſi ſquamis lineari-lanceolatis, attenuatis, ſparſis, pollicaribus, extus pubeſcentibus, intus glabris.

Spica cylindrica, dodrantalis, faſciculo bractearum terminalium comoſa. *Flores* copioſi, alterni, inferiores remotiores, ſuperiores conferti, imbricati.

Bractea ſolitaria ad baſin calycis, lanceolata, attenuata, pubeſcens, flore longior.

Calyces ſub latere inferiore corollæ, infimi diphylli: ſuperiores monophylli, bilabiati: *laciniis* bifidis ſubulatis, extus pubeſcentibus, ciliatis, corolla brevioribus.

Corolla magnitudine Orobanches majoris, glabra. *Tubus* curvatus, ſupra convexus, ſubtus planus. *Labium* ſuperius emarginatum, denticulatum: inferius trilobum, ſuperiore latius; lobis rotundatis, denticulatis, intermedio majore. *Palatum* gibboſitatibus binis, magnis.

Stamina ſub labio ſuperiore, eoque breviora, baſi dilatata, glandula aucta. *Antheræ* bifidæ: Lobi ſinguli baſi denticulo minimo.

Germen oblongum. *Stylus* pubeſcens, longitudine filamentorum. *Stigma* magnum bilobum: *lobis* rotundatis, patentibus, ſupra convexis, ſubtus planiuſculis.

Quamvis magnitudine & colore diverſa videtur ab Orobanche majore, ſpecie tamen diſtinguere nolui, cum notas nullas invenio, quibus ab Orob. majore ſatis dignoſci poteſt. Inodoram non raro inveni, uti etiam ſæpe accidit in Orob. majore. Stamina incluſa competunt etiam Orob. majori teſte Hallero, nec magis ariſta Antherarum, uti nota eſſentialis, adhiberi poteſt, cum non modo tales adſunt in Antheris Orob. majoris, ſed & in plurimis aliis. Adeoque licet varietas tantum, tamen ſatis notatu digna, deſcriptionem ex numeroſis ſpeciminibus in ſolo natali concinnatam tradere non abs re fore cenſui.

5. 6. *tinctoria.* OROBANCHE caule ſimpliciſſimo imbricato, calycibus quinquefidis obtuſis, corollis quinquefidis; lobis integerrimis.

Orobanche tinctoria. Forsk. Deſcr. pag. 112.

Habitat in Arabia & Barbaria.

Caulis ſpithamæus vel ultra, craſſitie digiti minoris, glaber, rectus ſquamis ſparſis, ovato-lanceolatis, glabris, unguicularibus, ſupremis latioribus, interdum acuminatis.

Spica tripollicaris, craſſa. *Flores* alterni, contigui, imbricati.

Bractea unguicularis, longitudine calycis, ſtructura ſquamarum caulis, ſub ſingulo flore: duæ lineares, breviores ad baſin calycis.

Calyx quinquefidus: *laciniis* oblongis, glabris, obtuſis, corolla triplo brevioribus.

Corolla magna, ſeſquipollicaris: *tubo* verſus limbum ampliato, curvato. *Limbus* quinquefidus: *lobis* rotundatis integerrimis.

Fila-

Filamenta corolla breviora, baſi hirſuta. *Antheræ* oblongæ, villoſæ, baſi mucrone terminatæ.

Germen oblongum. *Stylus* longitudine filamentorum. *Stigma* magnum.

Variat corollis cæruleis & flaveſcentibus bracteisque anguſtioribus calyce parum longioribus.

OROBANCHE caule ramoſo, corollis quinquefidis. LIN. S. V. pag. 574. *ramoſa.*

Lathræa phelypea; calyce ſuperiore monophyllo, 4 dentato ſupra bracteam & calycem diphyllum; floribus cæruleis. FORSK. Deſcr. pag. 111.

ACHIMENES.

Character eſſentialis.

CAPSULA bilocularis. COROLLA ſubæqualis; limbo plano, quadrifido. ANTHERÆ connexæ.

Character naturalis.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis, æqualibus, perſiſtentibus.

COROLLA monopetala, campanulata, quadrifida: TUBUS calyce longior: *laciniis* ſubrotundis: inferiori parum longior.

STAM. *filamenta* quatuor didynama, tubo corollæ inſerta, eoque breviora, incurva. *Antheræ* bipartitæ, per paria connexæ.

PIST. *germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bilamellatum: laciniis lanceolatis, acutis.

PER. *Capſula* globoſa, acuta, bilocularis, bivalvis.

SEMINA numeroſa, receptaculo plano affixa.

A Seſamo differt capſula biloculari & a Columnea corolla ſubregulari nec ringente.

Nomen Achimenis uti ſupervacaneum retinui.

ACHIMENES. *ſeſamoides.*

Babel Tſjulli. RHEED. Mal. 9. pag. 169. tab. 87.

Seſamum javanicum: foliis lanceolatis dentatis ſeſſilibus. BURM. Fl. Ind. p. 133.

Columnea longifolia: foliis lanceolatis longiſſimis ſubſerratis glabris. LIN. Mant. pag. 90.

Habitat in India Orientali.

CAULIS herbaceus, erectus, bipedalis, tetragonus, craſſitie pennæ aquilinæ, glaber. *Rami* axillares, ſimpliciſſimi, oppoſiti.

FOLIA tripollicaria, ſubſeſſilia, lanceolata, ſerrata, ſupra retrorſum ſcabra, ſubtus lævia, pallidiora.

FLORES in racemo, exceptis infimis axillaribus oppoſiti, ſolitarii, patentes. *Foliola floralia* lanceolata, integerrima.

MIMULUS.

alatus. MIMULUS erectus, foliis ovatis petiolatis, caule tetragono. Hort. Kew. 2. pag. 361.

Habitat in America ſeptentrionali.

Facies M. ringentis.

Caulis e membranis quatuor e baſi petiolorum decurrentibus alatus, ſimplex, uti tota planta, glaber, ſuperne ramulo uno alterove.

Folia petiolata, bipollicaria, ovato-lanceolata, venoſa, inæqualiter ſerrata.

Pedunculi axillares, ſolitarii, oppoſiti, unguiculares, tetragoni, ſuperne incraſſati.

Calyx longitudine pedunculi: *laciniis* rotundatis, mucronatis.

Corolla calyce parum longior.

RUELLIA.

2-3. *matrophylla.* RUELLIA foliis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis, pedunculis axillaribus elongatis bifloris. Tab. XXXIX.

Habitat ad St. Martham Americes. Dn. von Rohr.

Caulis herbaceus? tetragonus, pubeſcens.

Folia petiolata, ſubſpithamæa, baſi parum per petiolum decurrentia, utrinque pilis minutis rarioribus adſperſa, ſubtus pallidiora.

Petioli pubeſcentes, ſesquipollicares.

Pedunculi axillares, oppoſiti, longitudine foliorum, teretes, pubeſcentes, bifidi. *Pedicelli* gemini, ſemipollicares, uniflori, baſi utrinque *bractea* lanceolata, ciliata, pedicello longiore: duæ aliæ ad baſin ſinguli calycis ejusque longitudinis.

Calyx quinquefidus, glaber *laciniis* lanceolatis, ſubæqualibus.

Corolla ſesquipollicaris, glabra, baſi anguſtata, ſurſum verſus ſenſim ampliata: *laciniis* integerrimis, duabus ſuperioribus rotundatis, inferioribus tribus parum brevioribus ovatis.

Filamenta longitudine corollæ.

Stylus corolla longior.

3-4. *pallida.* RUELLIA foliis petiolatis ovatis, undulato-crenatis margine ſcabris, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus.

Ruellia ſtrepens; flore magno violaceo, foliis obtuſis. Forsk. Deſcr. pag. 114.

Caulis obſcure tetragonus, ſulco in ſingulo latere exaratus.

Folia petiolata, pollicaria, ovato-oblonga, obtuſiuſcula, pallide viridia, glabra.

Pedunculi axillares, breviſſimi, oppoſiti, ſolitarii, uniflori. *Folium* lanceolatum utrinque ad baſin calycis, ciliatum, calyce longius.

Corollæ *tubus* calyce triplo longior, ſuperne ampliatus, pollicaris.

guttata. RUELLIA foliis ovato-lanceolatis margine ſcabris undulatis, ſpicis terminalibus imbricatis.

Ruellia guttata; foliis ovato-lanceolatis; flore albo guttato. Forsk. Deſcr. pag. 114.

Caulis ſuffruticoſus. *Rami* tetragoni, piloſi, præſertim ſub articulis.

Folia

Folia petiolata, pollicaria, vel ultra, obtuſiuſcula, baſi acuta, ſupra pilis rarioribus, avenia.

Petiolus vix unguicularis, hirtus.

Spica pedunculata, erecta, imbricata, ſesquipollicaris. *Flores* alterni.

Bracteæ 3 ad baſin ſinguli floris, lanceolatæ, attenuatæ, ſubhirtæ, ciliatæ, calyce longiores, inæquales; exterior duabus reliquis parum latior & longior, unguicularis.

Calycis *laciniæ* ſubulatæ, glabriuſculæ.

Corolla glabra.

Aliam in herbario Forskålei vidi, totam glabram, petiolis parum longioribus, foliis latioribus, in reliquis omnibus coeterum ſimilem.

RUELLIA foliis petiolatis ovatis undulato-crenatis oppoſito minore, ſpicis imbricatis ſecundis. *imbricata.*

Ruellia imbricata; floribus in axillis ſupremis congeſtis, ſecundis, ſeſſilibus; bractea obliqua, ſubrotunda. Forsk. Deſcr. pag. 113.

Habitat in Arabia felici, India Orientali & Inſula Borboniæ.

Caulis ſuffruticoſus, ramoſus. *Rami* debiles, brachiati, tetragoni: angulis acutis, reverſo-piloſis.

Folia petiolata, pollicaria, oppoſitum duplo minus, ovata, acuminata, venoſa, piloſiuſcula.

Petiolus unguicularis, laxus, pubeſcens.

Spica ex apice ramorum & ramulorum, pollicaris vel ultra, piloſa, ſecunda, imbricata. Folia floralia in dorſo ſpicæ, oblonga, acutiuſcula, baſi altero latere breviora, conſiſtentia foliorum caulis. *Bractea* anterior cordata, membranacea, valde piloſa, venoſo-reticulata. *Flores* tres vel quatuor ſub ſingula bractea, præterea bractea minor, ovata, ſtructura exterioris, ad baſin calycis.

Calyx quinquepartitus: *laciniæ* piloſæ, inæquales; *ſuperior* ovata, membranacea, reticulata, reliquis longior & quintuplo latior: *laterales* duæ ſetaceæ: duæ *inferiores* lateralibus parum latiores & longiores.

Corolla bractea exteriori parum longior.

Capsula Ruelliæ.

RUELLIA foliis ovatis ſubtus caneſcentibus, capitulo terminali, calycibus bracteisque nervoſis ariſtatis, caule fruticoſo. *ariſtata.*

Habitat in Arabia felici. Forsk.

Fruticulus: *ramis* inferne teretibus, glabris, cortice cinereo, lævi, ſuperne villoſis.

Folia petiolata, unguicularia, ovata, obtuſa, integerrima, craſſiuſcula, avenia, ſupra lineata, pilis minutis adpreſſis raris adſperſa, ſubtus piloſiora, caneſcentia.

Capitulum terminale, hemiſphæricum, baſi cinctum foliolis nonnullis oblongis. *Bracteæ* 3 lanceolatæ, membranaceæ, nervoſæ, in ariſtam deſinentes, piloſo-ciliatæ.

Calyx quinquepartitus: *laciniis* membranaceis, ariſta bilineari terminatis, nervoſis, piloſis, ciliatis, inæqualibus: ſuperiore oblonga, reliquis quadruplo latiore,

reticulata: lateralibus ſubulatis, dimidio brevioribus, inferioribus 2 longitudine ſuperioris, linear-ſubulatis.
Corolla extus piloſa.
Capsula glabra, oblonga, acuta, calyce brevior.

CLERODENDRUM.

phlomidis. CLERODENDRUM foliis ovatis integris dentatis angulatisque, pedunculis axillaribus ſubtrifloris.
Volkameria multiflora: ramis inermibus, foliis oppoſitis cordatis ſubdentatis acuminatis, pedunculis axillaribus multifloris. Burm. Ind. pag. 137. tab. 45. fig. 1.
Clerodendrum phlomidis foliis ovatis ſerratis canis. Lin. Suppl. pag. 292.
Folia utrinque acuta, pollicaria, integerrima, dentata, vel dentato-ſubangulata in eodem ramo, cano-vireſcentia. *Petioli* filiformes, incani, laxi.
Pedunculi plerumque triflori. *Bracteæ* duæ in ſingulo pedicello.
Calyx campanulatus, quinquefidus: *laciniis* lanceolatis, acuminatis.

paniculatum. CLERODENDRUM foliis quinquelobis denticulatis glabris, panicula brachiata, axillis lanatis.
Clerodendrum paniculatum: foliis lobatis ſerratis, panicula ampliſſima. Lin. S. V. pag. 578. excluſo Synon. Burman. Fl. Ind.
Rami tetragoni, glabri, purpurei, lateribus ſulco exarati.
Folia petiolata, oppoſita, palmaria, inferiora ſpithamæa, quinqueloba, baſi cordata, utrinque glabra, remote denticulata: *Lobi* lanceolati, acuti.
Petioli teretes, ſulcati, craſſitie pennæ columbinæ: *axillæ* hirſutæ pilis longis criſpis albidis caulem ambientibus æque ac ad baſin ramorum paniculæ.
Panicula terminalis, ſemipedalis, brachiata. *Pedunculi* partiales horizontales, oppoſiti, glabri, multoties dichotome diviſi: *ramuli* patentiſſimi. *Pedicelli* ultimi capillares.
Foliola petiolata, cordato-lanceolata ad baſin pedunculorum partialium: ſubulata ad baſin ramulorum.
Calyx glaber: *laciniis* lanceolatis.
Corolla pollicaris. *Tubus* filiformis. *Laciniæ limbi* oblongæ.

5. 6. *ſquamatum.* CLERODENDRUM foliis cordatis obſcure angulatis, paniculæ ramis dichotomis glabris.
Habitat in India Orientali. Dn. La Mark.
Rami tetragoni, glabri, ſulcis quatuor exarati.
Folia petiolata, bipollicaria & ultra, cordata, baſi ſinu profundo, parum acuminata, tri-vel quinquenervia: nervis adſcendentibus, tenera, glabra, verſus baſin obſcure angulata, vix denticulata; interdum pilis minutiſſimis ad marginem ciliata, ſubtus tecta ſquamis orbiculatis minutiſſimis.
Petiolus unguicularis ſubpiloſus.
Panicula terminalis, palmaris, patens, glabra. *Pedunculi* ter dichotomi: *pedicelli* minime racemoſi: *pedicellus* uniflorus in ſingula dichotomia.

Foliola

Foliola oppoſita, petiolata, cordata, ſubtus villoſiuſcula ſub primis ramificationibus, ſuperiora ſenſim anguſtiora: ſub ramulis ſubulata, ſeſſilia.

CALYCIS *foliola* ovata, acuta, colorata, glabra.

COROLLÆ *tubus* unguicularis.

Differt a Clerod. infortunato, foliis baſi ſinu profundo exciſis, minoribus, glabris; panicula, calyce & corolla glabra; ramis tetragonis linea exaratis.

A Clerod. trichotomo, ut patet ex ſpecimine ab amiciſſimo THUNBERGIO miſſo, foliis ſinu baſi profundo, ſubtus ſquamoſis omnibus integris nec aliis lobatis, aliis integris, convenit vero calyce.

CLERODENDRUM *foliis integris trilobisque ovatis, panicula ramis dichotomis villoſis, pedicellis racemoſis.* 5-6. *diverſifolium.*

Habitat in India Orientali. DOM. LA MARK.

Rami tetragoni, quadriſulcati, ſuperne villoſi.

FOLIA petiolata, ovata, ſeſquipollicaria, integra vel triloba, tenera, baſi acuta, ſubtrinervata, glaberrima: lobus intermedius acuminatus, laterales breves.

Petiolus folio triplo vel quadruplo brevior.

PANICULA terminalis, ſemipedalis, ramis ramulisque villoſis. *Pedunculi* partiales oppoſiti, patentes, bis vel ter dichotomi: *pedicelli* demum racemoſi.

Foliola ad baſin pedunculorum partialium petiolata, oblonga, utrinque acuta, integerrima: reliqua ſubulata.

Flores pedicellati, alterni, diſtantes.

CALYX pubeſcens: *laciniis* oblongis, acutis.

COROLLÆ *tubus* pubeſcens, pollicaris: *Labium ſuperius* bifidum; laciniis erectis, linearibus: *inferius* tribobum, patentiſſimum; lobis oblongis, lateralibus brevioribus.

A Clerod. trichotomo differt: ramis ſuperne villoſis, foliis anguſtioribus, panicula villoſa dichotoma tandem racemoſa, laciniis calycis oblongis. Lobi Corollæ vix æquales.

ACANTHUS.

ACANTHUS *foliis lanceolato-ellipticis dentatis, ſpica terminali, caule fruticoſo inermi, calycibus tetraphyllis.* Tab. XL. 5-6. *ebracteatus.*

Habitat in India Orientali. KÖNIG.

Rami teretes, glabri.

FOLIA petiolata, oppoſita, ſubſpithamæa, ſupra ſubavenia, utrinque glabra, acuta, remote dentato-ſpinoſa.

Petiolus breviſſimus.

SPICA terminalis, ſpithamæa. *Pedunculus* glaber, purpuraſcens, cicatricatus. *Flores* oppoſiti, pollicares, glabri, ſuperne imbricati. *Bractea* vix ulla niſi margo minimus ad baſin floris.

CALYX tetraphyllus: *foliola* duo *exteriora* majora, ſubrotunda, concava: *interiora* ab exterioribus involuta, oblonga, plana, ſubciliata.

COROLLÆ *labium* oblongum, intus medio piloſum.

Antheræ villis candidiſſimis piloſæ.

CAPSULA oblonga, unguicularis, nitida.

Acanthus ilicifolius differt caule aculeato, foliis oblongis brevioribus, apice non anguſtatis ſed quaſi tridentatis, marginibus dentato-ſinuatis, ſpica breviori, floribus quadruplo majoribus.

6-7. *repens.* ACANTHUS caule repente hiſpido, foliis quaternis linearibus integris ſubciliatis, floribus axillaribus ſolitariis.

Habitat in India Orientali.

Caulis baſi fruteſcens, ramoſus, diffuſus.

Folia ſeſſilia, unguicularia, inæqualia, cilia una alterave remota alba, rigida.

Calyx pubeſcens, Acanthi Maderaſpatani.

Facies Acanthi integrifolii, at caulis repens, folia anguſtiora longiora & glabra.

VITEX.

divaricata. VITEX foliis ternatis integerrimis glabris: terminali maximo, paniculis dichotomis divaricatis.

Vitex divaricata foliis ternatis integerrimis utrinque glabris, paniculis dichotomis. Sw. Prodr. pag. 93.

Frequens in Inſula Martinica & St. Crucis, Gallis: bois de Lezard. Dn. von Rohr.

Rami cortice cinereo, obſcure tetragoni, glabri.

Folia ad apices ramorum, oppoſita, petiolata, ternata: *foliola* petiolata, membranacea, utrinque glabra; *lateralia* oblonga, minora vix pollicaria, acuta, interdum acuminata; *terminale* quadri-vel quinquepollicare, ovatum, acuminatum.

Pedunculi axillares, ſolitarii, ter vel quater dichotome diviſi: *pedicellus* dichotomiæ uniflorus, filiformis, uti reliqui.

THLASPI.

1-2. *arabicum.* THLASPI ſiliculis ovalibus ſtylatis, foliis inferioribus cuneatis, ſuperioribus cordato-oblongis amplexicaulibus.

Subularia purpurea; foliis cordato-oblongis, ſubdentatis. Forsk. Deſcr. p. 117.

Iberis arabica; herbacea, foliis ovatis glabris aveniis integerrimis, ſiliculis baſi apiceque bilobis. Lin. Spec. pl. pag. 906. cum Synonymis.

Caules herbacei, diffuſi, ramoſi, uti tota planta, glaberrimi.

Folia bipollicaria, *inferiora* baſin verſus parum anguſtata, ſeſſilia, *ſuperiora* oblonga, baſi cordata, amplexicaulia, figura fere Braſſ. orientalis, *ſuprema* baſi anguſtiora, cordato-oblonga, amplexicaulia, plerumque integerrima, rarius remote denticulata: omnia avenia.

Racemus terminalis, cum ramo ulterius exceſcente.

Flores primum corymboſi, demum racemoſi.

Calycis *foliola* lanceolata.

Petala calyce longiora: *Laminæ* ſubrotundæ, purpureæ, duæ reliquis vix majores.

Silicula unguicularis, ovalis, margine lato membranaceo, ſtylo ſubulato perſiſtente, ſiliculo quadruplo breviori terminato, baſi apiceque ſinu exciſa.

Cum petala vix irregularia, & ſilicula omnino Thlaspeos, ab Iberidis genere removere non abſonum mihi viſum eſt. Cur Subulariæ ſpeciem fecit Forsk. non liquet, nil enim commune habet.

CAR-

CARDAMINE.

CARDAMINE foliis quinato-pinnatis; foliolis dentato-ſubangulatis glabris. 12-13. *latifolia.*

Naſturtium pyrenaicum aquaticum latifolium purpuraſcente flore. HERM. Parad. bat. pag. 203. cum Icone.

Legi in Hiſpania.

Planta tota glabra. CAULIS adſcendens, ſimplex, pedalis.

FOLIA petiolata, remota, pinnata cum impari, bijuga. *Foliola* oblonga, pollicaria, terminale ſubrotundum duplo majus, margine inæqualia, denticulo uno alterove.

FLORES corymboſi, plures. *Pedunculi* pollicares.

CALYCIS *foliola* oblonga, margine membranaceo, corolla triplo breviora.

Petala purpurea, unguicularia, leviter emarginata.

Sub nomine Card. chelidoniæ duæ plantæ diverſæ ob falſam citationem in Spec. plant. LIN. pag. 914. confunduntur. HERMANNI Naſturt. pyrenaicum & Cardaminem chelidonii folio BARRELIERII minime eſſe unam eandemque plantam conferenti facile patebit; deſcriptio præterea Card. chelid. LINNÆI nullo modo competit plantæ HERMANNIANÆ. Hinc noſtram latifoliam, uti & HERMANNI, quæ optime cum mea convenit tam quoad figuram quam deſcriptionem loco citato, a Card. chelidonia LINNÆI omnino eſſe diſtinctam, nullum dubium ſupereſſe exiſtimo, non bene Card. amara conjungitur cum Naſturt. pyren. HERMANNI in Syſt. Veget. pag. 594. ed. 14.

CARDAMINE foliis ternatis acuminatis, caule ramoſiſſimo. LIN. S. V. pag. 593. *Africana.*

In Arabia legit FORSKÅLEUS, in Inſula Borboniæ, DN. COMMERSON.

CAULIS pedalis, erectus, angulatus, villoſus.

FOLIA ternata, longe petiolata: *foliola* petiolata, pollicaria, lateralia parum minora, altero latere breviora, omnia ovata, ſecundum venas utrinque pilis adſperſa, acuminata, mucronata, obtuſe ſerrata, baſi & acumine integerrima: ſerraturis mucronatis.

PEDUNCULUS ex apice caulis & ramulorum. *Flores* corymboſi, demum racemoſi, parvi, pauci.

SILIQUA ſesquipollicaris, compreſſa.

SISYMBRIUM.

SISYMBRIUM cauleſcens, foliis petiolatis oblongis dentatis cauleque hiſpido. 28-29. *hiſpidum.*

Sinapis birra; foliis ovalibus, ſinuatis, hiſpidis; caule glabro; calycibus hiſpidis. FORSK. Deſcr. pag. 118.

Planta palmaris, rarius vix ſpithamæa, ramoſa, erecta, tota hiſpida, pedunculis & ſiliquis exceptis.

FOLIA pollicaria, craſſiuſcula, inæqualiter dentata, avenia, in petiolum deſinentia.

Pedicelli declinati, unguiculares.

SILIQUÆ longitudine pedicelli, lineares, remotæ.

Accedit ad Siſymb. erucaſtrum GOUANII, diverſum vero figura foliorum, hirſutie, magnitudine, caule folioſo erecto. Folia radicalia ſunt pinnatifida ſecundum FORSK. at talia in nullo ſpecimine vidi, quamvis plura aderant.

SISYMBRIUM foliis runcinatis dentatis nudis, caule lævi, ſiliquis erectis. LIN. S. V. pag. 596. *Iria.*

Siſymbrium pinnatifidum; ſiliquis glabris; foliis lyrato-pinnatifidis. FORSK. Deſcr. pag. 118.

BRASSICA.

15. *craſſifolia.* BRASSICA foliis pinnatifidis: laciniis linearibus.

Braſſica craſſifolia; foliis craſſis, pinnatifidis. Forsk. Deſcr. pag. 118.

Tota planta glabra, ramoſa.

Folia palmaria, laciniis ſuboppoſitis, pollicaribus, obtuſis, integerrimis.

Siliquæ teretes, toruloſæ, pollicares, ſtylo ſubulato terminatæ.

BUNIAS.

Cakile. BUNIAS ſiliculis ovatis lævibus ancipitibus. Lin. S. V. pag. 603.

Iſatis pinnata: foliis carnoſis, pinnatis, ſubdentatis. Forsk. Deſcr. pag. 121.

β. *Cakile ſive eruca marina latifolia.* Bauh. Hiſt. 2. pag. 868.

Iſatis ægyptiaca. Forsk. Deſcr. pag. 121.

β. Caulis herbaceus, varie flexus, teres, craſſitie pennæ anſerinæ, glaber, uti tota planta.

Folia alterna, pollicaria vel ultra, oblonga, obtuſa, carnoſa, inæqualiter crenato-ſinuata, undulata, avenia, baſi in petiolum deſinentia.

Petiolus interdum longitudine folii.

Silicula biarticulata: *articulus infimus* obovatus verſus apicem utrinque dente obtuſo; *ultimus* ovato-acuminatus, apice compreſſo ancipite, inferiore duplo longior.

Semen unicum in ſingulo loculo.

An ſpecie differt hæc a varietate α? certe ſingularis foliis latis & indiviſis, qualis nunquam in his oris obſervatur.

MELOCHIA.

nodiflora. MELOCHIA floribus conglobatis axillaribus, capſulis globoſis, foliis ovatis acuminatis glabris. Sw. Prodrom. pag. 97.

Abutilon fruticoſum. Sloan. Hiſt. 1. pag. 219. tab. 135. fig. 2.

In Inſulis Caribæis legit Dn. Martfelt.

Frutex *ramis* teretibus, alternis, glabris, purpureis, parum flexuoſis.

Folia petiolata, bipollicaria & ultra, utrinque glabra, ſupra nervoſo-venoſa, venis ſubtus purpuraſcentibus, ſerrata, acuminata, acuta.

Petiolus pubeſcens, unguicularis.

Stipulæ lanceolatæ, glabræ, longitudine florum, deciduæ.

Flores in axillis conglomerati, ſeſſiles, parvi.

Bracteæ ovatæ, longitudine florum.

Calycis *laciniæ* ovato-acuminatæ.

Corolla calyce longior.

SIDA.

ſpinoſa. SIDA foliis cordato-oblongis ſerratis, ſtipulis ſetaceis, axillis ſubſpinoſis. Lin. S. V. pag. 621.

Stewartia corchoroides; foliis ovatis, ſerratis, ſubtus villoſis. Forsk. Deſcr. pag. 126.

SIDA

SIDA foliis cordatis ſublobatis; ſtipulis reflexis, pedunculis petiolo longioribus, capſulis multilocularibus ſcabris calyce longioribus. Lin. S. V. pag. 623. *indica.*

Sida cordifolia. Forsk. Deſcr. pag. 124.

POLYGALA.

POLYGALA floribus imberbibus racemoſis lateralibus terminalibusque, caule fruticoſo piloſo, foliis oblongis. 22-23. *violacea.*

Habitat in Cayenna. Dn. von Rohr.

Caulis fruticoſus, erectus, teres, molliter piloſus.

Folia breviſſime petiolata, pollicaria, ſupra glabra, ſubtus piloſiuſcula.

Racemi laterales, oppoſitifolii, terminalesque tri- ſ. quadri-pollicares, villoſi: *pedunculi* e caſu florum denticulati. *Bracteæ* minutæ, deciduæ.

Flores nutantes, Polygalæ vulgaris parum majores.

Calyx *foliolis* ovatis, concavis.

Alæ virides. *Carina* violacea.

Capsulæ oblongæ, glabræ.

Semina retrorſum villoſa, oblonga, teretia.

Diverſa ab Aubl. Pol. violacea, quæ gaudet corollis criſtatis & caule herbaceo.

PTEROCARPUS.

PTEROCARPUS foliis pinnatis, ſtipulis nullis, fructibus ſubrotundis. *Rohrii.*

Miſit Dn. von Rohr, qui plantam in America meridionali legit.

Arbor: *Ramis* glabris, teretibus, cortice fuſco-cinereo.

Folia petiolata, alterna, pinnata cum pari, 3-4. juga. *Foliola* petiolata, ſeſquipollicaria, extrorſum ſenſim majora, alterna, ovato-oblonga, acuminata, integerrima, glabra, nitida, utrinque venis minutis numeroſiſſimis pulchre reticulata.

Petioli univerſales ſæpe ſpithamæi, flexuoſi, vix tenuiſſime tomentoſi, ſupra ſulco exarati, ſubtus leviter ſtriati: *partiales* bilineares, ad inſertionem folii ſubtus rugoſi.

Stipulæ nullæ.

Racemi axillares, folio duplo breviores, multiflori. *Pedicelli* ſparſi, filiformes, uniflori, medio *Bracteis* binis, ſetaceis. *Flores* nutantes.

Calyx campanulatus, vix tomentoſus, lævis, quinquedentatus: *dentibus* duobus ſuperioribus oblongis, obtuſis: inferioribus tribus ovatis, acutiuſculis.

Corolla papilionacea. *Vexillum* ſubrotundum, emarginatum. *Alæ* oblongæ. *Carina* dipetala.

Stamina *filamenta* decem in unum connata, ſuperne libera. *Antheræ* unica in ſingulo filamento, oblonga.

Germen oblongum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* acutum.

LEGUMEN compreſſum, membranaceum, ſubrotundum, ſeſquipollicare, glabrum, medio venoſum. SEMEN unicum.

Aſſerit Dn. von ROHR, qui plantam in ſolo natali obſervavit, non diverſam eſſe ab Apalotoa ſpicata AUBL. Fl. Guian. pag. 382. tab. 147, convenit etiam in omnibus cum figura & deſcriptione AUBLÆTII, floribus & ſtamimbus exceptis, quæ tam falſe depicta, quam deſcripta ſunt ex obſervatione viri laudati. Synonymum igitur noſtræ plantæ erit Apalatoa ſpicata AUBLÆTII, quæ Pterocarpi generis eſſe jam ſuſpicatus eſt Dn. JUSSIÆUS. Vide ejusdem genera Plantarum pag. 365.

SPARTIUM.

17. *villoſum.* SPARTIUM foliis ternatis, ramis ſpinoſis, calycibus leguminibusque hirſutis.

Cytiſus ſpinoſus, ſiliqua villoſa, incana. TOURNEF. Corol. pag. 44.

Spartium villoſum foliis ternatis, ramis ſpinoſis, calycibus leguminibusque villoſis. POIR. It. T. 2. pag. 218.

Legi in Barbaria & Neapoli.

A Spartio ſpinoſo vix diverſum, niſi calycibus leguminibusque hirſuto-lanatis, cum omnia vero reliqua ſimilia, forte potius varietas Sp. ſpinoſi eſt.

ONONIS.

8.9. *alba.* ONONIS pedunculis muticis breviſſimis, foliis ſimplicibus, ſtipulis dilatatis ſuperne ſerratis.

Ononis alba floribus ſeſſilibus racemoſis, foliis ſimplicibus. POIR. It. Tom. 2. pag. 220.

Ad Littora maris Tuneti inveni.

CAULIS pedalis, diffuſus, teres, inferne parum flexuoſus, piloſo-ſubviſcoſus, ramoſus. *Rami* ſtructura caulis, ſimpliciſſimi, inferiores procumbentes, ſuperiores patentes.

FOLIA alterna, unguicularia, remota, patentia, oblonga, argute ſerrulata: *floralia* pubeſcentia, figura foliorum caulis, minora. *Stipulæ* longitudine petioli, foliis dimidio anguſtiores, inferne integerrimæ, ſuperne argute ſerratæ.

FLORES ex alis ſupremis, primum approximati in ſpica brevi, demum remoti, breve pedunculati, ſolitarii. *Pedicelli* longitudine petioli. *Bracteæ* nullæ.

CALYX quinquefidus, piloſo-viſcoſus: *laciniis* lanceolatis, ciliatis: infima reliquis duplo latior.

COROLLA longitudine calycis, pallide rubra.

Media inter On. Alopecuroideam & On. pubeſcentem. Stipulis ſerratis, foliis floralibus ſtructura foliorum caulis modo minoribus, nec linearibus baſin verſus anguſtioribus ab On. alopecuroidea differt, Foliis omnibus ſimplicibus, ſtipulis ſerratis diſtinguitur ab On. pubeſcenti. An Ononis purpurea procumbens, oblongo rotundofolio nonnihil cordato Hort. Cath. 18. huc pertinet?

DOLI-

DOLICHOS.

DOLICHOS leguminibus racemoſis compreſſis piloſiuſculis enſiformibus, foliolis ovali-ſubrotundis glabris. 10-11. *rotundiſolius.*

Katu-tſjandi. Hort. Mal. 8. pag. 83. t. 43.

E Caribæis miſſus quantum recordor.

Caulis glaber, lignoſus, ſuperne angulatus.

Folia petiolata, ternata: *foliola* petiolata, palmaria, ovalia: terminale ſubrotundum; integra, emarginata, venoſa, utrinque glabra.

Petiolus univerſalis foliolis parum longior, vix piloſus: petioluli purpuraſcentes, piloſi.

Racemus axillaris, ſemipedalis. *Pedunculus* remote tuberculatus, ſuperne purpuraſcens: tuberculi magnitudine fere ſeminis Coriandri.

Flores 2-3 *in* ſingulo tuberculo, breviſſime pedicellati. *Bracteæ* duæ ſubrotundæ, caducæ, ad baſin floris.

Calyx campanulatus, glaber: *lacinia* ſuperior rotundata, reliquis major; inferiores ovatæ.

Corolla magna, purpurea.

Legumina tripollicaria, unguem lata, baſi apiceque obliqua, acuta, adſperſa pilis minutiſſimis adpreſſis.

Dolichos altiſſimus differt calycibus aliisque baſi villoſis.

GLYCINE.

GLYCINE foliis ternatis lanceolatis villoſis, racemis axillaribus pedunculatis, caule erecto fruticoſo. 12-13. *picta.*

Cytiſus violaceus foliis ternatis, oblongis, anguſtis, hirſutis, ſupra viridibus, ſubtus ruſeſcentibus; leguminibus compreſſis. Aubl. Fl. Guian. pag. 766. tab. 306.

In Inſula Trinitatis legit Dr. von Rohr.

Fruticulus erectus, ramoſus. *Rami* angulati, ſtriati, villis purpuraſcentibus ſubtomentoſi.

Folia petiolata, remota: *foliola* petiolata, bi- ſ. tripollicaria, lanceolata, attenuata, mucronata, utrinque villoſa, mollia, ſupra lineata, ſubtus albidiora venoſo-reticulata, venis purpuraſcenti-tomentoſis.

Petiolus breviſſimus. *Stipula* oppoſitifolia, ſubbifida: *laciniis* ſubulatis.

Pedunculi axillares, ſolitarii, foliis duplo breviores, tomentoſi, baſi *Bracteis* geminis, alternis, approximatis, ovatis. *Pedicelli* breves. Flores patentes approximati.

Calyx caneſcens, bilabiatus.

An diverſa a Glycine reticulata Sw. prodr. pag. 105?

HEDYSARUM.

HEDYSARUM foliis ſimplicibus ovalibus, leguminibus uniarticulatis incurvis extus ſpinoſis. 1-2. *rotundifolium.*

Habitat in India Orientali. König.

Caules herbacei, proſtrati, pedales, e linea utrinque decurrente ancipites, glabri, inferne ramoſi, ſuperne pilis raris adſperſi.

Folia ſubpetiolata, ovalia vel obovata, unguicularia, remota, mucronata, ſubtus punctata, utrinque pilis ſparſis adpreſſis minutis, præſertim ſubtus verſus marginem.

Stipulæ ſetaceæ.

Racemi axillares, pollicares, patentes.

Legumina declinata, ſemiunguicularia, dimidio longiora quam lata, ſtylo rigido terminata, intus curvata, margine acuto, dorſo convexo plana: aculei hamoſi plurimi ad marginem exteriorem, apice & margine interiori læves.

27-28. *repandum.* HEDYSARUM foliis ternatis repando-crenatis, racemis terminalibus elongatis.

Habitat in Arabia. Forsk.

Caulis lignoſus, teres, purpuraſcens, apice pubeſcens.

Folia petiolata, laxa, ternata. *Foliola* petiolo brevi, ovata, inæqualia; lateralia minora, altero latere obliqua; terminale ſubrhombeum, ſesquipollicare, reliquis fere duplo majus, omnia medio ad apicem repando-crenata, obtuſa, mucronata, ſubtus pallidiora, venis villoſa.

Petiolus bipollicaris, pubeſcens, baſi articulatus craſſior; ſquamæ duæ ſetaceæ inter foliola.

Stipulæ lanceolatæ, ciliatæ.

Pedunculus terminalis, erectus, ſemipedalis.

Flores remotiſſimi purpurei, ante floreſcentiam cernui. *Pedicelli* 2-3 ad ſingulum nodum, capillares, pubeſcentes, pollicares, ſubviſcoſi.

Calyces pubeſcentes.

Alæ lanceolatæ, carina breviores.

Legumen lineare.

adhærens. HEDYSARUM foliis ternatis oblongis, racemis axillaribus, leguminibus teretibus articulatis villoſis.

Habitat in India-occidentali.

Caules debiles, ſimplices, triquetri, piloſiuſculi.

Folia petiolata, ternata: *foliola* petiolata, pollicaria, oblonga, lateralia minora, utrinque adſperſa pilis raris longis adpreſſis.

Petioli ſesquipollicares, piloſi. *Stipulæ* ſemicordatæ, nervoſæ, ciliatæ, acuminatæ.

Racemi axillares, bi- & tripollicares. *Pedicelli* alterni, remoti. *Bracteæ* lanceolatæ, nervoſæ, in mucronem vix pungentem deſinentes.

Legumina pollicaria, erecta, parum incurvata, articulata: *articulis* oblongis, tectis pilis hamoſis, quibus adhærent.

An ab Hedyſaro trigono Sw. Prodr. pag. 107. diverſum?

tortuoſum. HEDYSARUM foliis ternatis ovato-lanceolatis glabris, racemis axillaribus terminalibusque, leguminibus compreſſis tortuoſis.

Hedyſarum tortuoſum: foliis ternatis ovali-oblongis obtuſis glabriuſculis, racemis erectis axillaribus, leguminibus tortuoſis compreſſis pubeſcentibus. Sw. Prodr. pag. 107.

Ex Inſula St. Crucis miſit Dn. Pflug.

Caules tenues, glabri, teretes, ramoſi.

Folia

Folia petiolata, ternata. *Foliola* unguicularia, lateralia minora, ovato-lanceolata, obtuſa, mucronata, utrinque glabra, ſubavenia, maculata.
Stipulæ ſetaceæ.
Racemi ex axillis vel apice ramorum, elongati, erecti. *Pedunculus* filiformis. *Pedicelli* capillares, plerumque oppoſiti, ſolitarii, unguiculares. *Bractea* minuta, ſetacea, ad baſin.
Legumina articulata, pubeſcentia, torta, articulis ſubrhomboidalibus, æqualibus.

HEDYSARUM foliis ternatis ovatis attenuatis ſubtus villoſis, racemis terminalibus, pedicellis ſubternis, leguminibus tortuoſis. *molle.*
Ex Inſula St. Crucis miſit Dn. Pflug.
Caulis fruteſcens.

Simile antecedenti: differt caule robuſtiore, foliis majoribus, ſubtus molliter villoſis, junioribus utrinque, minime maculatis; Pedicellis aggregatis, ſæpe 4or vel 5; Leguminibus duplo majoribus, articulo ultimo maximo ratione reliquorum.

HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus monoſpermis rugoſis, ſpicis ovatis piloſiſſimis, caulibus erectis piloſis. Tab. XLI. 61-62. *ſericeum.*
Onobrychis orientalis, argentea, fructu echinato minimo. Tournef. Corol. 26. Shaw. It. n. 431.
Ebenus pinnata: foliis pinnatis quadrijugis, ſpicis axillaribus longiſſime pedunculatis. Hort. Kew. 3. pag. 27.
Legi paſſim in montibus calcareis Tuneti.
Planta elegans, pedalis, radice perenni.
Caules plures, herbacei, ſimpliciſſimi, craſſitie pennæ columbinæ, ſtriato-angulati, erecti, valde piloſi: pilis albis, longis, mollibus, patentiſſimis.
Folia *radicalia* ſimplicia, petiolata, elliptica: *inſequentia* ternata: *caulina* pinnata cum impari, 3-4 juga. *Foliola* breviſſime petiolata, pollicaria, æqualia, oppoſita, lanceolata, mucronata, ſupra valde piloſa, incano-viridia, ſubtus ſericea.
Petiolus bipollicaris, piloſus, ſupra ſulco exaratus.
Stipula ovata, membranacea, ſemiunguicularis, purpuraſcens, bifida, laciniis lanceolatis, acuminatis.
Spicæ ovatæ, hirſutiſſimæ, ſericeo-nitidæ, multifloræ, plurimæ radicales, ſeſſiles vel breviſſime pedunculatæ, primum florentes: caulinæ longiſſime pedunculatæ, ante floreſcentiam nutantes. *Flores* conferti.
Pedunculi caulini axillares, elongati, caule altiores, ſuperne tomentoſo-incani.
Bracteæ ovatæ, acuminatæ, cinereo-purpuraſcentes, baſi virides, molliter piloſæ præſertim in dorſo & margine, concavæ, intus glabræ, calyce duplo breviores.
Calycis *laciniæ* ſetaceæ, fuſcæ, calyce ipſo triplo longiores, erectæ, apice nudiuſculæ, inferne pilis longis, denſis, mollibus, albidis tectæ uti calyx.
Corolla purpuraſcens, calyce dimidio brevior. *Vexillum* orbiculatum. *Alæ* minutæ. *Carina* vexillo brevior.
Germen orbiculatum, baſi piloſiſſimum, ſuperne villoſo-griſeum.
Legumen ſubrotundum, vix magnitudine Piperis, rugoſum.

65-66. *comoſum.* HEDYSARUM foliis pinnatis lanceolatis, racemis elongatis cylindricis, caule fruticoſo.

Habitat in India Orientali. König.

Rami angulati, villoſi.

Folia pinnata cum impari, trijuga. Foliola lineari-lanceolata, dodrantalia vel ultra, utrinque glabra, ſubæqualia, venoſa.

Petiolus longitudine foliorum, villoſus. Petioluli breviſſimi, hirſuti.

Stipulæ ovatæ, acuminatæ, nervoſæ. Duæ aliæ ſubulatæ ad ſingulum par foliorum, petiolulo longiores.

Racemus terminalis, ſpithamæus, erectus, terminatus bracteis plurimis lanceolatis attenuatis, flore quadruplo longioribus in formam comæ.

Flores breviſſime pedicellati, conferti.

Bracteæ infimæ ovatæ, acuminatæ, perſiſtentes, nervoſæ, villoſæ: *ſuperiores* deciduæ, excepta terminali.

Calyces hirſutiſſimi: *laciniis* ſetaceis.

An ab Hedyſ. crinito ſatis diverſum, differt modo foliis anguſtioribus longioribus, racemo tenuiori, terminato bracteis in formam comæ. *Legumina in meo deſiderantur* ideoque incertus ſum, num idem nec ne, præſertim cum *calycis laciniæ in meo* ſunt rectæ nec incurvatæ.

GALEGA.

cinerea. GALEGA leguminibus patentibus ſtrictis, racemis oppoſitifoliis, pedicellis ſolitariis, foliis ſubtus villoſis, ſtipulis lanceolatis.

Galega cinerea leguminibus ſtrictis patentibus pedunculatis, racemis oppoſitifoliis, foliis mucronatis ſubtus villoſis. Lin. S. V. pag. 679.

1-2. *tomentoſa.* GALEGA leguminibus ſtrictis adſcendentibus villoſis racemoſis oppoſitifoliis, pedicellis ternis, foliolis ſubtus ſericeis, ſtipulis ſubulatis.

Lathyrus tomentoſus; pedunculis unifloris ternatis. Forsk. Deſcr. pag. 135.

Caulis villoſo-ſubtomentoſus, angulatus.

Folia 4-6 juga: *foliola* pollicaria, linearia, obtuſa, mucronata, baſi acuta, ſupra glabra.

Pedunculus oppoſitifolius, dodrantalis. *Flores* remoti, pedicellati, terni ad ſingulum dentem. *Pedicelli* villoſi.

Bracteæ binæ, ſubulatæ, pedicello breviores.

Calyx villoſus.

Corollæ *vexillum* extus villoſo-cinereum.

Legumina bipollicaria.

In paucis a Gal. cinerea differt, ſcilicet ſtipulis anguſtioribus, leguminibus ternis ad ſingulum dentem pedunculi.

4-5. *grandiflora.* GALEGA leguminibus retrofalcatis pendulis racemoſis, foliolis lanceolatis, ſtipulis ovatis acuminatis, vexillis ſubtus ſericeis.

Galega grandiflora: leguminibus patentibus, ſtipulis ovatis lanceolatis, foliolis oblongis rudiuſculis ariſtatis. Hort. Kew. 3. pag. 70.

Dedit Dn. Bülow.

Caulis fruticoſus, teres, ramoſus, adſperſus pilis minutiſſimis.

Folia

Folia petiolata, palmaria, pinnata cum impari, 6 juga. *Foliola* breviter petiolata, unguicularia, extima majora, extrorſum parum latiora, ariſtata, ſupra glabra, ſubtus ad lentem piloſa.

Petiolus vix pubeſcens.

Stipulæ ovatæ, nervoſæ, purpuraſcentes, ſemiunguiculares.

Pedunculi terminales, erecti, elongati. *Flores* ad apicem, oppoſiti, approximati, nutantes.

Bracteæ ovato-oblongæ, acutæ, purpuraſcentes, deciduæ.

Calyx tomentoſo-ſericeus.

Corolla purpurea. *Vexillum* ſupra glabrum.

Legumen compreſſum, marginibus albido denſe ciliatis.

Galega Virginiana differt caule villoſo, foliis 10-12 jugis, extrorſum non latioribus, bracteis ſubulatis, leguminibus ubique villoſis.

GALEGA leguminibus rectis villoſis pendulis racemoſis, ſtipulis ſubulatis, vexillis ſupra foliisque ſubtus villoſis. 4-5. *pulchella.*

Galega pulchella: leguminibus rectis teretibus, villoſis; ſtipulis linearibus, foliolis plerisque acuminatis: acumine reflexo. Scop. Del. Fl. inſubr. P. 1. pag. 3. tab. 2.

Galega ſtricta: leguminibus rectis villoſis; racemis oppoſitifoliis, ſtipulis ſubulatis, foliis villoſis oblongis, vexillis ſupra ſericeis. Hort. Kew. 3. pag. 70.

A Galega grandiflora differt ramulis angulatis villoſis uti foliola ſubtus, ſtipulis ſubulatis parvis villoſis, bracteis ſubulatis.

TRIGONELLA.

TRIGONELLA leguminibus ſeſſilibus congeſtis arcuatis divaricatis inclinatis brevibus, pedunculis molliter mucronatis. Lin. S. V. pag. 692. *monſpeliaca.*

Trigonella ſtellata; leguminibus axillaribus, confertis, ſeſſilibus, rigidis, arcuatis; in ſtellam extenſis. Forsk. Deſcr. pag. 140.

Forsk. ſtellata nil niſi mera varietas, a Linnæi enim tantum differt foliis apice non rotundatis ſed retuſis.

HYPERICUM.

HYPERICUM floribus pentagynis axillaribus ſolitariis, foliis lanceolatis alternis, caule fruticoſo. Tab. XLII. *alternifolium.*

Habitat in India orientali. König.

Caulis arboreſcens, cortice glabro cinereo. *Rami* ſparſi, teretes, glabri.

Folia ſeſſilia, bi- ſ. tripollicaria, ſparſa, coriacea, lato-lanceolata, baſi anguſtiora, obſcure venoſa, glaberrima.

Pedunculi axillares, ſolitarii, uniflori, pollicares, angulati, verſus apicem foliolis tribus, parvis, figura foliorum ramorum.

Calycis *foliola* coriacea, rotundata, glabra, corolla triplo breviora, lævia.

Petala integra.

Germen pentagonum, ovatum, acuminatum, glabrum.

Styli quinque, reflexi.

Capsula 5-locularis, polyſperma.

11-12. *arboreſcens.* HYPERICUM floribus trigynis corollis calycibusque lævibus glabris, foliis ellipticis, racemis brachiatis, caule arboreſcente. Tab. XLIII.

Habitat in India Orientali.

Rami ſuperne tetragoni, cortice purpuraſcente, glabri.

Folia petiolata, bipollicaria & ultra, elliptica, parum acuminata, avenia, coriacea, integerrima, ſupra rore glauco adſperſa.

Racemus terminalis, compoſitus, brachiatus, ſpithamæus. *Pedunculus* univerſalis partialesque compreſſi. *Pedicelli* 4 vel quinque ad ſingulum articulum pedunculi partialis, breves.

Calyx pentaphyllus: *foliolis* ovatis, glabris, integerrimis, lævibus, nudis.

Petala quinque, longitudine & figura calycis.

Filamenta in 3-phalanges usque ad apicem fere connata.

Phalanges extus ſquarroſæ ex apicibus diſtinctis patulis filamentorum, tectæ *antheris* numeroſis, intus læves.

Germen trigonum, glabrum, ovatum.

Habitus Hyperici guineenſis, diverſum vero numero piſtillorum & inflorescentia.

26-27. *gramineum.* HYPERICUM floribus trigynis, foliis ovato-lanceolatis, caule herbaceo tetragono ſuperne dichotomo.

Hypericum gramineum: floribus trigynis, caule herbaceo tetragono dichotomo, foliis oblongo-parabolicis. Forst. Prodr. pag. 53. n. 281.

Habitat in Nova Caledonia. Dn. Prof. Fabricius.

Caulis erectus, inferne ſimplex, ſuperne dichotome ramoſus, uti tota planta, glaberrimus, e linea a latere ſingulo baſeos folii decurrente tetragonus.

Folia ſeſſilia, unguicularia, avenia, ſubtus pallidiora, inferiora anguſtiora, ſuperiora ovato-attenuata, eglanduloſa, impunctata.

Pedunculi terminales & in dichotomia, filiformes, ſolitarii, uniflori, pollicares.

Calycis *foliola* lanceolata, integerrima, eglanduloſa, longitudine corollæ.

Stamina corollam æquantia.

glanduloſum. HYPERICUM floribus trigynis, calycibus ſerrato-glanduloſis, foliis lanceolatis margine glanduloſis, caule fruticoſo.

Hypericum glanduloſum: floribus trigynis, calycibus acutis ſerrato-glanduloſis, foliis oblongo-lanceolatis pellucido-punctatis, margine glanduloſis, caule fruticoſo. Hort. Kew. 3. pag. 107.

Habitat in Madera.

Rami obſcure tetragoni, glabri, dichotomi.

Folia ſeſſilia, unguicularia, glabra, ſupra nervoſa, ſecundum nervos ſubtiliſſime lineata, utrinque punctata, apice & baſi acuta, margine glandulis ſeſſilibus.

Pedunculi ex axillis ultimis, triflori, ſolitarius in dichotomia.

Calyx corolla duplo brevior, margine glandulis fuſcis.

Corolla pallide flava, punctis fuſcis irrorata.

SCORZONERA.

4-5. *undulata.* SCORZONERA foliis lineari-lanceolatis attenuatis tomentoſis undulatis, caule ſubramoſo.

Scorzonera græca ſaxatilis foliis anguſtis undulatis tomentoſis. Tournefort Corol. pag. 39.

Habitat

Habitat paſſim in aridis regni Tunetani.

Radix perennis, craſſitie pollicis, apice e ramentis foliaceis præteriti anni aridis ſetoſus.

Caulis herbaceus, erectus, ſemipedalis, ſimpliciſſimus, ſæpe baſi ramo uno vel altero, altitudine fere caulis, teres, baſi apiceque farinaceo-tomentoſus, inferne foliatus.

Folia ſeſſilia, lineari-enſiformia, ſæpe tripollicaria, obſcure nervoſa, utrinque farinaceo-tomentoſa, carinata, infima utrinque attenuata, ſuperiora baſi dilatata.

Flos terminalis, ſolitarius, magnitudine Scorzoneræ humilis.

Pedunculus ſub flore vix incraſſatus.

Calyx imbricatus, radio duplo brevior: *foliola exteriora* ovata, acuminata; *interiora* ovato-lanceolata, omnia margine membranacea.

Corolla pallide rubra.

Antheræ fuſcæ, pollen croceum.

Stigmata ferruginea.

Pappus plumoſus.

SCORZONERA foliis linearibus dentato-pinnatifidis glabris, calycibus apice albido cartilagineis, caule erecto. *reſedifolia.*

Chondrilla ſicula Tragopogonoides maritima. Boccon. Sic. pag. 13. tab. 7. fig. A. & C. A. bona.

Scorzonera reſedifolia foliis obtuſe dentatis, calycum apicibus tomentoſis. Lin. S. V. pag. 710.

Leontodon mucronatum. Forsk. Deſcr. pag. 144.

Copioſe ad littora maris in arenoſis circa promontorium Carthaginis legi.

Radix fuſiformis.

Caulis erectus, ſimplex vel ramoſus, pedalis & ultra, teres, glaber, uti tota planta, ſtriatus, purpuraſcens.

Folia plurima radicalia, caulina pauca, alternatim inæqualiter dentata: inferiora verſus medium folii dentato-pinnatifida, dentibus omnibus mucrone albido cartilagineo terminatis.

Pedunculi ſuperne, ſubramoſi, pauci, baſi & in medio foliolis ſagittatis, integris. *Pedicelli* ſquamoſi, uniflori.

Flores ratione ſpecierum reliquarum parvi.

Calyx: *foliolis* glabris: extimis ovatis, intimis lanceolatis: omnibus obtuſis, ſquama cartilaginea terminatis.

Calycum apices nunquam tomentoſos inveni, conſtanter autem apice cartilagineo albidos uti etiam apices dentium foliorum.

SCORZONERA foliis inferioribus lyratis laciniis oblongis, mucronatis, ſuperioribus pinnatifidis. 9-10. *calcitrapifolia.*

Scorzonera orientalis, foliis calcitrapæ, flore flaveſcente. Tournefort. Corol. pag. 36.

Scorzonera pratenſis, foliis laciniatis glabris. Buxb. Cent. 2. pag. 27. tab. 22.

Trogopogon reſedæ minoris folio, ſupinum. Barrel. Ic. 800.

Scorzonera reſedifolia Retz. Obſ. Bot. Faſc. 3. pag. 42.

Legi paſſim in regno Tunetano.

Caulis erectus, herbaceus, pedalis, craſſitie pennæ anſerinæ, ſtriatus, ſcaber, ſubramoſus. *Rami* ſtructura caulis, patentes.

Folia glabra, ad radicem copioſa, palmaria, in petiolum deſinentia, lyrato-pinnatifida: laciniæ alternæ, ſubrotundæ vel oblongæ, ſæpe irregulares, mucronatæ, terminalis reliquis triplo vel quadruplo major; ſuperiora caulis remota, pauca, pinnatifida: laciniæ lineari-lanceolatæ, margine ſcabræ.

Pedunculi terminales, ſolitarii, tri-vel quadripollicares, ſubſulcati, uniflori, ſuperne folio parvo ſubulato integro.

Calyx magnitudine Sc. humilis: *foliolis* ovatis, attenuatis, carinatis, plerumque glabris, apice valde tomentoſis, albidis, interdum nudis.

Corolla ſulphurea.

Pappus plumoſus.*

* Difficultatem extricandi plantam, quam ſub nomine Scorz. reſedifoliæ intellexit Ill. a Linn., jam prius conqueſtus fuerat Cel. Retzius in Obſerv. Bot. Faſc. 3. pag. 42. Viſis variis plantis, ſpecie tamen ut credo diverſis, non minus cum differentia Scorz. reſedifoliæ Lin. convenientibus quam cum Synonymis a viro laudato allatis, diu dubitavi quænam ex binis Scorzoneris a me hic deſcriptis eſſet genuina ejus reſedifolia. Sc. calcitrapifolia mea convenit cum Synonymo Barrelierii in Specieb. plant. Linnæi citato, calycumque apicibus plerumque tomentoſis; a Chondrilla vero ſicula Boccon. ſicul. tab. 7. fig. 4, in Mantiſſ. Lin. ad Sc. reſedifoliam relata, plane aliena eſt. Altera vero reſedifolia a me hoc loco ſic nominata, in omnibus conſentit cum Bocconis figura, niſi quod Bocco plantam juſto minorem ſiſtit, minime vero congruunt apices ſquamarum calycis cum differentia Linnæi, in mea enim nunquam tomentoſi inveniuntur, ſemper vero albido-cartilaginei, ut in ſpeciminibus numeroſis obſervavi. Ambæ vero a Gouanii Sc. reſedifolia diverſæ videntur. Etiamſi ſic Linnæi planta dubia videatur, potius tamen reſedifoliam Linnæi ad meam retuli ob deſcriptionem foliorum quæ melius cum reſedifolia mea quam cum calcitrapifolia conſentit, denique quod ſpecimen reſedifoliæ herb. Linnæani, quantum recordor, eadem planta eſt ac noſtra.

Scorz. calcitrapifoliam diſtinctam eſſe ſpeciem, nec varietatem Sc. laciniatæ non dubito, quotquot enim hujus vidi ſpecimina, tam cultæ quam ſpontaneæ, laciniæ foliorum ſemper lineares fuerunt, nec ut in calcitrapifolia oblongæ, totus etiam habitus plantam omnino diverſam monſtrat.

10-11. *brevicaulis.* SCORZONERA foliis integris pinnatifidisque, caule tomentoſo ſubaphyllo unifloro. Tab. XLIV.

Legi in ſummitate montium ad Hamameliſ Tuneti.

Radix perennis, craſſitie pollicis.

Caulis herbaceus, digitalis vel palmaris, erectus, ſimpliciſſimus, tomentoſus, incanus, ſub flore parum incraſſatus.

Folia *radicalia* copioſa, caule ſæpe altiora, tomentoſa, ætate ſupra nuda, lanceolata, indiviſa, ſæpe in medio dilatata & pinnatifida; laciniis alternis, patentiſſimis, linearibus, integris, rarius pinnatifidis. *Caulina* 1-3, plerumque integra, rarius dente vel lacinula una alterave diviſa, linearia, attenuata, pollicaria.

Flos terminalis, ſolitarius, magnitudine Sc. hiſpanicæ.

Calyx imbricatus: *foliolis* latis: *exterioribus* ovatis, acuminatis: *interioribus* lanceolatis, obtuſis; omnibus pubeſcenti-ſubtomentoſis, verſus marginem fuſcis, præſertim exterioribus, apicibus lateribusque valde tomentoſis, inferne membranaceis, albis.

Corolla calyce dimidio longior, ſulphurea.

An-

Antheræ ſaturate purpureæ.

SEMINA unguicularia, teretia, lineis elevatis muricatis ſcabra.

Pappus plumoſus.

SCORZONERA foliis radicalibus runcinatis, caule ramoſo dichotomo ſubaphyllo. 13-14.*dichotoma.*
Lactuca flava; floribus ligulatis flavis. FORSK. Deſcr. pag. 143.
Legi Tuneti.

Affinis S. Picroidi, at diverſa.

CAULES plures erecti, teretes, glabri, inferne ſtriati, ſubaphylli, a baſi ramoſi: *rami* dichotomi, rigidi.

FOLIA pleraque radicalia, petiolata, dodrantalia, runcinata, glabra: laciniæ lanceolatæ, dentato-angulatæ, pollicares, extrorſum majores, denticulis minutis albidis ſubciliatæ. *Caulina* ſub binis primis ramificationibus, ſeſſilia, ſtructura radicalium: folia dein parva, lanceolata, ſenſim minora, ovata, integerrima, ſub ſingulo ramo.

FLORES terminales, ſolitarii; *pedunculis* ſub flore non incraſſatis, ſquamoſis; ſquamæ parum infra flores confertæ, ovatæ, margine membranaceæ, in calycem deſinentes.

CALYX cylindricus, glaberrimus: *foliola* exteriora ovata, margine lato membranacea, laxa; interiora linearia.

COROLLA flava, calyce longior.

PAPPUS piloſus, ſeſſilis.

PICRIS.

PICRIS calycibus laxis, pedunculis ſubaphyllis, foliis elliptico-lanceolatis cauleque ſtrigoſo aculeatis. *aculeata.*

Hieracium echioides, capitulis cardui Benedicti, majus, arabicum, folio ſinuato. TOURNEF. Inſt. pag. 470.

Picris calycibus ſimplicibus perianthio maximo obvallatis, foliis profunde ſinuatis. GRONOV. Fl. orient. n. 243.

Legi in montoſis ad Zowan, urbem Tunetanam, haud frequentem.

CAULIS erectus, pedalis, craſſitie pennæ anſerinæ, ſubramoſus, ſtriatus, adſperſus totus ſpinulis parvis rigidis pungentibus.

FOLIA plurima radicalia, oblonga, in petiolum deſinentia, bipollicaria & ultra, obtuſa, dentato-ſubſinuata, margine & in utraque pagina aculeis parvis numeroſis inæqualibus albis adſperſa. *Caulina* pauca, ſemiamplexicaulia, lanceolata, remota, dentata, aculeata uti inferiora, ſesquipollicaria, ſenſim minora, rudimenta ramulorum in axillis.

PEDUNCULI verſus ſummitatem, ramoſi, hiſpidi, foliolo uno alterove ſpinuloſo-ciliato.

CALYX calyculatus: *foliola* lineari-lanceolata, dorſo ſpinuloſo-ciliata.

SEMINA transverſim ſubſtriata. Pappus piloſus.

Differt a Picr. echioide abſentia Perianthii exterioris pentaphylli.

aſplenioides. PICRIS foliis pinnatifidis: lobis alternis rotundatis. Lin. S. V. pag. 711.
Virea ſcabra caule ramoſo, folioſo: foliis oblongis, lyrato-ſinuatis: caulinis ſeſſilibus. Scop. Del. Fl. Inſ. 2. pag. 25. tab. 13.

Copioſiſſime ad littora maris Tuneti in arenoſis legi, & ſemina cum Scopolio aliisque communicavi.

Radix perennis.

Caules plures, baſi procumbentes, hirti, præſertim baſi, angulati, ſulcati, inferne ramoſi: *ramis* adſcendentibus, ſimplicibus.

Folia plurima radicalia, petiolata, palmaria, lyrato-pinnatifida: laciniis alternis, oblongis, integris, rotundatis, ſurſum verſus ſæpe medio denticulo auctis; ſuperiora ſinuata, ſeſquipollicaria, amplexicaulia; omnia piloſa, ſcabra.

Pedunculus terminalis, erectus, ſpithamæus, piloſus, ſcaber, ſolitarius, uniflorus, ſub flore incraſſatus: adſperſus foliis linearibus, remotis, unguicularibus, integerrimis, obtuſis.

Calyx laxe imbricatus: *foliolis* lanceolatis, ſcabris.

Semina leviter transverſim ſtriata.

Pappus ſtipitatus, plumoſus.

LACTUCA.

viroſa. LACTUCA foliis horizontalibus carina aculeatis dentatis. Lin. S. V. pag. 713.
Lactuca ſinuata. Forsk. Deſcr. pag. 215.

PRENANTHES.

viminea. PRENANTHES foliorum ramentis cauli adnatis. Lin. S. V. pag. 714.
Lactuca decorticata; foliis lanceolatis; dentato-ſinuatis, glabris, appendice utrinque lineari. Forsk. Deſcr. pag. 216.

chondrilloides. PRENANTHES floſculis denis calycibus octofidis, foliis lanceolatis: radicalibus indiviſis. Lin. S. V. pag. 714.
Lactuca inermis; foliis lineari-lanceolatis, ſeſſilibus, retrorſum dentatis inermibus. Forsk. Deſcr. pag. 144.

SERIOLA.

lævigata. SERIOLA læviuſcula foliis obovatis dentatis. Lin. S. V. pag. 721.
Habitat in fiſſuris rupium Tuneti.

Radix perennis, lignoſa, palmaris & ultra, fuſiformis, ſuperne diviſus.

Folia radicalia, in roſulam aggregata, cuneiformia, in petiolum canaliculatum deſinentia, ſeſquipollicaria, plerumque glaberrima, lævia, rarius pilis nonnullis ſuperne verſus apicem rarioribus adſperſa, glauco-viridia, avenia, acutiuſcula, dentibus utrinque 3-4 remotis.

Scapus erectus, ſtriatus, pauciflorus, glaber.

Pedunculi ſuperne, 3-4, uniflori, baſi foliolo parvo ſubulato, ſub flore ſquamis 3-4 ſubulatis.

Calyx

Calyx ſubimbricatus: *foliolis* extimis brevibus, inæqualibus: interiora verſus apicem carina linea pilorum hiſpida.

Semina ſubulata, ad lentem transverſe ſtriata. *Pappus* 8-10 radiatus, ſubplumoſus.

Paleæ membranaceæ, lineares, acuminatæ, longitudine calycis.

SENECIO.

SENECIO foliis pinnato-multifidis linearibus revolutis ſubtus villoſis, caule ſublanato. Tab. XLV. 30·31. *delphinifolius.*

Jacobæa adonidis foliis floribus in umbella diſpoſitis. Shaw. Afr. n. 347.

Habitat paſſim in agris Tunetanis.

Caulis herbaceus, erectus, ſemipedalis & ultra, ſimplex, craſſitie pennæ anſerinæ, baſi interdum ramo uno vel altero, teres, piloſiſſimus; *pilis* albis longis.

Folia ſeſſilia, alterna, approximata, patentia, pinnata: pinnis oppoſitis, multifido-laciniatis: laciniæ lineares, obtuſiuſculæ, ſupra glabræ, ſubtus villoſæ, margine reflexæ.

Pedunculi verſus ſummitatem, *faſtigiati*, cauli *ſimillimi*, verſus apicem foliis binis *ſtructura foliorum caulis modo minoribus minusque diviſis.*

Flores corymboſi; *pedicelli* interdum triflori, lateralibus ſæpe unifloris, intermedii plerumque ſquamis plurimis ſetaceis longis adſperſi.

Calycis *ſquamæ* plurimæ, duplici ſerie intactæ; interiores magnæ, Senec. elegantis: exteriores inæquales, ſetaceæ.

Corollulæ radii, plures, 24, patentes.

ARNICA.

ARNICA foliis linearibus confertis denticulatis ſubtus incanis, caule fruticoſo. 6·7. *inuloides.*

Habitat in Capite b. ſpei. Dn. Bülow.

Caulis fruticoſus, teres, e caſu foliorum tuberculatus, ramoſus.

Rami alterni, ſimpliciſſimi, incani.

Folia ſeſſilia, ſparſa, linearia, craſſiuſcula, ſupra glabra, ſubtus incana, remote denticulata, interdum integerrima, margine parum revoluta, acuta.

Pedunculus ex apice ramorum, ſolitarius, bipollicaris, uniflorus, pubeſcens, aphyllus.

Calycis *foliola exteriora* lanceolata: *interiora* lato-linearia, apice rotundata.

Radius croceus, ſtriis quatuor vel quinque ſaturatioribus.

Pappus ſimpliciter ramoſus.

ANTHEMIS.

ANTHEMIS foliis pinnatis laciniatis ſubtus punctatis, pedunculis elongatis unifloris, ſeminibus coronatis, caule adſcendente. Tab. XLVI. 7·8. *punctata.*

Habitat in montibus Tunetanis haud frequens ♃.

Caulis inferne lignoſus, ramoſus. *Rami* teretes, ſimplices, vix villoſi, ſemipedales.

Folia baſi conferſiora, ſuperne remotiora, amplexicaulia, glabra, ſubtus punctis numeroſis impreſſis, craſſiuſcula pinnata: *pinnæ* ſubpinnatifidæ vel laciniatæ, dentatæ, acutæ, mucrone minuto albido terminatæ.

Pedunculus terminalis, uniflorus, longitudine ramorum, verſus medium foliolo lineari-lanceolato, apice parum incraſſatus, pubeſcens.

Flos magnitudine Anth. altiſſimæ.

Calycis *foliola* ovato-lanceolata, glabra, margine fuſca, interiora apice ſcarioſa.

Semina alula membranacea, oblonga, ab altero latere coronata.

Paleæ oblongæ, ſubulatæ, longitudine floſculorum, minime pungentes.

Affinis Anth. chiæ, ut videtur, cum vero illa mihi ignota, quibus notis ulterius differt, afferre nequeo.

BUPHTHALMUM.

14. *ramoſum.* BUPHTHALMUM foliis oppoſitis lanceolatis ſcabris enerviis denticulatis ſubciliatis, calycibus folioſis, caule hiſpido.

Buphthalmum ramoſum; foliis oppoſitis ſeſſilibus, lanceolatis, ſerrulatis; caule hiſpido, ramoſo; calycibus terminalibus, ſolitariis, obtuſe folioſis. Forsk. Deſcr. pag. 151.

Caulis herbaceus, hiſpidus, ramoſus.

Folia ſeſſilia, lanceolata, punctis minutiſſimis ſcabra, remote denticulata.

Pedunculi terminales, cum ramulo ulterius excreſcente, ſolitarii, uniflori, pollicares, hiſpidi.

Foliola *calycina exteriora* radio parum breviora quinque vel 6 lanceolata, ciliata.

Radius ſuboctoflorus: *corollulis* tridentatis, purpureo-nervoſis.

Paleæ oblongæ, apice ſubangulatæ, nervoſæ, flexiles.

Facies Helianthi.

HELIANTHUS.

12-13. *pubeſcens.* HELIANTHUS foliis oppoſitis ovato-cordatis amplexicaulibus villoſis triplinerviis, caule piloſo.

Habitat in America ſeptentrionali. Dn. Lee.

Caulis herbaceus, erectus, bipedalis vel ultra.

Folia bipollicaria, tripollicaria obſcure remote ſerrata, apice callo minuto fuſco: utrinque villoſa: juniora integerrima.

Pedunculus ex apice ramorum ſuperiorum, ſolitarius, uniflorus, apice villoſo-tomentoſus, adſperſus foliis tribus diſtantibus, alternis, ovato-lanceolatis.

Calycis *ſquamæ* erectæ, longitudine diſci, lanceolatæ, piloſæ, cinereæ.

Radius 8 vel decapetalus.

CENTAUREA.

CENTAUREA calycibus ſquama ciliatis, foliis radicalibus lyratis, impari maximo: caulinis linearibus ſemidecurrentibus. 26 27. *alata.*

Centaurea alata; calycibus ovatis glabris, ſquamis apice ſubſcarioſis, foliis viteſcentibus decurrentibus, radicalibus lyratis. La Mark. Encycl.

Centaurea alata: calycibus ciliatis: ſquamis planis adpreſſis apice ciliatis, foliis caulinis oblongis decurrentibus. Hort. Kew. 3. pag. 259.

Habitat in Tartaria. Thouin ex horto Pariſino.

Caulis herbaceus, erectus, teres, glaber, ſulcatus.

Folia *radicalia* lyrata, pedalia, ſcabriuſcula, venoſa; laciniis lineari-lanceolatis, integerrima, extrema maxima, ovato-lanceolata. *Caulina* & ramea lineari-lanceolata, integerrima, ſemidecurrentia.

Pedunculi in ſummitate, ſubpaniculati, elongati, interdum bis diviſi: *pedicelli* uniflori, ſuperne parum incraſſati, foliolo uno alterove adſperſi.

Calyx ovatus: *ſquamis* ovatis, glabris, adpreſſis, apice ſubmembranaceis, intimis ſublaceris.

Corolla flava: *corollulis* æqualibus.

CENTAUREA calycibus palmato-ſpinoſis ſeſſilibus, foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis petiolatis, ſuperioribus dentato-ſinuatis amplexicaulibus. 41-42. *cæſpitoſa.*

Jacea capite longis aculeis ſpinoſo. Bauh. Prodr. pag. 127.

Jacea purpurea maritima capitulo ſpinoſo Neapolitano. Ray. Syl. ſtirp. extra Brit. pag. 150.

Jacea maritima incana capite purpureo ſpinoſa major. Barrel. Ic. 1217. bona.

Jacea tingitana centauroides, echinato capite villoſo, ex unaquaque ſquama plurimis aculeis circulariter radiatis. Plukn. Alm. pag. 191. tab. 38. fig. 5.

Calcitrapioides maritima, caneſcens, cichoriifolio, capite magno. Vaillant in Act. Pariſ. 1718. p. 1. pag. 214.

Centaurea cæſpitoſa calycibus palmato-ſpinoſis, foliis ſinuato-dentatis, inferioribus petiolatis, ſuperioribus ſemiamplexicaulibus. Cyril. Plant. rar. Neap. faſc. 1. pag. 24. cum icone.

Copioſe provenit ad littora maris Barbariæ æque ac Neapoli & ad Terracinam Italiæ in arenoſis.

Caules plures, in arenoſis procumbentes, in locis a littore remotis erecti, pedales & ultra, ſulcati, angulati, villoſi, ramoſi. *Rami* elongati, ſimplices.

Folia *inferiora* petiolata, bipollicaria, lyrato-pinnatifida: laciniis oblongis, obtuſis, ſubdentatis, terminali majore, ovata, dentata, ſæpe acuta. *Ramorum* ſemiamplexicaulia, pollicaria, oblonga, extrorſum latiora, dentato-ſinuata, leviter arachnoidea: *floralia* 2-3 dentata, ultima arachnoidea, omnia dentibus mucronatis, ſubpungentibus.

Flos terminalis, ſolitarius.

Calyx ovatus, arachnoideus, demum glaber: *ſquamæ* ovatæ, flaveſcentes, apice ſpinis 5-7 patentiſſimis, ſæpe reflexis, lateralibus ſenſim minoribus.

Corolla purpurea. *Corollulæ* radii 5-fidi parum majores.

A Cent. romana recedit foliis non decurrentibus. An a Cent. ſphærocephala diverſa, cui certe ſatis accedere videtur? Jacea maritima cinerea capite purpureo ſpinoſo media. Barrel. Ic. 235. hujus forte varietas.

44·45· *glomerata.* CENTAUREA acaulis, calycibus palmato-ſpinoſis, foliis lyrato-pinnatifidis.

Centaurea acaulis. Forsk. Deſcr. pag. 152.

Folia bipollicaria, lyrato-pinnatifida, hirſuta, ſcabriuſcula: laciniis oblongis dentatis.

Flores plures circiter 8, conglomerati, radici arcte adnati.

Calyces ovati, arachnoidei: *ſquamæ* ovato-lanceolatæ, apice ſpinis quinque, patentibus, flavis, ſetaceis.

Corolla flava.

An acaulis Linnæi? ſed illa juxta Linnæum gaudet calycibus ciliatis.

CALENDULA.

1-2. *ſuffruticoſa.* CALENDULA ſeminibus cymbiformibus muricatis incurvis: extimis protenſis erectis, caule ſuffruticoſo, foliis ſubtus ſcabris.

Legi in montoſis circa Portum Farinam Tuneti.

Caulis baſi fruteſcens ramoſus, erectus. *Rami* teretes, adſcendentes, alterni, ſimplices, ſpithamæi & ultra, terminati in pedunculum, ſcabriuſculi, villoſi, baſi arachnoidei.

Folia interiora copioſa, bipollicaria, ſeſſilia, lineari-lanceolata, baſi attenuata, obtuſiuſcula, remote dentato-ſubſinuata, margine villoſo-albida, ſubciliata, ſubtus e punctis minutis elevatis ſcabra, præſertim in coſta & ad marginem, ſupra læviora: *ſuperiora* minora, dentibus utrinque geminis, remotiora.

Pedunculus terminalis, erectus, aphyllus, bi- ſ. tripollicaris, villoſus, ſcabriuſculus, uniflorus.

Calyx villoſus.

Corolla & Semina Calendulæ arvenſis.

Affinis Cal. arvenſi, diſtincta tamen duratione, foliis, ſcabritie & rigiditate.

ARISTOLOCHIA.

grandiflora. ARISTOLOCHIA foliis cordatis, caule volubili ſubherbaceo, pedunculis ſolitariis: labio corollæ maximo, cauda longiſſima. Tab. XLVII. *Sw.* Prodr. pag. 126.

Specioſiſſimam plantam in Jamaica legit Dn. von Rohr.

Caulis teres, volubilis, glaber.

Folia petiolata, tripollicaria vel ultra, lato-cordata, glabra, ſubtus glauca, venoſo-reticulata, quinquenervia.

Petiolus ſeſquipollicaris. *Stipulæ* magnæ, pollicares, axillares, ſtructura foliorum caulis, geminæ in alis floriferis, inferiore duplo majore.

Corollæ maximæ hujus generis, ſpithameæ, extus purpureo-venoſo-reticulatæ, intus maculatæ. *Venter* obovatus, bipollicaris, ſeſquiunciam latus. *Tubus* erectus, ſeſquipollicaris, ſuperne dilatatus. *Labium* palmare, ſpathulatum. *Cauda* dodrantalis, lanceolata, obtuſa.

LEMNA.

LEMNA foliis ſeſſilibus obcordatis radicibus confertis. *obcordata.*

Habitat in aquis Indiæ Orientalis.

Folia vix unguicularia, antice ſupra læte viridia, poſtice & ſubtus una cum radiculis purpuraſcentia: ſulco longitudinali per medium folii antice bifurcato, ramo unico per ſingulum lobum ad apicem excurrens loboſque in duo quaſi dividens.

PHYLLANTHUS.

PHYLLANTHUS floribus axillaribus pedunculatis, foliis lineari-oblongis, caule ſuffruticoſo compreſſo ſimplici. 2-3. *anceps.*

Habitat in India Orientali.

Caules plures, erecti vel adſcendentes, ſpithamæi, compreſſi, baſi teretes, glabri, linea utrinque decurrente, poſt caſum foliorum denticulati.

Folia vix petiolata, alterna, unguicularia, baſi apiceque minora, oblonga, interdum lanceolata, integerrima, obtuſa, mucronata, avenia, ſubtus glauca.

Pedunculi axillares, ſolitarii, uniflori, capillares, folio breviores, patentiſſimi.

Capsula glabra, globoſa, ſemine Coriandri minor, trivalvis.

PHYLLANTHUS foliis pinnatis floriferis, foliolis ovatis acuminatis, floribus axillaribus aggregatis, ramis ſuperne petioliſque compreſſis. 5-6. *acuminatus.*

Habitat Cajennæ. Rohr.

Suffruticoſus glaber: *ramis* ſuperne ancipitibus.

Foliola 12-14 in ſingulo petiolo, petiolata, pollicaria, remota, acuminata, mucronata.

Pedunculi plures, capillares, inæquales.

PHYLLANTHUS caule fruticoſo, ramis virgatis, foliis pinnatis floriferis: foliolis altero latere anguſtioribus. *mimoſoides.*

Phyllanthus mimoſoides: caule fruticoſo, ramis virgatis, foliis pinnatis, ramis floriferis. Sw. Prodr. pag. 27.

Habitat in Caribæis. Forseith.

Rami teretes, ſuperne vellere ferrugineo.

Folia alterna: *foliola* numeroſa, ſeſſilia, alterna, ſemiunguicularia, æqualia, oblonga, latere inferiore anguſtiora, recta, ſuperiore convexa; obtuſa, mucronata, baſi acuta, integerrima, ſubtus pallida, utrinque glabra. *Petiolus* compreſſus, ſtriatus, dodrantalis & ultra, alternatim dentatus. *Stipulæ* parvæ, binæ, laterales, ovato-acuminatæ, tertia ſub petiolo univerſali eique adpreſſa, duæ longiores ſetaceæ ad baſin ſinguli floris.

Flores ex axillis foliolorum, plures: *pedunculi* capillares, inæquales, folio quadruplo breviores.

Phyl. emblica differt ramis glabris, foliolis anguſtioribus, baſi rotundatis, latere utrinque æqualibus, ſubpetiolatis, petiolis villoſis, teretibus.

URTICA.

URTICA foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis ramoſis patentiſſimis. *dioica.*

Urtica dioica foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. Lin. S. V. pag. 849.

167. *caudata.* URTICA foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis ſimpliciſſimis longiſſimis.

Urtica annua longius caudata vulgatiſſima luſitanica & Africana. Grisley Virid. Luſit. in Raj Syll. ſtirp. ext. Brit. pag. 392.

Urtica Ægypti maxima. Hasselquist Iter. pag. 486.

Urtica dioica β. Lin. Spec. Pl. pag. 1396.

Urtica dubia. Forsk. Catal. Plant. Arab. pag. 121. n. 544.

Copioſiſſime in ruderatis Tuneti vidi, ubi Urticam dioicam noſtræ regionis nunquam obſervavi.

Habitu & variis ſat affinis Urt. dioicæ, at prima fronte diverſa racemis ſpithamæis, ſimpliciſſimis, erectis, foliisque multo latioribus, præterea ſtipulis ovatis, nec, ut in Urt. dioica, lineari-lanceolatis. Si varietas, quod vix credo, certe maxime memoratu digna.

THUJA.

articulata. THUJA ſtrobilis tetragonis, quadrivalvibus frondibus compreſſis articulatis aphyllis. Tab. XLVIII.

Cupreſſus fructu quadrivalvi, foliis Equiſeti inſtar articulatis. Shaw. Ic. n. 188. fig. 188.

In montibus circa Hamameliſ, montes Plumbeos & Schibel Iſchel haud infrequentem inveni.

Arbuscula bi- ſ. 6 pedalis. *Rami* teretes, alterni, patentes, interdum divaricati.

Frondes baſi teretiuſculi, ramoſi: *rami* oppoſiti, ramuloſi, articulati: articuli unguiculares, ultimi & ramulorum ſenſim minores, ſuperne parum dilatati, apice receptaculo excavato pro inſequente articulo, utrinque linea exarati.

Folia nulla niſi ſquamulæ vel denticuli circiter ſex in apice articulorum, acutæ, inæquales.

Amenta *maſculina* terminalia in ramulis lateralibus, oblonga, ſemiunguicularia.

Strobili ex apice ramulorum lateralium, magnitudine Cupr. thyoidis, ſolitarii, tetragoni, quadrivalves, longitudinaliter dehiſcentes. *Valvula* ſingula extus ſinu longitudinali impreſſa, verſus apicem denticulo horizontali ovato: latere interiore triquetra.

Semina 3-4 in ſingulo loculo, ala membranacea cincta.

Thuja cupreſſoides Lin. Mant. pag. 125, fide herbarii illuſtr. viri omnino diverſa ſquamis imbricatis, ſtrobilo triplo majore lævi. De Thuja aphylla Lin. vide ſupra pag. 48.

CROTON.

ſebiferum. CROTON foliis rhombeo-ovatis acuminatis planis glabris, glandulis ſubpetiolaribus.

Croton ſebiferum: foliis rhombeo-ovatis acuminatis integerrimis glabris. Lin. S. V. pag. 863.

nutans. CROTON foliis rhombeo-ovatis acuminatis undulatis glabris, glandulis marginalibus.

Croton nutans foliis rhombeo-ſubrotundis acuminatis undulatis glabris nutantibus. Forst. Prodr. pag. 67.

Habitat

Habitat in ſocietatis amicorum & novarum Hebridum Inſulis.

Simile Crotoni ſebifero, at folia minus acuminata, glandulæ non in petiolo ad inſertionem foliorum, ſed fere in ipſo margine parum ſupra baſin, ſpicæ elongatæ 2-3 pollicares, flores diſtincti.

CROTON foliis ovatis acuminatis ſerrato-dentatis ſubhirtis, baſi ſupra uniglandulofis, caule fruticoſo. *populifolium.*

Croton populifolium: foliis lato-ovatis acuminatis ſerrato-dentatis ſubhirtis, petiolis longitudine foliorum; racemis terminalibus erectis ſolitariis. Sw. Prodr. pag. 101.

Rami glabri, cicatricati.

Folia petiolata, verſus apicem approximata, late ovata, inæqualiter dentato-ſerrata, utrinque pilis ſtellatis fulvis ſubhirta, pollicaria vel parum ultra, glandula ad inſertionem petioli utrinque.

Petioli longitudine foliorum.

Racemus terminalis, erectus, ſesquipollicaris. *Pedunculus* hirtus.

Calyces *foemineorum foliolis* lanceolatis, hirtis, dentato-inciſis, dentibus glanduloſis. *Maſculorum* glabris, coloratis.

Germen hirtum.

CROTON foliis ovatis acuminatis integerrimis glabris, baſi biglanduloſis, ſubtus coccineo-punctatis, racemis terminalibus. 12-13. *coccineum.*

Habitat in Zeylona. König.

Rami teretes, cortice fuſco, ſuperne pulverulento-villoſi.

Folia petiolata, bi- ſ. tripollicaria, apice attenuata, baſi ſubacuta, trinervia, utrinque glabra, ſubtus venoſo-reticulata, punctisque minutiſſimis numeroſis coccineis pellucidis ſubcolorata, glandula fuſca utrinque ad inſertionem petioli.

Petiolus ſesquipollicaris, teres.

Racemi terminales, ſolitarii, vel ex ultimis axillis conferti, bipollicares. *Pedunculus* flavo-ferrugineus, angulatus.

Flores ſubſeſſiles.

Styli reflexi. *Germen* albidum, coccineo-punctatum.

Capſulæ oblongæ, coccineæ.

CROTON foliis ellipticis læviſſimis eglanduloſis integris ſerratisque obtuſis, racemis terminalibus elongatis. 12-13. *lævigatum.*

Habitat in Hainam. Dn. Dr. Dahl ♄.

Rami teretes, proliferi, ſuperne pulverulento-ſquamoſi, cinerei.

Folia petiolata, ad apices ramulorum congeſta, bipollicaria & ultra, utrinque lævia, ſubtus pallidiora, membranacea, integerrima, vel remote obſcure ſerrata; ſerraturis obtuſis, baſi integerrima. *Glandula* minuta ſubtus ad latus petioli ad inſertionem.

Petiolus ſemiunguicularis.

Stipulæ ſubulatæ, deciduæ.

Pedunculus terminalis, erectus, ſtriato-angulatus, tectus ſquamis farinaceis, ſpithamæus, e caſu florum muricatus.

Calyx ſubhirſutus.

Stamina numeroſa.

aromaticum. CROTON foliis cordato-ovatis ſcabris, ſerratis, baſi ſubtus margineque glandulis petiolatis, racemis terminalibus.

Croton aromaticum foliis cordatis ſcabris ſubſerratis petiolatis, caule arboreo. Lin. S. V. pag. 864.

Rami ramuloſi, teretes, e punctis minutis interſperſis aliis majoribus ſcabri, ſuperne tomentoſi; pili ſtellati.

Folia petiolata, pollicaria, interdum ſexpollicaria, patentia, ſubquinquenervia, inæqualiter ſerrata: juniora e pilis ſtellatis ſubtomentoſa, præſertim ſubtus, acuminata; ſeniora ſubnuda, in venis tantum ſubhirta, ſubtus punctato-ſcabra, pallidiora, obtuſa: Omnia glandula petiolata, flava, cava, utrinque ad inſertionem petioli ſubtus & paſſim ad marginem.

Petioli tomentoſi, folio triplo breviores.

Stipulæ deciduæ, ſetaceæ.

Racemi terminales, bipollicares.

Bractea ſetacea ad baſin pedicellorum.

Flores numeroſi, ſparſi, villoſi.

Calyces *maſculi foliolis* ovatis.

Petala villoſa.

Stamina numeroſa.

17-18. *betulinum.* CROTON foliis ovatis obtuſis crenato-dentatis, ſupra punctato-ſcabris, ſubtus ſubhirtis, racemis axillaribus.

Habitat in Inſula St. Thomæ, Indiæ Occidentalis ♄.

Facies Betulæ.

Rami teretes, cortice purpuraſcente, apice tomentoſo-incani.

Folia petiolata, unguicularia, inæqualiter crenato-dentata, ſupra adſperſa punctis numeroſis minutiſſimis elevatis, ſubtus pilis ſtellatis hirſuta, juniora cana, baſi ſubtus utrinque glandula minuta pedicellata.

Petiolus folio brevior, filiformis.

Racemi in apice ramorum, ramo ulterius excreſcente laterales fiunt, ſesquipollicares, erecti.

Flores parvi, hirti: *Foeminei* inferiores. *Calyx* pentaphyllus: *foliolis* linearibus, obtuſis.

21-22. *goſſypifolium.* CROTON foliis cordatis trilobis tomentoſis, baſi ſubtus biglanduloſis, caule arboreo. Tab. XLIX.

Habitat in Inſula Trinitatis. Dn. von Rohr.

Arbor procera: *ramis* teretibus, ſuperne tomentoſis, incanis.

Folia verſus apicem ramorum congeſta, petiolata, alterna, dodrantalia & ultra, triloba: lobis ovatis, acutis, intermedio elongato; vix denticulata, utrinque e pilis ſtellatis tomentoſa, mollia, ſubtus albidiora, juniora incana.

Petiolus folio triplo brevior, ſubtus ad inſertionem folii glandula utrinque minuta fuſca ſeſſilis.

Racemus terminalis, erectus, tomentoſus, ſubſpithamæus.

Flores copioſi, ſparſi, maſculi foemineis intermixti.

Germen hirſutum, incanum.

Styli 3, bipartiti.

AN-

ANDRACHNE.

ANDRACHNE procumbens herbacea. LIN. S. V. pag. 871. *telephioides.*
Limeum humile. FORSK. Deſcr. pag. 70.
Eracliſſa hexagyna. EJUSD. Lb. pag. 208.

CRANTZIA.

CRANTZIA. Sw. Prodr. pag. 38. *lævigata.*
RAMI tetragoni, glabri, uti tota planta.
FOLIA petiolata, oppoſita, pollicaria, oblonga, utrinque acuta, integerrima, mucronata, ſubcoriacea, rigida, ſupra venoſa, venis in nervo longitudinali ante marginem deſinentibus, ſubtus avenia, enervia.
Petiolus breviſſimus.
RACEMULI axillares, oppoſiti, interdum gemini, breviſſimi. *Flores* conferti, maſculi & foeminei in eodem racemo: *Bracteæ* ovatæ ad baſin ſinguli floris.
PEDUNCULI vix ſemipollicares, ſquamoſi.
Maſculi flores.
CAL. *Perianthium* tetraphyllum; *foliolis* ovatis, minutiſſime ciliatis, acutiuſculis.
COROLLA nulla.
STAM. *Filamenta* quatuor, calyce parum longiora, linearia, erecta, compreſſa. *Anthera* oblonga.
Foeminei flores.
CALYX *Perianthium*, ut in maſculis, ſuperum.
COROLLA nulla.
STAMINA nulla.
PISTIL. *Germen* oblongum, obſcure trigonum: angulis ſtria exaratis. *Styli* tres vel 4or, lineares, erecti, extus convexi. *Stigma* longitudinaliter bilabiatum.
CAPSULA tri-vel quadrilocularis, e ſtylis perſiſtentibus tri-vel quadricornis.
SEMINA duo in ſingulo loculamento, oblonga, trigona, extus convexa, nigra, nitida, arillata. *Arillus* chartaceus, ſemen totum laxe cingens.

MYRICA.

MYRICA foliis lanceolatis ſerratis ſubtus impunctatis, amentis globoſis. 3-4. *montana.*
Buxus dioica. FORSK. Deſcr. pag. 159.
FRUTEX ramoſus. *Rami* teretes, glabri.
FOLIA ſubpetiolata, pollicaria, anguſto-lanceolata, utrinque attenuata, glabra, apicem verſus ſerraturis 5-6 minutis, argutis, approximatis.
FLORES glomerati in capitulo ſeſſili, axillares, parvi, glabri.
CALYX tetraphyllus; *foliolis* minutis, lanceolatis.
COROLLA nulla.
Filamenta vix ulla. *Antheræ* quatuor calyce longiores.
BACCA magnitudine ſeminis Piperis.

Habitus & fructus Myricæ, diverſa vero uti Myrica Nagi THUNB. (vide GÆRTNER de fruct. pag. 191.) calyce tetraphyllo, an igitur a Myricis reliquis genere diſtincto removendæ?

TRIPLARIS.

1. *Americana.* TRIPLARIS racemis terminalibus axillaribusque brachiatis.

Triplaris americana: caule arboreo, geniculato; foliis oblongis, integerrimis; ſpicis paniculatis, terminalibus. ROTTB. Diſſ. deſcr. plant. rar. Surin. pag. 5. t. 3.

Triplaris americana mas, ſpicis ſolitariis, axillaribus & terminalibus. AUBL. Fl. Gu. pag. 910. tab. 347.

Triplaris americana ſpicis erectis terminalibus. LIN. S. V. pag. 128.

Rami glabri, teretes, uti pedunculi univerſales interne.

RACEMI ſæpe pedales, brachiati.

PEDUNCULI partiales angulati, hirſuti, ſubſericei. *Flores* ſparſi, copioſi. *Pedicelli* breves, bilineares, hirſuti. *Bractea* ovata inter pedicellum & pedunculum, ovata, acuta, concava, baſi in tubum breviſſimum connata, intus verſus florem glabra, extus hirſuta, longitudine pedicelli & cum eo perſiſtens.

Flores foeminei.

CALYX hirſutie ſericeus, præſertim extus ad baſin, intus minus, tubo urceolato: *laciniis* ternis, lanceolatis, erectis, cum fructu increſcentibus.

Petala tria, lineari-lanceolata, calyce breviora, perſiſtentia, utrinque in medio linea villoſa.

Styli tres, adſcendentes, ſuperne craſſiores, tuberculis minutiſſimis, lente-videndis, adſperſi.

Germen ovatum, acuminatum. *Styli* tres.

CAPSULA triquetra, trivalvis, nitida; angulis compreſſis, acutis, lævibus.

Cum flores revera pedicellati nec ſeſſiles, inflorescentia racemoſa dicenda erit. Omnino dioica eſt; corpuſcula enim illa, quæ in fundo calycis inſeruntur & a variis nomine ſtaminum inſigniuntur, minime nomen Antherarum merentur, cum plana compreſſa membranacea ſunt, etiam in floribus nondum explicatis, abſque loculis & reliquis notis, quæ Antheris competunt, nec ullum filamentum adeſt, cum petalum tantum utrinque parum attenuatur. Calycem ſexfidum eſſe, uti perhibet AUBLETIUS, nunquam inveni, nec in ſpeciminibus Surinamenſibus, nec in aliis a Dn. von ROHR in Cajenna lectis; error forte eſt tam in figura quam in deſcriptione, quod non rarum in opere AUBLETIANO, uti ſæpius obſervavit Cel. von ROHR, & ipſe percepi in variis plantis ab ipſo AUBLETIO lectis.

2. *ramiflora.* TRIPLARIS racemis lateralibus ſimplicibus ſubſolitariis.

Triplaris ramiflora: racemis lateralibus aggregatis. LIN. S. V. pag. 128.

Miſit Dn. von ROHR.

Rami teretes, glabri, cortice punctato, articulati, inferne aphylli, teneriores quam in præcedente.

FOLIA petiolata, tri- ſ. quadripollicaria, alterna, ovata, integerrima, acuminata, glabra, venoſa, membranacea, abſque lineis longitudinalibus ut in Triplari Americana.

RACEMI ad latera ramorum & ramulorum, interdum gemini. *Pedunculus* communis bipollicaris, villoſo-tomentoſus, patens, poſt caſum florum ſquarroſus e pedicellis perſiſtentibus. *Pedicelli* breviſſimi, gemini, baſi rarius 3-4. *Bractea* ovata, valde acuminata, baſi cava, longitudine pedicellorum.

Flores

Flores foeminei.

Calycis *tubus* fructiferus oblongus, utrinque parum anguſtatus, baſi villoſus: *laciniæ* 3 lineares, pollicares, obtuſæ, membranaceæ, venoſo-reticulatæ, trinerviæ, ſuperne vix pubeſcentes.

Corolla petala 3, ſubulata, perſiſtentia, imis capſulæ immerſa.

Stamina nulla.

Styli ut in præcedente, at inferne villoſi.

Capsula oblonga, acuminata, trigona, villoſa, trivalvis; *valvulæ* dorſo convexæ, ſulco exaratæ.

Semina tria, oblonga, attenuata.

CLUTIA.

CLUTIA foliis cuneiformibus glabris, floribus lateralibus glomeratis hirſutis. *hirta.*

Clutia hirta foliis ovatis nudis integris, floribus lateralibus glomeratis hirſutis. Lin. S. V. 897.

Dedit Dn. Bülow.

Frutex ramoſiſſimus; *ramis* teretibus, glabris, e caſu foliorum tuberculatis, plerumque ſparſis, interdum 3nis.

Folia petiolata, vix unguicularia, integerrima, venoſo-reticulata, oblonga, baſin verſus parum anguſtata.

Flores verſus apicem ramorum & ramulorum, ſubſeſſiles, glomerati.

Calyx utrinque præſertim extus hirſutus, cinereus, pilis brevibus; *foliola* ſubrotunda, concava.

Petala quinque, oblonga, minuta, glabra.

Filamenta quinque, parum infra medium ſtyli inſerta.

Stylus trifidus, hirſutie cinereo involutus.

CLUTIA foliis elliptico-lanceolatis, floribus lateralibus tomentoſis. 2-3. *lanceolata.*

Clutia lanceolata; foliis lanceolatis, integris, eglanduloſis, ſubtus nudis. Forsk. Deſcr. pag. 170.

Summa affinitas cum Clutia pulchella, at differt:

Ramis purpuraſcentibus, ſuperne villoſo-ſubcinereis.

Foliis lato-lanceolatis, bipollicaribus & ultra, ſubtus impunctatis, ſupra parum, ſed vix niſi ad lentem.

Calycibus villoſo-tomentoſis.

Capsulis impunctatis.

Ceterum Flores *maſculi* copioſi, aggregati, ſubpedunculati, in axillis. *Foeminei* ſubſolitarii, pedunculati.

Corolla, Stamina, Pistillum ut in Clutia pulchella.

ANDROPOGON.

ANDROPOGON paniculæ ſpicis conjugatis ovato-oblongis rachi pubeſcente, floſculis ſeſſilibus ariſta tortuoſa. Lin. S. V. pag. 904. *ſchoenanthus.*

Andropogon bicorne. Forsk. Deſcr. pag. 173.

22·23. *an-nulatum.* ANDROPOGON ſpicis digitatis pluribus, floſculis obtuſis ſeſſilibus ariſtatis, pedicellatis muticis, geniculis barbatis.

Andropogon annulatum; ſpicis ad apicem culmi confertis, alternis, floribus geminatis; ariſtato ſeſſili hermaphrodito, pedicellato mutico inani. Forsk. Deſcr. pag. 173.

Ex India Orientali miſit Dn. Kœnigius.

Statura & ſumma affinitas Androp. Iſchoemi, ut facile eandem diceres. Differt autem geniculis valde barbatis, ligula membranacea nuda, nec vaginis ore piloſis; floſculi glabriores, glumis calycinis obtuſis nec lanceolatis acutis.

HOLCUS.

4·5. *nitidus.* HOLCUS glumis unifloris villoſis, floribus omnibus muticis.

Habitat in India Orientali.

Culmus teres, erectus: *geniculis* barbatis.

Folia anguſta, ſtriata, vagina breviora: ultimum ſpathaceum, altitudine culmi. *Vagina* fauce barbata.

Panicula erecta. *Pedunculi* ſubverticillati, capillares, baſi barbati, ſimpliciſſimi, triflori, interdum proliferi: *pedicelli* plerumque gemini, rarius ſolitarii.

Flos intermedius hermaphroditus, ſeſſilis, laterales maſculi pedicellati: omnes abſque ariſta, ovato-lanceolati, compreſſiuſculi, baſi pilis fulveſcentibus barbati.

Glumæ floris *hermaphroditi* fuſcæ, pilis fulvis adſperſæ, præſertim margine & apice, medio glabriores, nitidæ. *Maſculorum* villoſæ, anguſtiores, acutiores, minime nitidæ.

Habitus Holc. halepenſis, at omnibus partibus minor.

11·12. *redo-lens.* HOLCUS glumis trifloris, floſculis lateralibus maſculis ariſtatis margine piloſis, intermedius ſubhermaphroditus muticus.

Habitat in terra del fuego. Prof. Fabricius.

Culmus erectus, pedalis, glaber, vaginatus.

Folia longitudine culmi, involuta, ſubulata, ſtriata.

Panicula patula. *Pedicelli* filiformes.

Calyx lanceolatus, floſculis longior, ſordide flaveſcens, nitidus: *gluma* altera major, longior.

Flosculi tres, duo laterales, ſeſſiles, maſculi, majores: *valvulis* exterioribus pubeſcentibus, præſertim verſus marginem, fuſco-nitidis, parum infra apicem ariſtatis, oblique truncatis; *ariſtæ* longitudine valvulæ. *Flos* intermedius minor, muticus, lanceolatus.

Stamina tria fertilia in maſculis, ſterilia in floſculo intermedio.

Facie omnino ſimilis Holco odorato, differt vero foliis involutis, floſculis duplo majoribus.

MIMOSA.

unguis cati. MIMOSA ſpinoſa, foliis bigeminis obtuſis, aculeis rectis.

Acacia quadrifolia, ſiliquis cincinatis. Plum. Ic. 4.

Mimoſa unguis Cati: foliis bigeminis obtuſis. Lin. S. V. pag. 914?

Figura Plumierii optime convenit cum mea planta, de nomine Linnæano vero, quamvis ad Mim. unguis cati figura Plumierii a Linnæo citatur, dubito, quantum enim recordor, planta ſub hoc nomine in herbario Linnæi aſſervata, omnino a Plumierii diverſa mihi videbatur.

MIMOSA ſpinoſa, foliis bigeminis obtuſis, aculeis recurvis. 7·8 *melli-fera.*

Mimoſa unguis cati. Forsk. Deſcr. pag. 176.

Similis omnino quoad folia Mim. unguis cati, at 5tuplo minora, legumina enſiformia compreſſa nec circinata, glandula ad baſin petioli nec inter folia. Flores in ſpeciminibus herb. Forsk. deſunt.

MIMOSA inermis, foliis conjugatis: partialibus ſubbijugis lanceolato-ellipticis æqualibus, omnibus oppoſitis. *bigemina.*

Mimoſa bigemina inermis, foliis bigeminis acuminatis. Lin. S. V. pag. 914.

Ex India Orientali miſit Dn. König.

Rami teretes, purpuraſcentes, glabri, punctis elevatis adſperſi.

Folia petiolata, alterna, remota: *partialia* bijuga, interdum trijuga. *Pinnæ* petiolatæ, oppoſitæ, bi- ſ. tripollicares, lato-lanceolatæ, glabræ, acuminatæ, membranaceæ, venoſo-reticulatæ.

Petioli partiales divaricati: *glandula* in petiolo communi, ad baſin partialium & inter ſingulum par pinnularum.

Paniculæ laterales & terminales, ſæpe ſemipedales. Ramentum ad baſin pedunculorum partialium, pollicare, medio glandula ſeſſili.

Flores polyandri.

Legumen tortum, compreſſum, palmare.

MIMOSA ſpinoſa, foliis bipinnatis bijugis, glandula inter ſingula, foliolis quinquejugis, ſpicis globoſis pedunculatis. 33·34 *nitida.*

Habitat in India Orientali. König.

Rami teretes, purpuraſcentes, flexuoſi, pubeſcentes.

Folia remota, breviſſime petiolata, glaberrima, ſeſquipollicaria: *partialia* bijuga, extima majora: *propria* interiora quadrijuga, exteriora quinquejuga; *pinnulæ* ſeſſiles, vix unguiculares, interiores minores, oblongæ, latere interiori anguſtiores, baſi obliquæ, mucronatæ, læte virides, ſupra nitidæ. *Glandula* orbiculata, inter partialia ſeſſilis, purpuraſcens, flavo marginata.

Petiolus pubeſcens, terminatus ſpinula rigida.

Spinæ ſtipulares, oppoſitæ, ſemiunguiculares, rectæ, patentiſſimæ, validæ, purpuraſcentes, apice dilutiores.

Pedunculi axillares, gemini, longitudine foliorum, pubeſcentes.

Flores 8 ad 10 in ſingulo capitulo, polyandri.

MIMOSA ſpinoſa, foliis conjugatis bipinnatisque bijugis, floribus umbellatis, leguminibus ſpiralibus. 33·34 *umbellata.*

Habitat in Zeylona. König.

Arborea. *Rami* teretes, glabri, punctati: *ramuli* breves, flexuoſi, remoti, tuberculati, rugoſi.

Folia in ramis remota, alterna: in ramulis approximata, ſuboppoſita vel terminalia. Omnia conjugata pinnata, vel bipinnata bijuga: *foliola* 8-10 juga;

 pin-

pinnulæ oblongæ, unguiculares, membranaceæ, glabræ, mucronatæ, intimæ minores, paris terminalis obovatæ, baſi altero latere obliquæ. Glandula parva inter ſingulum par foliolorum.

Spinæ ſtipulares, rectæ, unguiculares, patentiſſimæ, obtuſæ.

PEDUNCULI in ramulis, axillares, ſolitarii, ſesquipollicares, folio breviores, filiformes, angulati, erecti.

Flores umbellati, 12 ad 16.

CALYX campanulatus, quinquedentatus.

COROLLA monopetala, calyce duplo longior.

FILAMENTA numeroſa, longiſſima, monadelpha.

LEGUMEN involuto-ſpirale: junior pubeſcens.

45-46. *aſak.* MIMOSA ſpinis ternis rectis, foliis bipinnatis trijugis, propriis 5jugis, glandula inter par infimum partialium.

Mimoſa Aſak. FORSK. Deſcr. pag. 176.

Rami purpuraſcentes, glabri, flexuoſi.

FOLIA plerumque gemina, bipinnata; *partialia* trijuga, extima majora pinnata, interiora bi- ſ. trijuga, in ſecundo pari quadri- ſive 5juga; *pinnulæ* ovales, vix ſemiunguiculares, interiores minores.

Petiolus pubeſcens, glandula ſeſſilis inter par infimum.

Spinæ ſtipulares, ternæ, omnes rectiuſculæ, intermedia brevior.

Flores in Specimine deſiderantur. Differt a mimoſa Senegalenſi LINNÆI: ramis purpuraſcentibus, ſpinis omnibus rectis, foliisque paucijugis, non vero multijugis latioribus, nec petiolo aculeo recurvo terminato.

ACROSTICHUM.

10-11. *elegans.* ACROSTICHUM ſtipitibus nudis apice dichotomis: laciniis inæqualiter fiſſis nervoſis, ſpicis pinnatis ſpiculis revolutis. Tab. L.

Filicem pulcherrimam in Inſula Trinitatis detexit Dr. von ROHR.

STIPES ſesquipedalis, erectus, ſimplex, nudus, lævis altero latere convexo, altero canaliculato.

FRONS bis bipartita: *laciniæ* ſingulæ bipartitæ, lanceolatæ, extrorſum ſenſim latiores, multinerviæ, bifidæ; ſegmentis 6 vel ſepties inæqualiter inciſis, ultimæ diviſiones ſubulatæ, ſemiunguiculares, ſpicigeræ.

SPICÆ ſolitariæ, breves, pinnatæ revolutæ: *Spiculæ* bifariæ lineares, revolutæ, hirſutæ.

Globuli ab altero latere, ſerie duplici, interjectis pilis longis ferrugineis.

Rachis extus glabra, lævis.

CÆNOPTERIS.

furcata. CÆNOPTERIS fronde bipinnata: pinnulis imis furcatis, rachi compreſſa marginata BERG. in Act. Acad. Petr. pro Anno 1782. Petrop. 1786. pag. 249. tab. 5. fig. 1.

Lon-

Lonchitis bipinnata: fronde bipinnata; rachi ſupra biſulcata; pinnis alternis; pinnulis linearibus, confluentibus, interioribus emarginatis. Forsk. Deſcr. pag. 184.

Adianthum Borbonicum: frondibus bipinnatis, glabris; pinnulis oblongis, infima ſuperiore bipartita, reliquis integerrimis. Jacqu. Coll. 3. pag. 286. tab. 21. fig. 1.

Specimen Forsk. & quæ in herbario Thounii vidi, gaudet ſtipite pedali, baſi ſubpaleaceo. Pinnulæ lineares imis bifurcatis: lacinia ſuperiore interdum laciniis iterum bifurcatis.

POLYPODIUM.

POLYPODIUM frondibus bipinnatis: pinnis lunulatis ciliato-dentatis, ſtipite ſtrigoſo. Lin. S. V. pag. 937. *aculeatum.*

Polypodium ſetiferum; fronde bipinnata; foliolis reniformibus: dentibus ſetiferis; caule lanato. Forsk. Deſcr. pag. 185.

POLYPODIUM frondibus ſupradecompoſitis piloſis: foliolis lanceolatis pinnatis: pinnis oppoſitis pinnatifidis. Lin. S. V. pag. 939. *ſpeluncæ.*

Polypodium crenatum; fronde ſupra decompoſita; pinnis alternis; ſecundariis pinnatis; foliis pinnatifidis, crenatis, ciliatis. Forsk. Deſcr. pag. 185.

FUCUS.

FUCUS caule filiformi ramoſo, foliis lanceolatis ſerratis, frutificationibus globoſis pedunculatis. Lin. S. V. pag. 965. *natans.*

Fucus denticulatus; caule tereti, ramoſo, foliis linearibus denticulatis; veſicis globoſis pedunculatis. Forsk. Deſcr. pag. 191.

FUCUS fronde filiformi ſimpliciter pinnata, caule filiformi tereti ramoſo. *50-51. ſertularioides.*

*Fucus ſertularioides.** Gmel. Fuc. pag. 150. Tab. 15. fig. 4.

Fucus plumaris; caule tereti, repente ſurſum, ramoſo, ramis pluminformibus; foliis diſtinctis; veſicis nullis. Forsk. Deſcr. pag. 190.

Caulis filiformis.

Frondes petiolatæ, pollicares, alternæ; inferiores interdum ramoſæ: *rachis* filiformis. Foliola filiformia, bilinearia, oppoſita, conferta, bifaria.

Quamvis colore & patria a Fuco ſertularioide Gmelini diverſa, eandem tamen eſſe cenſeo, cum nullum diſcrimen indagare queo.

FUCUS fronde filiformi ramoſa undique ſetoſa ſpinuloſa. *ſpinoſus.*

Fucus ſpinoſus. Gmel. Fuc. pag. 161.

Fucus aceroſus; caulibus teretibus, ramoſis; ramis diſtichis, confertis; undique ſetis filiformibus patentibus, veſicis foliiſque nullis. Forsk. Deſcr. pag. 190.

Addenda & corrigenda in prima parte hujus operis.

Pag. 2. Juſticia faſtuoſa; in Synon. LINNÆANO adde poſt Juſticiam *faſtuoſa*.

— 3. Linea 7 *hæc* lege *huc*.

Ib. Juſticia bivalvis; in Synon. LIN. poſt Juſticiam adde *bivalvis*.

Ib. Linea ultima Juſt. triſloræ *polyphyllum* lege *pentaphyllum*.

— 6. Diantheræ calyculatæ linea 2. Obſerv. B. Faſc. 1. pag. 10. adde no. 6.

Ib. Linea 4 dele 6.

— 28. Amyris gileadenſis. adde *Baleſſan* BRUC. It. pag. 16. e cujus figura & obſervatione apparet, Amyrim gileadenſem gaudere foliis ternatis quinatisque. Amyrim Opobalſamum LINNÆI plantam non eſſe diverſam ab Am. gileadenſi haud incongruum exiſtimo. Opobalſamum enim nunquam viſum fuit FORSK. vel ipſo LINNÆO ut liquet ex ſigno crucis Opobalſamo in Mantiſſa pag. 65. appoſito, nec in herbario viri Illuſtr. vel aliorum mihi obvium fuit. Veroſimile mihi videtur, LINNÆUM plantam tantum ſecundum figuram Alpini aſſumſiſſe, quæ quantum quoad habitum & fructum cum figura noſtra Am. gileadenſis convenit, facile animadvertitur. Delenda igitur erit, ut cenſeo, Amyris opobalſamum & nomen Amyridis gileadenſis ſequens erit.

AMYRIS GILEADENSIS foliis ternatis quinato-pinnatisque glabris pedunculis unifloris.

— 33. Ochna. linea ultima *paruit* lege *patuit*.

— 47. Avicennia tomentoſa. adde *Rack*. BRUC. It. pag. 44. fig. mala.

— 52. Ononis ſerrata. linea 1. *foliis inferioribus* adde *ternatis*.

— 53. Ononis vaginalis. linea 8. dele *ſtriatæ*.

— 54. Hedyſarum violaceum. linea 1. *violaceum* lege *glumaceum*.

— 60. Aſtragalus globiferus. linea 1. *erectis ſcapis* lege *ſcapis erectis*.

Ib. In obſervatione *a reliquis Aſtragalis differt ſcapo nudo, inprimis floreſcentia* lege *a reliquis Aſtragalis ſcapo nudo differt inprimis infloreſcentia*.

— 67. Linea 1. dele *lævis*.

— 70. Tanacetum monanthos. linea 1. *foliolorum* lege *foliorum*.

— 82. Linea ultima *ramis non radicantibus* dele *non*.

Corrigenda in ſecunda parte.

Pag. 12. linea 39. dele *in aliis autem* & lege *excreſcente etenim pedunculo* &c.

— 22. Bromus catharticus linea 12. *valvulis corollinis, ſpiculis* lege *valvulis corollinis ſpiculisque*.

— 63. linea 3. *ebracteatus* lege *bracteatus*.

Index Tabularum partis primæ.

Tab. I. Juſticia faſtuoſa.

— II. Feſtuca pungens. a. Spica. b. Floſculi gemini magnitudine naturali. c. lente aucti.

— III. Ariſtida plumoſa. a. Ramulus paniculæ magnitudine naturali. b. Flos calyce inſtructus auctus.

— IV. Salvadora perſica. a. Flos magnitudine auctus a latere viſus. b. Corolla cum ſtaminibus & piſtillo.

— V. Primula verticillata.

— VI. Bæobothrys lanceolata.

— VII. Aſclepias laniflora.

— VIII. Aſclepias ſetoſa. a. Folliculus.

— IX. Statice axillaris. a. gluma & calyx lente aucta.

— X. Statice cylindrifolia. a. gluma cum calyce magnitudine aucta.

— XI. Amyris gileadenſis. a. Flores lente aucti.

— XII. Arenaria filifolia.

— XIII. Delphinium aconiti. a. Folium magnitudine naturali.

— XIV. Phlomis moluccoides. a. Involucrum. b. Calyx. c. Corolla.

— XV. Ruellia longiflora. a. pars folii lente aucta.

— XVI. Barleria longiflora. a. Calyx. b. Capſula.

— XVII. Carthamus dentatus. a. Semen.

— XVIII. Senecio auriculatus.

— XIX. Buphthalmum graveolens.

— XX. Acalypha ciliata.

— XXI. Jatropha variegata.

— XXII. Ficus populifolia.

— XXIII. Ficus ſalicifolia.

— XXIV. Ficus palmata.

— XXV. Acroſtichum auſtrale.

Index Tabularum partis ſecundæ.

Tab. XXVI. Juſticia polyſtachya. a. Calyx. b. Corolla. c. Bractea dorſalis. d. Capſula matura Juſt. chinenſis. e. Juſt. bivalvis. f. Diſſepimentum bidentatum lamina exteriori valvulæ ablata. g. Semen.

— XXVII. Cynoſurus paſpaloides. a. Spicula ope lentis aucta. b. Gluma-calycina. c. Floſculi.

— XXVIII. Lithoſpermum tinctorum.

— XXIX. Macrocnemum coccineum.

— XXX. Macrocnemum candidiſſimum.

— XXXI. Hirtella paniculata.

— XXXII. Tamarix articulata. a. Pars ramuli magnitudine aucta. b. Pars ſpicæ magnitudine aucta.

— XXXIII. Arenaria procumbens.

— XXXIV. Rittera dodecandra.

— XXXV. Ciſtus arabicus.

— XXXVI. Uuona diſcolor. a. Receptaculum cum fructu. b. Fructu ſingularis magnitudine naturali. c. Receptaculum.

— XXXVII. Ranunculus millefoliatus.

— XXXVIII. Antirrhinum dentatum.

— XXXIX. Ruellia macrophylla.

— XL. Acanthus ebracteatus. a. Calyx. b. Corolla.

— XLI. Hedyſarum ſericeum. a. Calyx. b. Vexillum. c. Alæ. d. Carina. e. Legumen.

— XLII. Hypericum alternifolium.

— XLIII. Hypericum arboreſcens. a. Petalum. b. Latus interius phalang. ſtaminum. c. Latus exterius. d. Piſtillum.

— XLIV. Scorzonera brevicaulis.

— XLV. Senecio delphinifolius.

— XLVI. Anthemis punctata. a. Pars inferior folii magnitudine aucta. b. Corollula radii. c. Corollula diſci. d. Semen ope lentis auctum. e. Palea.

— XLVII. Ariſtolochia grandiflora.

— XLVIII. Thuja articulata. a. Ramulus cum amento foeminineo. b. Capſula aperta. c. Semen.

— XLIX. Croton goſſypifolium.

— L. Acroſtichum elegans. a. Spicula lente aucta.

SYMBOLAE BOTANICAE,

SIVE

PLANTARUM,

TAM EARUM,

QUAS IN ITINERE, INPRIMIS ORIENTALI,

COLLEGIT

PETRUS FORSKÅL,

QUAM ALIARUM,

RECENTIUS DETECTARUM,

EXACTIORES DESCRIPTIONES,

NEC NON

OBSERVATIONES

CIRCA

QUASDAM PLANTAS DUDUM COGNITAS,

AUCTORE

MARTINO VAHL,

PROFESSORE REGIO, ACAD. IMP. NAT. CUR., SOCIETATIS AGRARIAE TAURINENSIS, PHYSICO-BOTANICAE ET GEORGOPHILORUM FLORENTINORUM, GEORGICAE TREBIENSIS, SCIENTIARUM, QUAE VELITRIS EST, PHYSIOGRAPHICAE LUNDENSIS, SCIENTIARUM NORVEGICAE, STOCKHOLMIENSIS, UPSALIENSIS, HISTORIAE NATURALIS HAUNIENSIS SOC. PHYS. JENENSIS SODALI.

PARS TERTIA.

CUM TABULIS XXV AERI INCISIS.

HAUNIAE,

IMPENSIS AUCTORIS.

EXCUDEBANT NICOLAUS MÖLLER ET FILIUS,
AULAE REGIAE TYPOGRAPHI.

MDCCXCIV.

VIRO

PERILLUSTRI, GENEROSISSIMO

JOSEPHO BANKS,

BARONETO,

PRAESIDI

SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM

LONDINENSIS,

TERTIAM HANC

SYMBOLARUM BOTANICARUM

PARTEM

D. D. D.

AUCTOR.

JASMINUM.

JASMINUM foliis oppoſitis ternatis: foliolis ovatis obtuſis, ramulis angulatis petiolisque villoſis, pedunculis axillaribus trifloris. *angulare.* 3-4.

Habitat ad Cap. b. ſpei. ♄

Rami oppoſiti, teretes, cortice cinereo. *Ramuli* e lineis decurrentibus a baſi petiolorum tetragoni, ſubhirti.

Folia petiolata. *Foliola* avenia, ſubtrinervia, glabra: *lateralia* unguicularia, terminale majus; omnia petiolata.

Petioli canaliculati, margine piloſi.

Pedunculi axillares, villoſi, folio breviores, triflori. *Flores* pedicellati.

Calyx campanulatus, 6. 7. dentatus: dentibus parvis, obtuſis.

Corollæ. *Tubus* fere ſesquipollicaris: *laciniæ* 6. vel 7., lanceolatæ, acutæ, tubo triplo breviores.

Affine J. azorico, diverſum ramis angulatis villoſis.

JASMINUM foliis oppoſitis ternatis: ramulorum floriferorum ſimplicibus, calycibus angulatis ramisque teretibus pubeſcentibus. *auriculatum.* 3-4.

Colitur in hortis idolatrorum Malabariæ. König ♄

Rami teretes, uti folia ſuperiora, petioli, pedunculi & calyces cinereo pubeſcentes.

Folia petiolata, oppoſita; *ramorum* ternata: *foliolis* petiolatis, integerrimis, glabriuſculis, excepta coſta utrinque, planis, nervoſo-ſubvenoſis: intermedio bipollicari, ovato, lateralibus vix unguicularibus, oblongis, brevius petiolatis; *ramulorum* floriferorum pollicaria, ſimplicia, oblonga, pubeſcentia.

Petioli articulati.

Panicula terminalis, bipollicaris: *pedunculi* trichotomi, faſtigiati; interdum ſolitarii, oppoſiti ex ultimis axillis, bistrifidi. *Bractea* linearis ad baſin pedunculorum, apice patula.

Calyces 5-fidi, obovati, abbreviati, plicato-quinquangulati: *laciniis* obtuſis.

Corolla pollicaris, glabra. *Limbus* tubo duplo brevior: *laciniis* 6., linearibus, obtuſis.

JASMINUM glabrum, foliis oppoſitis ternatis, racemis axillaribus brachiatis, caule ſcandente, ramis teretibus. *flexile.* 3-4.

Habitat in India orientali ♄

Rami teretes, glabri, uti tota planta.

Folia petiolata, oppoſita, ternata: *foliola* petiolata, ovato-oblonga, acuminata, obſcure ſimpliciter venoſa, utrinque nitida, integerrima, ſubtus pallidiora, intermedium bipollicare, lateralia dimidio fere minora.

Petioli flexuoſi, an cirrhoſi?

Racemi axillares, oppoſiti, patentiſſimi, brachiati, folio triplo longiores. *Pedunculi* partiales oppoſiti, patentiſſimi, uniflori vel triflori. *Flores* pedicellati. *Bractea* linearis utrinque ad baſin pedunculorum & pedicellorum.

Calyx campanulatus, dentibus 5-6 ovatis, acutis, minutis.

Corolla ſesquipollicaris. *Laciniæ limbi* circiter ſeptem, longitudine fere tubi.

didymum. 3-4. JASMINUM glabrum, foliis oppoſitis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis, racemis axillaribus.

Jasminum didymum: foliis oppoſitis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis. Forst. prodr. pag. 3.

Dedit Dn. Fabricius.

Frutex an ſcandens?

Rami teretes, glabri.

Folia petiolata, ternata: *foliola* petiolata, bipollicaria, lateralia minora, glaberrima, obſcure venoſa, attenuata.

Petioli flexi, ſupra canaliculati, univerſales ſemipollicares.

Pedunculi axillares, ſolitarii, oppoſiti, longitudine petioli univerſalis, angulati. *Pedicelli* oppoſiti, breves, indiviſi.

Calyx campanulatus, obſcure 5-dentatus, uti pedunculi, glaber: *denticulis* minutis.

trinerve 7. JASMINUM foliis oppoſitis ſimplicibus ovatis attenuatis trinerviis, pedunculis axillaribus ſubunifloris.

Habitat in Java ♄.

Rami obſcure tetragoni, glaberrimi.

Folia petiolata, oppoſita, bipollicaria, ovata, in acumen longum attenuata, glaberrima, trinervia: nervi ſuperne evaneſcentes, ſubavenia ſubtus pallidiora.

Petioli vix ſemiunguiculares.

Pedunculi axillares, ſolitarii, oppoſiti, petiolo parum longiores, glabri, medio *bracteis* binis oppoſitis ſubulatis.

Calyx glaber: *laciniis* quinque, ſubulatis, tubo corollæ dimidio brevioribus.

Corolla pollicaris glaber. *Limbus* quinquefidus: laciniis lanceolatis.

8. *ſcandens.* JASMINUM foliis oppoſitis ſimplicibus ovato-oblongis attenuatis, paniculis brachiatis, laciniis calycinis ſetaceis reflexis.

Nyctanthes ſcandens, glabra, ramis teretibus elongatis ſcandentibus foliis oblongo-cordatis, paniculis brachiatis axillaribus. Retz. obſ. 5. p. 3.

Fruticoſus, glaber. *Rami* teretes, ſcandentes. *Ramuli* ex ſingulis axillis ſolitarii, oppoſiti, ſimpliciſſimi, apice floriferi, longitudine foliorum, patentiſſimi.

Folia oppoſita, petiolata, patentiſſima, ovata, integerrima, plana, lævia, venis ſimpliciſſimis, bipollicaria & ultra. *Folia ramulorum* unguicularia, cordato-ovata.

Panicula brachiata, ex apice ramulorum, brevis. *Pedunculus* brevis. *Pedicelli* breviſſimi.

Bracteæ

Bracteæ oppoſitæ ad baſin pedunculorum & calycis, lineares, longitudine pedunculorum.

Calycis limbus planus: *laciniæ* 6-7, reflexæ, villoſæ.

Corollæ *limbus* 6-7-fidus: *laciniæ* lanceolatæ, longitudine tubi. *Tubus* ſenſim ampliatus.

OLEA.

OLEA foliis oblongis lanceolatis obtuſiſſimis, racemis axillaribus ſimplicibus, floribus cernuis. *cernua.* 3-4.

Habitat in Madagaſcar. Dn. Thouin.

Rami teretes, glabri, cortice cinereo, punctis elevatis ſparſis, apice compreſſiuſculi.

Folia petiolata, oppoſita, coriacea, lato-lanceolata, baſi attenuata acuta, apice rotundata, ſæpe emarginata, integerrima, glabra, lævia, avenia, coriacea, ſesquipollicaria, margine reflexa.

Petiolus ſemiunguicularis, ſubtus convexus.

Racemi axillares, ſimpliciſſimi, petiolo parum longiores, 2. 3., interdum ſolitarii. *Pedicelli* oppoſiti. *Bractea* minuta, ovata ad baſin pedicellorum, duæ aliæ lanceolatæ ſub calyce.

Flores cernui, Oleæ ſativæ duplo majores.

OLEA foliis ellipticis, floribus racemoſis apetalis. *apetala.* 3-4.

Habitat in nova Zelandia ♄

Rami inferne teretes, cortice cinereo-punctato, ſuperne verſus apicem alternatim compreſſi.

Folia oppoſita, petiolata, bipollicaria & ultra, patentiſſima, elliptica, utrinque acuta, integerrima, coriacea, glabra, avenia, enervia.

Petiolus unguicularis.

Racemi axillares, oppoſiti, ſubſolitarii, ſimpliciſſimi, petiolo parum longiores. *Pedicelli* oppoſiti. *Bracteæ* nullæ niſi ſquamæ duæ oppoſitæ ovatæ ad baſin pedunculi communis.

Calyx quadrifidus: *laciniis* minutis, acutis.

Corolla nulla.

Filamenta breviſſima. *Antheræ* divergentes.

OLEA foliis ellipticis acutis, bracteis perfoliatis: infimis cyathiformibus perſiſtentibus, ſuperioribus foliaceis magnis deciduis. *excelſa.* 3-4.

Olea excelſa: foliis ellipticis integerrimis, racemis angulatis, bracteis perfoliatis: baſeos cyathiformibus perſiſtentibus; ſuperioribus deciduis magnis foliaceis. Hort. Kew. 1. p. 14.

Rami teretes, cortice cinereo, glabri, adſperſi punctis elevatis: *ramuli* ſuperne alternatim compreſſi, ut in omni olea: articulis baſi anguſtioribus, ſuperne parum dilatatis.

Folia oppoſita & alterna, petiolata, bi-ſ. tripollicaria vel parum longiora, ſesquipollicem lata, utrinque attenuata, integerrima, glabra, lævia, coriacea, avenia, ſubtus pallidiora, obſolete nervoſa.

Petiolus unguicularis, ſupra planus, ſubtus convexus.

RACEMI axillares, oppoſiti, plerumque ſolitarii, rarius gemini, pollicares, ſimplices. *Pedunculus* e bractea cyathiformi bifida laciniis divaricatis, uti pedicelli, angulatus. *Pedicelli* oppoſiti, uniflori, longitudine corollæ. *Bracteæ* oblongæ, membranaceæ, concavæ, margine interdum villoſæ, ſuperiores majores deciduæ, infimæ quatuor perſiſtentes. *Flores* Oleæ ſativæ duplo-majores.

CALYX minimus: *dentibus* obtuſiſſimis.

COROLLA calyce quadruplo major, profunde quadrifida.

Filamenta fere nulla. *Antheræ* longitudine corollæ.

Germen conicum, acuminatum, antheris brevius.

VERONICA.

macrocarpa 10-11. VERONICA racemis ſubterminalibus erectis, foliis lanceolatis integerrimis glabris planis, caule fruticoſo.

Habitat in nova Zelandia. Dedit Dn. Dr. DAHL. ♄

RAMI teretes, glabri, articulati, cortice fuſco.

FOLIA ſeſſilia, quadripollicaria, lævia, avenia, enervia, margine plana, extrorſum attenuata.

RACEMI ex ultimis axillis, oppoſiti, longitudine foliorum: *pedicelli* alterni, copioſi, ad lentem ſubvilloſi. *Bractea* linearis, minuta, obtuſa, oculo armato ſubciliata.

CALYCIS *foliola* parva, lanceolata, acuminata.

COROLLA fere ſemiunguicularis. *Tubus* calyce duplo longior: *Limbi laciniæ* oblongæ, obtuſæ.

CAPSULÆ ovatæ, acutæ, calyce triplo longiores.

Folia baſi latiora quam in inſequente.

ſalicifolia 10-11. VERONICA racemis lateralibus nutantibus, foliis lanceolatis integerrimis, caule fruticoſo. FORSTER. prodr. p. 3. n. 11.

Dedit Dn. Profeſ. FABRICIUS ♄.

RAMI teretes, glabri, cortice fuſco, articulati, poſt caſum foliorum annulati, craſſitie pennæ anſerinæ.

FOLIA oppoſita, 4. 5. pollicaria, ſeſſilia, lanceolata, utrinque attenuata, ſubundulata, glaberrima, læviſſima, avenia.

RACEMI axillares, oppoſiti, folio longiores, nutantes. *Pedunculi* teretes, glaberrimi, ſesquipollicares. *Pedicelli* capillares, copioſiſſimi, plures ex eodem puncto: fructiferi reflexi. *Bracteæ* ad baſin pedicellorum, ſubulatæ.

CALYX tetraphyllus: *foliolis* corolla brevioribus, æqualibus, ſubulatis.

COROLLÆ *tubus* calyce duplo longior. LACINIÆ *Limbi* lanceolatæ, acutæ.

CAPSULA oblonga, acuta, calyce duplo longior.

parviflora. 10-11. VERONICA racemis ſubterminalibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis glabris mucronatis, caule fruticoſo.

Habitat in nova Zelandia. Dedit Dn. DAHL. ♄

RAMI teretes, glabri.

FOLIA ſeſſilia, approximata, pollicaria, rigida, lineari-lanceolata, lævia, apice plicato mucronata.

Racemi ex ultimis axillis, oppoſiti, ſeſquipollicares. *Pedunculus* teres, brevis. *Pedicelli* oppoſiti, breves; *bractea* minuta ad baſin ſinguli.

Calyx tetraphyllus: *foliolis* oblongis, obtuſis, glabris, oculo armato ſubciliatis.

Corollæ *laciniæ* obtuſæ.

Stylus corolla longior.

Capsulæ ovales, calyce duplo longiores.

VERONICA foliis oblongis crenatis, caulibus repentibus calycibusque villoſis. *tenella* 16-17.

Veronica pratenſis nummulariæ folio. Dill. *giſſ.* nov. ſpec. p. 67.

Veronica pratenſis nummulariæfolio flore coeruleo. Plukn. alm. p. 384. tab. 233. fig. 4.

Veronica tenella: repens foliis rotundis crenulatis, ramis breviter racemoſis. Allion. fl. ped. no. 272. tab. 22. fig. 1.

A Veronica ſerpyllifolia vix niſi caule ſuperne calycibusque villoſis differre videtur, diverſa vero omnino a veronica nummularifolia Gouanii illuſtr. pag. 1. tab. 1. fig. 2. quam, quantum ex ſpeciminibus in Pyrenæis a me lectis, vix ſpecie a Ver. fruticuloſa Linnæi differre, video. Synonymum Plukn. loco incongruo allatum eſſe a Gouanio facile patebit e collatione figuræ ipſius Gouanii cum figura Pluknetii.

JUSTICIA.

JUSTICIA ſpicis terminalibus tetragonis, bracteis ovatis quadrifariam imbricatis carinatis ciliatis, foliis crenatis glabris. *tetragona* 16-17.

E Cajenna miſit Dn. von Rohr ♄

Frutex. *Rami* teretiuſculi, glabri, oppoſiti.

Folia petiolata, ſubſpithamæa, baſi valde attenuata, per petiolum decurrentia, nervoſa, obſolete venoſa, apice parum attenuata, utrinque glabra, niſi in coſta & venis majoribus, minime mollia.

Spica terminalis, ſolitaria, ſeſſilis, tetragona, tripollicaris, absque floribus craſſitie pennæ anſerinæ, imbricata. *Bracteæ* ovatæ, exteriores arcte imbricatæ, ſemiunguiculares, fuſcæ, extus ſubconvexæ, carinatæ, acutæ, intus concavæ, margine villis minutis ſubciliatæ. Duæ aliæ ad baſin ſinguli calycis, exteriori longiores, lanceolatæ, extus villis denſiſſimis niveo-tomentoſæ, intus cavæ, glabræ, pallidæ, apice, uti calyces, ſubferrugineæ. Rachis inter flores villis denſiſſimis niveis tecta.

Calyx pentaphyllus: *foliolis* lanceolatis, bractea longioribus, ſtriatis, glaberrimis, intimis duobus anguſtioribus.

Corolla bilabiata. *Labium* ſuperius bifidum: *laciniis* lineari-lanceolatis; inferius indiviſum, lanceolatum.

Stamina *filamenta* duo, corolla parum breviora. *Antheræ* geminæ in ſingulo filamento parallelæ.

Germen oblongum.

Sub nomine Juſticiæ pulcherrimæ Jacquini miſit optimus von Rohr, convenit quidem foliis corollisque, differt vero foliis ſubtus tactu non mollibus, ſpicis terminalibus ſolitariis, nec axillaribus binis vel quaternis, bracteis ovatis non vero ſubcordato-rotundis, antheris parvis glabris, minime vero maximis, dorſo villoſis; nec de tomento in bracteis interioribus & rachi quidquid monuit Auctor alias in plantis deſcribendis exactiſſimus. Hiſce permotus

tamquam novam deſcribere malui quam ſub nomine erroneo. A LINNÆI Juſticia pulcherrima recedit ramis glabris, foliis minime ſubtus hirſutie molli canis, nec integerrimis ut in illius. Diverſa certe eſt a Juſt. pulcherrima Symb. bot. pars 2. p. 14.

coccinea 16-17. JUSTICIA ſpicis terminalibus, foliis bracteisque ellipticis margine nudis, corollarum galea lanceolata apice reflexa.

Juſticia coccinea: floribus amplis ſpicatis; foliis ovato-oblongis acutis. AUBL. fl. gu. pag. 10. tab. 3.

Juſticia coccinea: fruticoſa, corollis bilabiatis; labio ſuperiori indiviſo, foliis bracteisque ſpicarum ellepticis acuminatis, antheris parallelis. SMITH. Ic. pictæ pag. 8.

E Cajenna miſit Dn. VON ROHR.

Rohrii 36-37. JUSTICIA ſpicis terminalibus compoſitis imbricatis pubeſcentibus, bracteis ovatis, foliis ellipticis integerrimis.

Habitat in Cajenna. Dn. VON ROHR.

CAULIS herbaceus (ſecundum Dn. v. ROHR) erectus, ramoſus, tetragonus, ſuperne tenuiſſime pubeſcens, ſubcaneſcens.

FOLIA petiolata, 6-8 pollicaria, pollices 2-3 lata, attenuata, utrinque acuta, nervoſa, integerrima, glabra.

Petiolus bipollicaris.

SPICA terminalis, compoſita. Spicæ partiales breviter pedunculatæ, oppoſitæ. *Pedunculi* pubeſcentes. *Flores* oppoſiti. *Bracteæ* binæ, ovatæ, unguiculares, pubeſcentes, longitudine calycis.

CALYCIS *foliola* lineari-lanceolata, pubeſcentia.

COROLLÆ *labium ſuperius* lineari-lanceolatum, indiviſum: *inferius* trifidum.

STAMINA *filamenta* duo, indiviſa. *Antheræ* geminæ in ſingulo filamento, una parum ſupra alteram poſita.

VERBENA.

Forſkålæi 6-7. VERBENA tetrandra, calycibus fructiferis ſubrotundis roſtrato-acuminatis reflexis, ſeminibus rotundatis rugoſis.

Phyrma FORSK. Catal. plant. Arab. pag. 115.

CAULIS herbaceus, erectus, tetragonus, glaber.

FOLIA petiolata, caulina ovata, ramulorum oblonga: omnia ſcabra, ſubſtrigoſa, obtuſe ſerrata, acuta.

RACEMI terminales, ſimpliciſſimi, pedales.

CALYCES *floriferi* patentiſſimi villoſi, utrinque attenuati, breve pedicellati: *bractea* ſetacea, longitudine pedicelli. *Fructiferi* reflexi, ſubrotundi, collo terminati, villoſi.

SEMINA bina, cohærentia, rotundata, compreſſa, rugoſiſſima, rugis elevatis, lateribus exterioribus utrinque denticulis 2 vel tribus.

Maxime affinis V. lappulaceæ, ſed robuſtior, caulis ſtrictior, folia ſupra ſcabriora, ſerraturæ foliorum profundiores, ſemina non oblonga echinata, ſed ſubrotunda dentata, latere exteriori convexa, apicibus inflexis. Calyce ad Verbenam mexicanam accedit, at ſemina non hiſpida.

SAL-

SALVIA.

SALVIA foliis cordatis rugoſis crenato-æqualiter ſerratis acutis, calycibus glabriuſculis ariſtatis. *tiliæfolia* 6-7.

Miſit amiciſſimus Bellardi, patriam ignoro.

Caulis herbaceus, erectus, ſtrictus, villoſiuſculus, tetragonus, angulis obtuſis.

Folia petiolata, venoſo-reticulata, rugoſa, præſertim ſubtus, bipollicaria vel ultra, vix pubeſcentia, obtuſe ſerrata; ſerraturis æqualibus.

Petiolus longitudine folii.

Racemus terminalis, palmaris.

Pedicelli verticillati, circiter 8. *Bracteæ* ſubulatæ, deciduæ.

Calyx campanulatus, lineis 8 elevatis piloſis, bifidus: *laciniis* ovatis, acuminatis; inferior bifida, ſuperior indiviſa.

Corolla calyce parum longior, cærulea.

Differt a S. ſerotina, quam benevolentia Dn. Profeſſ. Marsigli ex horto Patavino habeo, caule minus piloſo, foliis non molliter villoſis, latioribus, acutis, ſerraturis æqualibus, lineis calycinis tantum piloſis, nec glutinoſo-viſcoſis.

OLAX.

OLAX. Lin. Flor. Zeyl. 34. *zeylanica.*

Rami e lineis decurrentibus flexuoſis angulati, glabri, cortice viride-flaveſcenti, colore fere ut in Viſco albo, transverſim tenuiſſime rugoſo.

Folia petiolata, alterna, bi-ſ. tripollicaria, ovato-lanceolata, glaberrima, lævia, ſulco longitudinali ſupra in medio, tenuiſſime nervoſa, vix venoſa, obtuſa, integerrima.

Racemi axillares, ſimpliciſſimi, folio breviores, plerumque ſolitarii, rarius gemini. *Pedunculi* filiformes, poſt caſum florum denticulati.

XYRIS.

XYRIS ſcapo ſulcato angulato, foliis flexilibus, ſquamis obtuſis. *indica* 1.

Kotsjiletti-pullu. Rheed. mal. 9. pag. 139. tab. 71.

Xyris indica. Lin. fl. Zeyl. p. 14. fide herbarii Hermanni.

Scapi pedales, plures.

Folia interdum longitudine fere ſcapi vel parum breviora, inferne ſcapum vaginantia.

Filamenta tria. *Antheræ* lineares, emarginatæ, corpuſculo penicilliformi utrinque ad baſin ſinguli Antheræ, uti jamdudum obſervavit Rheed. in Hort. malabarico. l. c.

Folia nunquam tam lata vidi ut habet figura Rheedii.

Aliam ſub nomine X. indicæ miſit Cel Königius, in variis a ſupra deſcripta diverſam, foliis & ſcapo X. americanæ propinquiorem, cujus deſcriptionem hic ſubjungo, aliis relinquens, utrum nomen ſpeciei mereatur nec ne.

Folia radicalia, baſi dilatata, equitantia, rigidiuſcula, ſubtiliſſime ſtriata, linearia, acuta, glaberrima, ſcapo 3-vel 4-druplo breviora.

Scapi plures, erecti, pedales vel ultra, torti, læves, minime ſtriati, inferne ſemiteretes, ſuperne magis compreſſi ancipites.

Capitula minora quam in X. indica, imbricata: *ſquamis* ſubrotundis, parum emarginatis, convexis.

Calyx: *ſquamæ* 3. duæ exteriores naviculares, inferne attenuatæ, 3tia ſubrotundata, marginibus conniventibus latis tenuioribus, florem nondum evolutum fovens, incluſa ab exterioribus, compreſſiuſcula, brevior.

Corolla tripetala? *Petalis unguibus* hyalinis, longitudine calycis. *Laminæ* obovatæ, luteæ, patentes, denticulatæ.

Filamenta tria. *Antheræ* in fauce corollæ, apice tridentatæ, baſi ſtipatæ corpuſculis binis penicilliformibus longitudine antherarum, ope lentis hyalinis.

Stylus unicus, profunde trifidus: *laciniis* ſuperne dilatatis, compreſſis, apice margine oculo armato denticulatis.

Differt ſic a Xyride indica foliis anguſtioribus brevioribus, ſcapo ancipiti lævi, antheris tridentatis. Convenit cum X. americana foliis & ſcapo, differt vero altitudine, num vero quoad flores diverſa ſit nec ne, aſſerere non audeo, cum ſpecimen X. americanæ, quod vidi, jam defloratum erat. Cum in plurimis floribus nunquam corollam ſeparare potui in petala 3 absque dilaceratione, ſuſpicor, petala inferne eſſe cohærentia, nec perfecte diſtincta.

Americana 2. XYRIS ſcapo ancipiti lævi.

Jupicai Pis. braſ. 238. huc pertinet, minime ad X. indicam.

Xyris americana flore cæruleo, foliis ſetaceis. Aubl. fl. Gu. pag. 40. tab. 14. figura mala.

Folia linearia, rigidiuſcula, ſcapo dimidio breviora.

Scapus non ſtriatus ut in X. indica, ſuperne compreſſus, palmaris.

Squamæ capituli oblongæ, concavæ, margine tenuiore membranaceo auctæ, apice emarginatæ cum mucrone ſubcalloſo fuſceſcente intermedio, nunquam vero attenuatæ, ut habet figura Aublætii.

SCHOENUS.

nemorum 10-11. SCHOENUS culmo triquetro folioſo, corymbo terminali compoſito folioſo.

Beera-Kaida. Rheed. Mal. 12. pag. 109. tab. 58.

Habitat in India orientali.

Culmus erectus, pedalis & ultra, glaber, vaginatus.

Folia culmo duplo longiora, pollicem lata, glabra, carinata, trinervia, margine & carina retrorſum ſcabra.

Corymbus terminalis, compoſitus. *Pedunculus* communis triqueter, flexuoſus: *partiales*, uti pedicelli, compreſſi, margine acuto ſcabriuſculo, inferiores remotiores, ſuperiores approximati, faſtigiati.

Spiculæ tres in ſingulo pedicello, laterales breviſſime pedicellatæ, intermedia ſeſſilis, magnitudine vix ſeminis Tritici, fuſco-ferrugineæ; fructiferæ globoſæ, magnitudine piperis nigri. Folia ad baſin pedunculorum partialium & pedicellorum; infima ſtructura foliorum culmi corymbo longiores, inſequentia ſenſim breviora, ſubulata. *Ochreæ* ferrugineæ, bifidæ, acutæ.

Semen ſubrotundum, obtuſe mucronatum, rugoſum, utrinque linea elevata.

Con-

Convenire videtur cum Scirpo anomalo Retzii, obſ. faſc. 5tus. pag. 15. an diverſus? Certi aliquid ſtatuere non audeo, cum ſpiculæ in ſpeciminibus a Königio miſſis vel jam deflorate erant vel nimis immaturæ, hinc flores mihi ignoti. Ex auctoritate Königii ad Schoenum retuli.

PHALARIS.

PHALARIS panicula ſpicata tereti, calycibus obcordatis mucronatis. Retz. obſ. 4. pag. 14. *aſpera.*

Typhagroſtis gramen ſpicatum inſtar Limæ dentatum. Cup. hort. Cath. ſecundum herbarium Petiverianum.

Phleum viride ſpica cylindrica lævi culmo erecto. All. fl. ped. no. 2133. fide ſpeciminis a viro cel. communicati.

PHALARIS panicula ſimpliciſſima, floribus muricatis: altero ſeſſili. Lin. S. V. pag. 104. *zizanioides.*

Andropogon muricatum panicula contracta, ſpicis verticillatis, calycibus muticis muricatis. Retz. obſ. 3. pag. 43.

Fide Herbarii Lin. non diverſæ ſunt. Rectius tamen ad Androp. refertur.

AIRA.

AIRA panicula ſpiciformi oblonga, glumis ciliatis, vaginis foliisque villoſis. *pubeſcens* 4·5.

Gramen typhinum maritimum tomentoſum, longius ſpicatum. Barrel. Ic. pag. 717.

Phalaris calyce divaricato, plano, ovato, ciliato, gluma florali interiori bidentata. Hall. app. ad. Scheuch. Agroſt. p. 60. n. 69.

Phalaris panicula ovato-cylindrica ſpiciformi, glumis ciliatis. Gerar. fl. Gall. prov. pag. 77. tab. 1.

Alopecurus littoreus. All. fl. Peden. n. 2151.

Phalaris pubeſcens. Poir. it. p. 140.

Legi paſſim in aridis arenoſis Tuneti & Neapoli.

Radix fibroſa.

Culmi plures, pedales, teretes, baſi ſæpe ramoſi, inferne plerumque geniculati, infracti, 2·3·4 nodes; *internodiis* bi-ſ. tripollicaribus, ultimo longiore, vaginis foliorum tectis: *Rami* ſimpliciſſimi, floriferi, culmo triplo breviores.

Folia attenuata, bi-ſ. tripollicaria, ſubtiliſſime ſtriata, utrinque pilis molliter villoſa. *Vaginæ* ſtriatæ, longitudine foliorum, villoſæ, ſuperiores glabriores.

Panicula terminalis, villoſa, primum oblonga, demum elongata, bipollicaris vel parum longior, craſſitie digiti intermedii. *Pedicelli* breviſſimi.

Calycis glumæ lanceolatæ, attenuatæ, floſculis longiores, carina margineque ciliatæ, ſæpe villoſæ.

Corollæ geminæ, alter pedicellata, alter ſeſſilis. *Valvulæ* membranaceæ, hyalinæ; *exteriores* longiores, carinatæ, carina viridi, ope lentis ſubciliatæ; *interiores* minores, apice bifidæ.

Ariſta parum infra apicem in valvulis exterioribus, breviſſima.

Glumæ ſæpe uniflorae in paniculis ramorum, raro in culmi.

PAPPOPHORUM. Schreb. gen. Plant. pag. 787.

Character essentialis.

Gluma bivalvis multiflora: Valvulis corollinis exterioribus multiariſtatis.

alopecuroideum. PAPPOPHORUM. Tab. LI.

Ad fodinas Inſulæ Spaniſh Town Americæ legit Dn. v. Rohr.

Culmus ramoſus, 3. ſ. 4. pedalis, glaber, foliis vaginatus.

Folia convoluta, ſubulata, ſtriata, culmo breviora, ultimum ſpathaceum.

Panicula erecta, ſubſpicata, ſæpe ſequipedalis, facie Alopecuri monſpeliaci.

Calyx: *glumæ* tri ſ. quadrifloræ, bivalves. *Valvulæ* lanceolatæ, attenuatæ, in ariſtam brevem deſinentes, altera parum brevior, longitudine floſculorum.

Corolla bivalvis: *valvulæ* lanceolatæ: *exterior* concava, extus carinata, triſulcata, baſi margine carinaque ciliata, apice diviſa in *Ariſtas* 12. inæquales, calyce longiores, patentiuſculas, rectas; *Valvula interior* longitudine exterioris, acuminata, indiviſa.

Flos unicus: inferior ſeſſilis, hermaphroditus, reliqui maſculi hermaphrodito parum minores, coeterum ſimiles.

Stamina *filamenta* tria.

Germen trigonum.

POA.

cynoſuroides. POA panicula ſtricta pyramidali, pedunculis patentiſſimis, ſpiculis dependentibus diſtichis. Retz. obſ. 4. p. 20.

Uniola bipinnata: panicula ſubſpicata, racemis pinnatis ſubtus imbricatis. Lin. S. V. pag. 116.

bromoides 34. POA ſubſpicata, ſpiculis lanceolatis 25 floris; inferioribus breve pedicellatis, ſuperioribus ſeſſilibus, foliis bifariis involutis.

Habitat Limæ? Ex horto pariſino habui.

Culmi infracti, glabri, vaginis foliorum tecti.

Folia alterna, bipollicaria, ſtriata, glauco-viridia.

Vaginæ ſtriatæ, ore barbato, foliis breviores.

Flores in Spica terminali, ſesquipollicari, diſticha, ſubſimplici.

Spiculæ lanceolatæ, compreſſæ, glabræ, pollicares, 25 floræ & ultra; inferiores pedicellatæ, pedicellis bifloris, ſuperiores ſeſſiles.

Corollæ *valvulæ* margine vix ciliatæ.

ELYMUS.

giganteus 12. ELYMUS ſpica erecta arcta, ſpiculis ſenis, ſexfloris villoſis, calycibus ſubulatis glabris ſpicula longioribus.

Patriam ignoro, dedit Dn. Schumacker.

Culmus craſſitie digiti intermedii.

Folia involuta, ſtricta.

Spica ſesquipedalis, inferne craſſitie fere biunciali, ſuperne attenuata, imbricata ſpiculis numeroſis.

Spiculæ

Spiculæ 6, pollicares.

Calycis *valvulæ* ſubulatæ, ſpiculis parum longiores, glabræ, carinatæ, intus cavæ.

Floſculi diſtichi, 7; terminalis ſterilis: *Valvula exterior* lanceolata, ſuperne ſtriata, ad medium villoſa; *interior* linearis obtuſa, intus planiuſcula, extus cava.

Rachis villoſa.

M A T T U S C H K Æ A.

MATTUSCHKÆA. Schreb. gen. pag. 788. *hirſuta.*

Perama hirſuta. Aubl. fl. gu. pag. 54. tab. 18.

Planta interdum digitalis, palmaris vel ultra, nunquam tamen tam gigantea ut pingere curavit Aublætius, obſervante autopta Dn. von Rohr, qui plantam in Guiana legit & cum Dn. Lund communicavit.

Caulis filiformis, erectus, ſæpe ſimpliciſſimus, uti tota planta hirſutus, præſertim calyces.

Folia fere Thymi ſerpylli, ſeſſilia, oppoſita, acuta, avenia, obſcure trinervia; infima minora, approximata, ovata; ſuperiora oblonga, remota, trilinearia.

Flores in capitulo *terminali, ſeſſili, magnitudine piſi.*

Calycis *foliola* linearia.

Semina quatuor nuda, uti jamdudum obſervavit acutiſſimus Dn. Jussieu gen. pl. pag. 109.

I X O R A.

IXORA foliis ſubſeſſilibus lanceolato-oblongis, panicula terminali. Tab. LII. *parviflora* 1-2.

Habitat in India orientali ♄

Rami glabri, articulati, inferne teretes, ſuperne compreſſi.

Folia breviſſime petiolata, oppoſita, bi-ſ. tripollicaria, glaberrima, ſupra nitida, venoſa, integerrima, acuta.

Stipula utrinque brevis, acuminata.

Panicula terminalis, palmaris, brachiata. *Pedunculi* partiales oppoſiti, remoti, folium parvum ad baſin ſinguli, tripartiti, ramis iterum tripartitis: *pedicelli* ultimi faſciculati. *Flores* coccinei.

Calyx minutus, quadridentatus: *dentibus* obtuſis.

Corolla infundibuliformis, unguicularis. *Tubus* filiformis, apice parum craſſior. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* linearibus, obtuſis.

Stamina corolla parum longiora.

Stylus longitudine tubi corollæ, ad lentem pilis rarioribus adſperſus. *Stigma* emarginatum.

Affinis I. coccineæ, differt vero floribus quadruplo minoribus, in corymbis racemoſis elongatis diſpoſitis. Folia in Ixora coccinea ſeſſilia nec amplexicaulia, variat laciniis corollæ ſubovatis obtuſis & lanceolatis acutis.

P A V E T T A.

PAVETTA glabra, foliis lanceolato-ellipticis, ſtipulis intus glabris, calycibus obſolete quadridentatis, floribus faſciculatis. *alba.*

Pavetta alba: foliis oblongis utrinque acuminatis, umbellis terminalibus faſciculatis, calyce brevi acuto. LIN. S. V. pag. 153. fide herbarii HERMANNI.

villoſa 1-2. PAVETTA ramis calycibusque villoſis incanis, foliis lanceolato-ellipticis, floribus faſciculatis.

Habitat in Arabia felici. FORSK. ♄

RAMI oppoſiti, tetragoni, articulati, denſe villoſi, incani; articuli ultimi compreſſiores.

FOLIA breviter petiolata, oppoſita, bi-ſ. tripollicaria, acuminata, baſi attenuata, integerrima, juniora utrinque villoſa, caneſcentia, adultiora ſupra fere glabra, nervoſa, avenia.

Stipula oblonga, obtuſa, longitudine fere petioli, altero latere dehiſcens.

CALYX quadrifidus, parvus, incanus.

COROLLA glabra, calyce quadruplo longior.

Stylus ſuperne verſus incraſſatus.

Fructum non vidi, potius tamen ad Pavettam quam ad Ixoram retuli, cum ſtipulatio, ſtylus & ſtigma ut in Pavetta indica.

longiflora 1-2. PAVETTA ramis glabris, foliis lanceolato-ellipticis, ſtipulis intus piloſis, calycibus quadrifidis, floribus faſciculatis.

Ixora occidentalis. FORSK. Catal. pl. Arab. pag. 105.

Stipulatio, ſtigma & fructus Pavettæ. Num varietas præcedentis ſit nec ne, dubius hæreo. Rami & folia omnino glabri, calyx non niſi oculo armato pilis aliquot minutis adſperſus, Corolla ſeſquipollicaris, coeterum ſimilis. A Pavetta indica differt ſtipulis latere interiori piloſis nec glabris, floribus duplo majoribus, calycibus quadrifidis nec obſolete quadridentatis. Si varietas, ob calycem meliore jure cum P. villoſa conjungitur.

CALLICARPA.

cana 1-2. CALLICARPA foliis ovatis denticulatis per petiolum ſemidecurrentibus, ſubtus villoſo-canis, paniculis dichotomis.

Callicarpa cana: foliis ſerratis ſubtus tomentoſis. LIN. Mant. pag. 198. RETZII obſ. faſc. 5. pag. 1.

Callicarpa tomentoſa, foliis ovato-lanceolatis acutis ſerratis, ſubtus tomentoſis albis, baccis parvis nigris diſtinctis. LA MARK. Encyclop: fide ſpeciminis a viro Celeb. communicati.

Callicarpa americana. LOUREIR. fl. Cochinch p. 70.

Habitat in India orientali KÖNIG. ♄

In editione Syſt. Veget. MURRAYI omittitur hæc ſpecies, tam a Callicarpa lanata, quam a reliquis ſpeciebus hujus generis ſatis diſtincta.

A *Callicarpa lanata* differt ramis, foliis ſubtus paniculisque e villis copioſis incanis minime vero lana denſa veſtitis: foliis ad dimidium petioli decurrentibus non autem baſi ovatis, junioribus ſupra tantum ſubrogoſis non vero adultioribus, ut in illa: ſupra glaberrimis nec nervis incanis: nervis & venis ſubtus elevatis conſpicuis, nec e tomento coopertis, denique denticulis marginis majoribus in omnibus foliis, nec ut in Callicarpa lanata, in aliis foliis nullis in aliis obſoletis.

Facie

Facie ad *Callic. americanam* propior accedit, tomentum vero ramorum & foliorum in Call. am. ſere pulverulentum, folia minora ſerrata, ſerraturis profundioribus, obtuſiuſculis, nec acute denticulata, paniculæ parvæ minus ramoſæ, ramis non divaricatis, flores majores, calyces glabriores, capſulæ majores oblongæ, conveniunt coeterum figura foliorum.

CALLICARPA foliis ovatis baſi rotundatis integerrimis [redacted]denticulatis, ſupra rugoſis ſubtus ramisque lanato-tomentoſis. *lanata.*

Tomex tomentoſa. Lin. fl. Zeyl. pag. 24. fide herb. Hermanni.

Callicarpa lanata (tomentoſa S. V. p. 153.) *foliis integerrimis lanatis.* Lin. Mant. p. 331.

Rami, uti petioli, folia ſubtus & pedunculi, tomento denſiſſimo tecti.

Folia ovata, attenuata, 4-5pollicaria, baſi pollices tres lata, nervis ſupra villoſis incanis, rugoſa, integerrima vel extrorſum [redacted] obſcure dentata: dentibus acutis.

Inflorescentia ut in reliquis.

CALLICARPA foliis lanceolato-ellipticis crenatis attenuatis, ſupra rugoſis ſubtus ramisque tomentoſo-incanis. Tab. LIII. *macrophylla* 2-3.

Habitat in India orientali Könio ♄

Rami obſcure tetragoni, uti petioli & pedunculi, tomento denſo ſublanato tecti, ut in Call. lanata.

Folia petiolata, oppoſita, ſpithamæa & ultra, ſæpe uncias tres lata, crenata, inferne verſus integerrima, apice attenuata, baſi obtuſa, ſupra nervoſa: nervis caneſcentibus, venoſo rugoſa, villis rariſſimis minutis adſperſa, ſubtus tomentoſa, incana, tomento tenuiore quam in ramis, nervis elevatis venisque ſimplicibus obliquis inter nervos: juniora utrinque cana.

Petiolus pollicaris.

Paniculæ axillares, dichotome-ramoſiſſimæ, oppoſitæ, bipollicares: ramis divaricatis. *Pedunculus* univerſalis longitudine petiolorum.

Bracteæ ad ramificationes oppoſitæ, lineares.

Calyx minutus, qvadridentatus, incanus.

Corollæ *laciniæ* oblongo-ſubcuneatæ, glabræ.

Stamina & *Piſtilla* flore longiora.

Sub nomine Callicarpæ tomentoſæ miſit Könıgıus, differt vero, ut ex deſcriptione patet, foliis lanceolato-ellipticis crenatis, nec ovatis integerrimis denticulatisque.

CALLICARPA foliis lato-lanceolatis utrinque glabris, ſuperne ſerrulatis. *longifolia* 2-3.

Callicarpa longifolia: foliis longis lanceolatis, ſubdentatis utrinque viridibus, corymbis parvis axillaribus. La Mark. Encycl.

Habitat ad Mallacam. Dedit Dn. La Mark. ♄

Rami obſcure tetragoni, glaberrimi, læves, articulati; geniculis margine villoſis.

Folia petiolata, oppoſita, 4-6 pollicaria, ſesquiunciam lata, glaberrima, venoſa, plana, inferne integerrima, ſuperne ſerraturis minutis.

Petiolus unguicularis.

Paniculæ axillares, oppoſitæ, ſupradecompoſitæ, ſolitariæ, dichotomæ: *ramis* divaricatis, ſubvilloſis. *Bractea* lanceolata ad baſin pedicellorum. *Flores* minuti.

Calyx truncatus, integer, glaber.

A Callicarpa japonica differre videtur: foliis majoribus, ſubtus non pallidioribus; paniculis dichotomis nec trichotomis.

villoſa 4. CALLICARPA foliis oblongo-ovatis integerrimis, ſubtus venoſo reticulatis villoſis, racemis axillaribus, pedicellis multifloris.

Habitat in India orientali? Dedit Dn. Dr. Dahl.

Rami obſcure tetragoni, villoſi, incani.

Folia petiolata, oppoſita, tri-vel quadripollicaria, uncias duas vel ultra lata, ſupra glabra, ſubtus venoſo-reticulata, villoſa, acuminata.

Pedunculi axillares, ſolitarii, oppoſiti, longitudine foliorum, ſuperne pedunculis aliquot oppoſitis multifloris: *flores* breviſſime pedicellati. *Bractea* linearis ad baſin pedunculorum partialium.

Calyx quadridentatus, parvus, uti corolla, extus villoſus.

Corollæ *tubus* calyce parum longior.

A reliquis dignoſcitur pedunculis elongatis, nec brevibus dichotome ramoſis. A Call. integrifolia Jacqu. hiſt. pag. 15. differre videtur tubo corollæ multo breviore, quam habet figura Jacquini.

BUDDLEJA.

madagaſcarienſis 2-3. BUDDLEJA foliis ovato-lanceolatis, ſubtus tomentoſis integerrimis, racemis terminalibus.

Buddleja madagaſcarienſis: foliis ovato-lanceolatis petiolatis, ſubtus tomentoſis, floribus racemoſis terminalibus. La Mark encycl.

Habitat in Madagaſcar. Dedit Dn. La Mark ♄

Rami ſuperne obſcure tetragoni, tecti tomento pallide ferrugineo, uti petioli, folia ſubtus, pedunculi, calyces & corollæ extus.

Folia oppoſita, petiolata, bipollicaria, patentia, attenuata, ſupra glabra venoſo-rugoſa.

Petiolus ſupra planiuſculus, folio triplo brevior.

Racemus terminalis, baſi ramo utrinque oppoſito, quinquepollicaris & ultra, erectus. *Pedicelli* oppoſiti, triflori. *Flores* ſeſſiles, erecto-patentes. *Bractea* utrinque linearis ad baſin pedicellorum & alia ad baſin ſinguli calycis.

Calyx ſubcampanulatus, quadridentatus.

Corolla infundibuliformis. *Tubo* ſemiunguiculari. *Laciniis limbi* rotundatis, intus glabris.

Stylus verſus apicem incraſſatus. *Stigma* obtuſum.

ſalicifolia 2-3. BUDDLEJA foliis lanceolatis extrorſum ſerratis, ſubtus tomentoſis, racemis terminalibus, pedicellis multifloris, floribus nutantibus.

Habitat in Bonaria? Dn. Thouin. ♄

Rami obſcure tetragoni, articulati, ſuperne tomentoſi incani, inferne ætate glabri.

Folia oppoſita, ſeſſilia, erecto-patentia, tripollicaria, unguem lata, utrinque attenuata, a medio ad apicem obtuſe ſerrata, inferne integerrima, margine

parum

parum reflexa, ſupra glabra, ſubtus tomentoſa, ſimpliciter venoſa: venis glabriuſculis: *Floralia* integerrima, ſenſim minora.

Racemus terminalis, ſpithamæus, inferne foliatus. *Pedunculi* partiales oppoſiti, ſemiunguiculares, multiflori. *Flores* pedicellati, ſubumbellati. *Bractea* linearis in pedicellis, uti pedunculi, calyces & corollæ extus tomentoſi.

Calyx quadrifidus: *laciniis* lanceolatis, obtuſiuſculis.

Corolla calyce duplo longior, quadrifidus: *laciniis* rotundatis, margine glabris. *Stylus* longitudine corollæ. *Stigma* obcordatum, truncatum.

BUDDLEJA foliis ovalibus glabris integerrimis ſubrepandisque, corymbis axillaribus ſubquinquefloris. *diverſifolia* 2-3.

Buddleja indica: foliis ovatis integris petiolatis ſubtus tomento ferrugineis, corymbis axillaribus breviſſimis. La Mark. Encycl.

Habitat in Java

Frutex ramis tetragonis, ſubdichotomis, glaberrimis, lævibus, cortice purpuraſcente, verſus apicem villoſo-ferrugineis.

Folia petiolata, oppoſita, interdum verſus apicem dente uno vel altero obtuſo remoto ſubrepanda, plerumque integerrima, glabra, ſimpliciter venoſa, venis marginem haud attingentibus, ſesquipollicaria, juniora ad apices ramorum villoſa.

Petiolus bilinearis.

Pedunculi axillares, oppoſiti, longitudine petioli, apice floribus 4. 5. ſubſeſſilibus, uti bracteæ calyces & corollæ ferrugineo-villoſi.

Bracteæ ſubulatæ, breves.

Calyx quinquefidus: *laciniis* ſubulatis.

Corolla hypocrateriformis, calyce duplo longior. *Tubus* æqualis. *Laciniæ* oblongæ, obtuſæ, intus villoſæ.

Variat foliis rotundioribus, obtuſioribus vel acutioribus.

EXACUM.

EXACUM floribus quadrifidis terminalibus, calycis foliolis ovatis, foliis lanceolatis trinerviis impunctatis. *pedunculatum* 1-2.

Exacum pedunculatum: floribus pedunculatis. Lin. Spec. pl. p. 163.

Habitat in India orientali. König.

Radix annua.

Caulis erectus, palmaris, tetragonus, angulis acutis, ramoſus, uti tota planta glaberrimus: *Rami* pauci, ſimplices, oppoſiti, caule breviores.

Folia oppoſita, ſeſſilia, pollicaria, lanceolata, utrinque acuta, integerrima, lævia, trinervia.

Pedunculi ex apice caulis & ramorum, ſolitarii, uniflori, breves.

Calyx quadripartitus, tetragonus, *laciniis* ovatis, acuminatis, margine membranaceis.

Corolla monopetala, ſubcampanulata, violacea, major quam in reliquis ſpeciebus, perſiſtens. *Tubus* longitudine calycis. *Limbi laciniæ* lanceolatæ, obtuſæ.

STAMINA: *filamenta* 4or, tubo inferne inſerta. *Antheræ* lineares. *Limbo* parum breviores.

Stylus longitudine corollæ. *Stigma* incraſſatum.

CAPSULA globoſa, lævis, magnitudine piperis nigri, bilocularis. *Semina* minuta, numeroſa.

Habitus fere Chironiæ trinerviæ, diverſum vero magnitudine, corolla antherisque quatuor. Optime cum noſtra planta convenit figura PLUKN. a LINNEO in ſpeciebus plantarum ad pedunculatum citata, niſi quod flores non lutei. Cum Exac. albente haud bene conjunxit LIN. filius in Supplementis Exacum pedunculatum Spec. pl.; omnimodo enim differunt. Totum Genus a Gentianæ vix niſi numero ſtaminum differre videtur.

ſeſſile 2-3. EXACUM floribus quadrifidis lateralibus terminalibusque, capſulis nutantibus, foliis cordatis.

Centaurium zeylanicum minus flore luteo. HERM. Zeyl. 36.

Exacum ſeſſile: floribus ſeſſilibus. LIN. fl. zeyl. n. 61. & Spec. pl. pag. 163. excluſo Synon. PLUKN.

Habitat Zeylonæ ad limites agrorum in ſylvaticis ſolo fertili humidiuſculo, minus frequens. KÖNIG.

RADIX annua.

CAULIS ſæpe uncialis, ſimpliciſſimus, interdum palmaris vel parum ultra, ſuperne ſemel vel bisbifidus, filiformis, erectus, tetragonus, uti tota planta glaber.

FOLIA ſeſſilia, oppoſita, bilinearia, ſuperiora vix majora, carnoſa, avenia, enervia, remota, obtuſa.

Flores ſuperne, ſubſeſſiles, axillares & terminales, interdum in dichotomia, ſolitarii, alterni.

CALYX quadripartitus: *laciniis* ovatis, carnoſis, margine non membranaceis.

COROLLA ſubcampanulata, parva, alba. *Tubus* brevis. *Limbi laciniæ* oblongæ.

STAMINA 4or, tubo inferne inſerta, vix longitudine corollæ.

Stylus longitudine corollæ. *Stigma* incraſſatum.

Capſula breviter pedunculata, nutans, globoſa, lævis.

Species a reliquis Exacis omnino diſtincta, ut ex collatis ſpeciminibus cum planta herbarii HERMANNI ab ipſo LINNÆO determinata perſpexi. Male igitur a LINNÆO filio in Suppl. ad Exacum cordatum relatum, differt enim calycibus quadrifidis, foliolis obtuſis margine non membranaceis, nec pentagonis ſtriatis carinatis membranaceis, corolla æque quadrifida, floribus lateralibus, nec quidquam commune habet cum Chironia trinervi. Reſtituendum igitur in Syſtemate vegetabilium. Synonyma Gentianæ exacoidis Spec. pl. ad Exacum cordatum Suppl. pl. retulit LINNÆUS, an igitur Exacum cordatum eadem planta cum Gentiana exacoide?

Guianenſe 3-4. EXACUM corollis quadrifidis, calycibus membranaceo-carinatis lævibus, foliis lanceolatis.

Exacum guianenſe foliis connatis oblongis, acutis; floribus purpuraſcentibus. AUBL. fl. Guian. pag. 68. tab. 26. fig. 1.

E Cajenna Dno. LUND communicavit Dn. VON ROHR.

Planta ſæpe vix digitalis, caule ſimpliciſſimo vel ſubramoſo, glaberrima.

CAULIS erectus, acute tetragonus.

FOLIA oppoſita, unguicularia vel parum ultra, lanceolata, attenuata, inferiora breviora, acuta.

Pedun-

Pedunculi terminales vel ex axillis ſupremis, ſolitarii, uniflori, breviſſimi, angulati.

Calyx fere gentianæ exacoidis, tetraphyllus, tetragonus, angulis exſtantibus membranaceis: *foliola*, ovata, valde attenuata absque ſtriis obliquis ut in E. ſeſſili.

Corolla ut apud Aublætium.

EXACUM floribus ſpicatis verticillato-ternis, foliis lanceolatis, caule ſimplici. *ſpicatum* 3-4.

Coutubea ſpicata foliis ovato-oblongis, acutis; floribus albis. Aubl. fl. Gu. p. 72. tab. 27. fig. haud optima.

Cum inſequente e Cajenna amico Dn. Lund miſit Dn. von Rohr.

Caulis herbaceus, bipedalis, erectus, ſimpliciſſimus, interdum rami duo floriferi ex ultimis axillis, obſcure tetragonus, absque lineis decurrentibus, uti tota planta, glaberrimus.

Folia oppoſita, ſeſſilia, remota, bipollicaria vel ultra, læviſſima, ſimpliciter obſcure venoſa, attenuata, integerrima.

Spica terminalis, erecta, pyramidata, fere ſpithamæa; *flores* verticillato-terni, copioſi. *Bractea* ſubulata, anguſtiſſima ad baſin ſinguli calycis.

Calyx monophyllus, tubuloſus, profunde quadrifidus: *laciniis* lanceolatis, valde attenuatis, longitudine tubi corollæ.

Corolla monopetala, calyce duplo longior; deflorata perſiſtens, marceſcens; *tubo* cylindrico. *Limbus* ante explicationem tetragonus, attenuatus, apice ſpiraliter convolutus. *Laciniæ* lanceolatæ, longitudine tubi.

Stamina *filamenta* quatuor in medio tubi, longitudine corollæ, baſi dilatata: marginibus ſuperne ſubconniventibus.

Antheræ ſagittatæ.

Pistillum. *Germen* ſuperum, oblongum, acutum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* bilamellatum.

Capsula oblonga, unilocularis, bivalvis. *Semina* minutiſſima, numeroſa.

Habitus florum omnino Exaci, nec ullam notam invenio, qua ab Exaco genere differt. Male in Aublætio pars inferior ſtaminum ſeorſim ſiſtitur tanquam pars diſtincta a filamentis. Nullum nectarium video, niſi fornicem velis e marginibus ſuperioribus conniventibus filamenti.

EXACUM floribus ſubſpicatis oppoſitis, foliis lanceolatis, caule ramoſo. *ramoſum* 3-4.

Coutubea ramoſa: foliis anguſtis, acuminatis; flore purpuraſcente. Aub. fl. Gu. pag. 74. tab. 28.

Tota planta glaberrima.

Caulis erectus, e lineis quatuor tenuiſſimis decurrentibus ſubtetragonus, ramoſus: *Rami* oppoſiti, ſimplices.

Folia ſeſſilia, oppoſita, pollicaria & ultra, anguſtiora & breviora quam in præcedente, lanceolata, utrinque attenuata, integerrima, ſubtus obſcure venoſa: *floralia* anguſtiora, inferiora calyce longiora, ſurſum verſus ſenſim minora, ſuprema parva pedicellum vix æquantia.

Flores ſubſpicati, oppoſiti, diſtantes. *Pedicelli* breviſſimi. *Bracteæ* duæ ſetaceæ ad baſin calycis, adpreſſæ.

CALYX monophyllus, oblongus, quadrifidus; *laciniis* lanceolatis, attenuatis, margine membranaceis.

COROLLA monopetala. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* ovatis, acutis.

STAMINA & PISTILLUM ut in antecedente.

CAPSULA bilocularis. *Semina* minutiſſima, numeroſa.

CISSUS.

vitiginea. CISSUS foliis cordato-ſubrotundis lobatis ſubindiviſisque villoſis dentatis.

Ciſſus. LIN. Flor. Zeyl. 60.

Ciſſus vitiginea: foliis cordatis ſubquinquelobis tomentoſis. LIN. Spec. pl. pag. 170. excluſis ſyn. præter PLUKENETII.

RAMI villoſi, ſuperne incani, ſubtetragoni.

FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria, integra, verſus apicem interdum ſubangulata, triloba vel ſubquinqueloba, nervoſa, venoſa, ſubtus villoſiora, obtuſe inæqualiter dentata: lobus intermedius major; juniora utrinque tomentoſa.

Petiolus unguicularis. *Stipulæ* parvæ, ovatæ, membranaceæ, deciduæ.

UMBELLÆ pedunculatæ, oppoſitifoliæ, triradiatæ, compoſitæ: *pedunculi* longitudine foliorum. *Flores* incani, plurimi decidui: *pedicelli fructiferi* plerumque gemini, divaricati.

BACCÆ pyriformes, magnitudine piſi, glauco coeruleſcentes.

repanda 1-2. CISSUS foliis cordatis integris ſublobatisve repandis utrinque glabris.

Habitat in India orientali.

RAMI teretes, flexuoſi, articulati, tomentoſi, ætate glabri.

FOLIA petiolata, bi-ſ. tripollicaria, latiora quam longa, cordata, firmiora quam in congeneribus, integra vel ſublobata, nervoſa, venoſa, adultiora utrinque glabra, juniora villoſa, repanda; crenis mucrone minuto terminatis, obtuſiſſima, interdum acumine brevi obtuſo terminata.

Stipulæ ovales, membranaceæ, acutæ, oppoſitæ, ſemiunguiculares, deciduæ.

Pedunculi oppoſitifolii; *radii* umbellæ tres, dichotome ramoſi. *Pedicelli* ultimi umbellati. *Squamæ* villoſæ, breviſſimæ ad baſin pedicellorum.

BACCÆ pyriformes, magnitudine piſi, ſtylo perſiſtente mucronatæ.

latifolia 1-2. CISSUS foliis cordato-ovatis villoſis acuminatis ſetaceo-ſerratis, ramis tetragonis.

Schunambu valli. RHEED. mal. 7. pag. 21. tab. 11.

Funis crepitans major. RUMPH. amb. 5. pag. 446. tab. 164. fig. 1.

Ciſſus latifolia. LA MARK. Encyclop.

Habitat in India orientali ♄

RAMI articulati, lignoſi, uti petioli & pedunculi ferrugineo-tomentoſi, præſertim ſuperne, inferne ætate glabi.

FOLIA petiolata, alterna bi-ſ. tripollicaria, cordata, ſuperiora plerumque baſi oblique ſubtransverſa absque ſinu, adultiora ſupra glabra, ſubtus, uti juniora, villis ferrugineis præſertim in nervis ſubtomentoſa, venoſa, nervoſa: nervis oppoſitis, acuminata, ſerrata: ſerraturis ſetaceis.

Petiolus ſemipollicaris. *Stipulæ* oblongæ, laterales.

UMBELLÆ

UMBELLÆ compoſitæ, pedunculatæ, folio breviores, quinqueradiatæ: *partiales* circiter octo. *Involucrum* nullum niſi villi ferruginei ad baſin pedicellorum.

BACCÆ pyriformes, glabræ.

CISSUS foliis cordato-ſubrotundis, ſerratis. *rotundifolia* 2-3.

Sælanthus rotundifolius; foliis cordato-orbiculatis, ſerratis. FORSK. deſcr. pag. 35. Ic. tab. 4.

FOLIA glabra, ſetaceo-ſerrata.

UMBELLÆ racemoſæ, oppoſitæ, multifloræ, quatuor circiter in ſingulo pedunculo communi, ſimplices. *Pedunculi* longitudine fere foliorum.

CISSUS foliis ternatis; foliolis ſubrotundis crenatis. *crenata* 7.

Folium Cauſſonis. RUMPH. 5. pag. 450. tab. 166. fig. 2. *at folia nimis ovata & acuta.*

Vitis trifolia: foliis ternatis, foliolis ſubrotundis ſerratis. LIN. S. V. p. 244.

RAMI villoſi, uti petioli, folia juniora & pedunculi. Cirrhi oppoſitifolii compoſiti.

FOLIA petiolata, ternata: *foliola* petiolata, pollicaria: lateralia parum minora, altero latere anguſtiora; crenata: crenis remotis, mucronatis.

Stipulæ parvæ, oblongæ, obtuſæ.

CYMÆ dichotomæ. *Pedunculi* oppoſitifolii, folio longiores.

CALYX minutus, quadridentatus.

Petala quatuor, fornicata.

Nectarium ut in congeneribus inter ſtamina & Germen.

Filamenta quatuor, corolla breviora.

CISSUS foliis ternatis ovatis obtuſis ſerratis glabris, ramis petioliſque teretibus. *carnoſa* 8.

Tſjori-valli. RHEED. Malab. 7. pag. 17. tab. 9.

Funis crepitans trifolium. RUMPH. amb. 5. tab. 165.

Ciſſus carnoſa. LA MARK. Encl.

Habitat in India orientali.

RAMI, ſicuti tota planta, glabri, ſtriati, teretes.

FOLIA petiolata, ternata: *Foliola* petiolata, ovata, carnoſa, obtuſa, ſerrata, lateralia minora, pollicaria.

Petiolus communis longitudine foliorum.

UMBELLÆ univerſalis radii terni: partialis rami dichotomi divaricati.

Pedunculus univerſalis folio longior.

C. trifoliatus differt ramis petioliſque membranaceo-alatis. C. acida dignoſcitur foliis obovatis inciſis.

CISSUS foliis ternatis: foliolis obovatis integerrimis glabris. *obovata* 9.

In inſula ſt. Crucis legit Dn. Rector WEST, qui cum multis aliis plantis ab ipſo in America detectis hanc benevole communicavit.

CAULIS ſcandens cirrhis, glaber. *Cirrhus* oppoſitifolius, longitudine folii, bifidus.

FOLIA petiolata, alterna, ternata: *foliola* obovata, mucronata, glaberrima, membranacea, integerrima; lateralia minora, ſeſſilia, intermedium petiolatum triplo majus.

Pedunculi axillares, ſolitarii, foliis longiores, glabri, trichotomi; ramulis trifloris: *floribus* pedicellatis.

pedata 10. CISSUS foliis pedatis: foliolis lanceolatis ſerratis ſubtus tomentoſis.

Belutta-Tſjori-valli. RHEED. Mal. 7. pag. 19. tab. 10.

Sambucus canadenſis. BURMAN. Ind. pag. 75. propter Synon. RHEEDII.

Ciſſus pedata. LA MARK. Encycl.

Habitat in India orientali.

RAMI tomentoſi, incani.

FOLIA petiolata, pedata, 5. 6-7: *foliola* petiolata, tri-vel-4-pollicaria, inæqualia, lanceolata, attenuata, inæqualiter ſerrata, acumine integerrimo, ſupra villoſiuſcula, ſubtus villoſo-tomentoſa, incana, nervoſa.

Petioli tomentoſi, incani, bifidi: *partiales* laterales ramoſi, intermedius indiviſus monophyllus.

CYMÆ dichotomæ, 5. vel ſexies diviſæ, incanæ. *Flores* parvi.

CALYX obſcure quadridentatus, minutus.

COROLLA *petala* quatuor.

Nectarium margo germen cingens.

Stigma acutum.

RUPALA.

montana. RUPALA. AUBL. fl. Guian. pag. 83. tab. 32.

E Cajenna miſit Dn. VON ROHR.

RAMI teretes, glabri, cortice fuſco, e caſu foliorum & pedunculorum cicatricati, tuberculati, aphylli: juniores folioſi & floriferi, ex apice ramorum præteriti anni, ſæpe gemini, cortice cineraſcente.

FOLIA petiolata, alterna, 4-5. pollicaria vel minora, elliptica, utrinque attenuata, nervoſo-venoſa, integerrima, utrinque glabra, ſupra nitida, ſubtus pallida.

Petioli ſubtus convexi, ſupra planiuſculi. *Stipulæ* nullæ. Gemmæ parvæ ſæpe geminæ, axillares, oblongæ, tomentoſo-ferrugineæ, rudimenta pedunculorum.

RACEMI ex axillis ultimis, ſolitarii vel gemini, pedunculati, tri-vel quadripollicares, villoſi, baſi villis ferrugineis veſtiti, uti & axillæ pedicellorum. *Pedicelli* alterni, gemini. *Flores* ſemiunguiculares, baſi, uti pedicelli cineraſcentes, ſuperne glabri, ante evolutionem clavati. *Bracteæ* nullæ.

CALYX nullus.

COROLLA quadrifida? *Tubus* filiformis. *Laciniæ limbi* lineares, patentes, extrorſum parum dilatati.

STAMINA *filamenta* quatuor in medio tubi. *Antheræ* lineares, longitudine corollæ.

GERMEN ſuperum, oblongum, attenuatum, villoſum. *Stylus* unicus, indiviſus, ſurſum verſus parum incraſſatus. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Fructum non vidi.

Flores juſto breviores & craſſiores habet figura AUBLETII, nec filamenta brevia erecta in petalis horizontalibus vel ſtylos duos obſervante autopta Dn. VON ROHR. Corolla mihi tantum videtur eſſe monopetala, forte quod maturitate ad baſin usque dividitur. Flores omnino

nino figura florum Embothrii, diverſa tantum, quod filamenta inferne petalis inſeruntur, maxime affinis eſt & forte ejuſdem generis, vel certe proxima, cum vero fructus adhuc ignotus nil certi pronunciare licet.

CAMPHOROSMA.

CAMPHOROSMA ramoſiſſima, pedunculis enſiformibus dilatatis, bracteis criſtatis. LIN. S. V. pag. 166. *pteranthus.*
Louichea L'HERETIER monogr. SCHREB. Gen. pag. 840.

HELIOTROPIUM.

HELIOTROPIUM foliis lanceolatis obtuſis ſemiamplexicaulibus, ſpicis ramoſis, caule fruticoſo. *amplexicaule* 12.
Habitat in Braſilia. THOUIN ♄
RAMI piloſi.
FOLIA alterna, bipollicaria, obſcure repanda, baſin verſus parum anguſtata, utrinque pilis adpreſſis minutis viridi-caneſcentia, ſecundum nervos glabra, minime vero lineata, avenia, ſubtus nervoſa. Rudimenta ramulorum ex axillis.
Pedunculus terminalis, piloſus, apice bis vel ter dichotome diviſus.
COROLLÆ tubus calyce duplo longior, villis rarioribus adſperſus.
Habitus Heliotropii peruviani.

HELIOTROPIUM foliis ternis alterniſque lanceolatis ſubtus incanis, ſpicis terminalibus conjugatis. *ternatum* 10.
Habitat in India occidentali ♄
RAMI teretes, e pilis parvis adpreſſis caneſcentes.
FOLIA breviſſime petiolata, terna, in ramulis alterna, unguicularia, acuta, ſupra punctis albis quibus inſident pili, ſcabra, tamen viridia, ſubtus e pilis copioſioribus incana, ſuperne margine revoluta, baſin verſus plana.
Pedunculus terminalis, erectus, bifidus: laterales interdum ſpicis ſimplicibus. *Bractea* linearis, longitudine calycis.
CALYCES piloſi.
COROLLA alba, major quam in congeneribus.
Facies Heliotropii ſuffruticoſi, at folia latiora, forte tamen non niſi varietas, ſingularis tamen & memoratu digna, cum plura ſpecimina ejuſdem indolis ex India occidentali habui.

HELIOTROPIUM foliis pinnatis. *pinnatum* 11.
Habitat ad fretum magellanicum. Dn. THOUIN.
CAULIS erectus, herbaceus, ſimplex, baſi ſubramoſus, pedalis, craſſitie pennæ anſerinæ, villoſus.
FOLIA petiolata, plurima radicalia; caulina pauca, alterna: omnia compoſita, ternata vel pinnato bijuga cum impari. *Foliola* alterna, lanceolata, acuta, molliter villoſa, viridi-cineraſcentia, integerrima, plana, nervoſa: terminale bipollicare, baſi altero latere plerumque brevius: lateralia ſubſeſſilia, unguicularia vel minora.
Pedunculi axillares & terminales. *Spicæ* indiviſæ valde piloſæ. *Flores* conferti.

ECHIUM.

glabrum 6-7. ECHIUM foliis lineari-lanceolatis ſupra glabris extrorſum ſubtus calloſo punctatis, ſpicis alternis.

Habitat ad Cap. b. ſpei ♄

RAMI ſparſi, ſuperne parum compreſſi, e villis adpreſſis tenuiſſimis ſubcinereo-purpuraſcentes.

FOLIA ſeſſilia, firma, pollicaria, avenia, lævia, glabra, ſubtus verſus apicem puncta nonnulla albida.

Spicæ ex axillis ſupremis, erectæ, paucifloræ, bipollicares. *Bracteæ* ovato-lanceolatæ, longitudine calycis.

CALYCES piloſi: *laciniis* lanceolatis, longitudine tubi corollæ.

STAMINA corolla longiora.

Diverſa ab E. lævigato ramis villoſiuſculis, foliis anguſtioribus, margine minime calloſis, calycibus piloſis, floribus minoribus.

roſmarinifolium 6-7. ECHIUM foliis petiolatis lineari-lanceolatis margine reflexis, ſubtus piloſis caneſcentibus.

Habitat in Cap. b. ſpei. Dn. BULOW ♄

RAMI teretes, cicatricati, piloſo-caneſcentes.

FOLIA ſparſa, pollicaria, fere roſmarini, ſupra piloſa viridia, medio ſulco exarata, ſcabriuſcula.

Petiolus breviſſimus.

RACEMUS terminalis, brevis.

CALYCIS *foliola* linearia, piloſa.

COROLLA ſubregularis, calyce dimidio longior.

ſphærocephalum 7-8. ECHIUM foliis lineari-lanceolatis ſtrigoſis, capitulis ſolitariis terminalibus, ramis glabris.

Echium capitatum. LA MARK.

Habitat in Cap. b. ſpei ♄

Rami ſparſi, inferne teretes, glabri, ſuperne angulati, verſus apicem villoſi e caſu foliorum denticulati.

FOLIA lanceolata, brevia, vix unguicularia, ſeſſilia, frequentia, ſubimbricata, ſubtus calloſo-punctata, ſupra margineque ſtrigis rarioribus absque punctis calloſis.

CAPITULA terminalia, ſolitaria, breve pedunculata, globoſa, piloſa.

Flores parvi ſubregulares.

Stamina corolla longiora.

Echium capitatum differt ramis piloſioribus, foliis triplo vel quadruplo longioribus, capitulis in ramis brevibus in corymbum fere collectis nec ſolitariis in ramis elongatis patentibus ut in ſphærocephalo, denique calycibus pilis copioſiſſimis incanis, in ſphærocephalo vero paucioribus magis diſtinctis. Echio capitato adde ſequens Synonymum fide herbarii optimi BURMANNI.

Echium hiſpidum caule ſcabro, foliis lanceolatis, pilis albicantibus, hiſpidis, capitulo terminali corymboſo. BURM. prodr. pag. 5.

TOUR-

TOURNEFORTIA.

TOURNEFORTIA foliis ſubcordato-ovatis acuminatis glabris, ſpicis ramoſis. *ſyringæfolia* 3-4.

In Cajenna legit Dn. VON ROHR. Ex herbario Dn. LUND ♄

RAMI, uti petioli, coſta foliorum utrinque, nervi ſubtus & pedunculi villoſi.

FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria, inferiora ramorum minora facie fere Syringæ vulgaris, nervoſa, avenia, integerrima, glaberrima, nervis exceptis.

Pedunculus terminalis, erectus, dichotome pluries diviſus.

SPICÆ pubeſcentes, bipollicares, more generis reflexæ.

Flores alterni, approximati, ſemiunguiculares vel parum longiores.

COROLLÆ extus ſubvilloſæ: *Limbi laciniæ* anguſtiſſimæ, ſubſetaceæ.

CONVOLVULUS.

CONVOLVULUS foliis cordatis oblongis ſubhaſtatis tomentoſo-ſericeis, auriculis dentatis, pedunculis trifloris, caule piloſo. *lanuginoſus* 5-6.

Habitat in Oriente?

CAULIS herbaceus, volubilis, pallidus, pilis copioſis ferrugineis adſperſus.

FOLIA breviter petiolata, pollicaria, baſi cordata, haſtata, tomento ſubferrugineo ſericeo mollíſſimo tecta, acuta; auriculæ bidentatæ.

Pedunculi axillares, ſolitarii, tri-vel quadripollicares, apice pedicellis ternis, patentibus. *Pedicelli* piloſi, uti pedunculi. *Bracteæ* geminæ ad baſin pedicellorum, lanceolatæ & duæ ſimiles in ſingulo pedicello laterali verſus florem: pedicellus intermedius brevior, ebracteatus.

CALYCIS *foliola* tria exteriora hirſutiſſima, ovata, acuminata.

COROLLA fere C. ſcammoniæ, flaveſcens, extus linea lanceolata pro ſingulo lobo limbi, purpuraſcens, flavo-villoſa.

Stylus bifidus.

CONVOLVULUS tomentoſo-ſericeus, foliis lanceolatis ſagittatis obtuſis baſi ſubdentatis, pedunculis bifloris. *incanus* 5-6.

Habitat in America. Dedit Dn. DAHL.

CAULIS volubilis, herbaceus, teres.

FOLIA ſeſquipollicaria, lanceolata, ſagittata, apice rotundata, mucronata, inferne verſus ſenſim latiora, baſi dentato-ſubangulata; auriculis poſtice rotundatis.

Petiolus folio quadruplo brevior.

Pedunculus longitudine foliorum, biflorus. *Pedicellus* alter brevior craſſior, baſi bibracteatus, alter longior medio bracteis binis ſetaceis.

CALYCIS *foliola* ovata, acuta: exteriora villoſiora.

COROLLA extus villoſa.

Stylus bifidus.

CAPSULA glabra, globoſa.

CONVOLVULUS foliis lanceolatis: inferioribus emarginatis mucronatis, pedunculis unifloris, foliolis calycinis exterioribus ſemiovatis magnis. *emarginatus* 5-6.

Convolvulus uniflorus: caule volubili, foliis lanceolatis, pedunculis unifloris, bracteis duabus ovatis. BURM. fl. ind. pag. 47. tab. 21. fig. 2.

Habitat in India orientali. König.

Caulis volubilis, inferne radicans, ſurſum verſus ſpinuloſo-muricatus, ſuperne pilis rarioribus minutis adſperſus, lævis.

Folia craſſiuſcula, petiolata, avenia, glabra: inferiora ſesquipollicaria, lanceolato-oblonga, emarginata, mucronata, baſi acuta: ſuperiora brevius petiolata, pollicaria, lanceolata, apice rotundata, mucronata.

Petioli inferiores folio parum breviores, ſupremi vix ſemiunguiculares.

Pedunculi ſolitarii, uniflori, ſupra medium *bracteis* duabus minutis, ſuperne villoſiuſculi.

Calycis *foliola* glabra, tria exteriora ſemiovata, acuta, mucronata, longitudine corollæ, nervoſa, vix unguicularia: duo interiora lineari-lanceolata, attenuata, longitudine exteriorum; Calyces fructiferi ſemipollicares.

Corolla extus lineis quinque denſe piloſis: pilis fulvis, nitidis.

Stigma capitatum.

Capsula glabra, calyce brevior.

Partem ſuperiorem plantæ tantum delineare curavit Cel. Burmannus calycemque haud bene exprimit figura.

medium. CONVOLVULUS foliis lineari-lanceolatis attenuatis acutis; baſi dilatatis dentatis, foliolis calycinis ſagittatis.

Convolvulus medium: foliis linearibus haſtato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunculis unifloris, calycibus ſagittatis, caule volubili. Lin. S. V. p. 200.

Ab inſequente omnino diverſus.

filicaulis 6-7. CONVOLVULUS foliis lineari-lanceolatis obtuſis mucronatis; baſi dilatatis dentatis, foliolis calycinis oblongis.

In Guinea invenit Dn. Isert qui ſemina Dn. von Rohr dedit unde plantam habuit Dn. Lund.

Maxime affinis Evolvulo tridentato.

Caulis herbaceus, filiformis, volubilis, ramoſus.

Folia breviſſime petiolata, diſtantia, bipollicaria & ultra, lanceolata, integerrima, excepto baſi, venoſa, tenera, glaberrima, utrinque parum anguſtata, obtuſa, mucronata, baſi utrinque dilatata; *auriculis* dentatis: dentibus mucronatis, utrinque 3 vel quatuor.

Pedunculus axillaris, filiformis, uniflorus, ſuperne incraſſatus. *Bracteæ* geminæ, oppoſitæ, ſubulatæ, ſupra medium pedunculi.

Calycis *foliola* oblonga, mucronata, glabra.

Stigma ſimplex, obtuſiuſculum.

anguſtifolius 6-7. CONVOLVULUS foliis linearibus haſtatis obtuſis mucronatis glabris; auriculis ſubintegerrimis, pedunculis unifloris.

Habitat in India Orientali.

Caulis filiformis, volubilis, glaber, ramoſus.

Folia petiolata, pollicaria vel parum ultra, glaberrima, obtuſa cum mucrone brevi: auriculæ vix ſemiunguiculares, lanceolatæ, acutæ, interdum rectæ, interdum parum reflexæ, plerumque integerrimæ, rariſſime poſtice denticulo obſcuro.

Pedun-

Pedunculi filiformes folio parum longiores, uniflori, medio *bracteis* duabus ſetaceis brevibus.

CALYCIS *foliola* æqualia, oblonga, glabra.

COROLLA unguicularis, campanulata, glabra.

Stigma bifidum.

A C. japonico THUNBERGII differt caule ramoſo, foliis obtuſis, lobis lateralibus vix ſemiunguicularibus, calycis foliolis apice rotundatis mucronatis nec acutis.

CONVOLVULUS foliis lanceolatis haſtatis acutis: auriculis poſtice unidentatis, caule ſimplici. *japonicus.*

Convolvulus: japonicus foliis haſtatis lanceolatis: lobis lateralibus unidentatis, pedunculis unifloris, caule volubili. THUNB. fl. jap. pag. 85.

CONVOLVULUS foliis haſtatis glabris: auriculis dentatis, pedunculis multifloris muricatis. *dentatus* 7-8.

Habitat in India-orientali. Dn. SCHUMACHER.

CAULIS volubilis, teres, glaber.

FOLIA petiolata, vix pollicaria, baſi ſubcordata; lobo intermedio lanceolato, integerrimo: lateralibus ſubrotundis, inæqualiter 4-vel quinquedentatis.

Petiolus filiformis, folio brevior, verſus baſin ſæpe ſubmuricatus.

Pedunculi univerſales patentes, petiolo craſſiores & parum longiores, uti partiales muricati, rigidi: *partiales* terni; intermedius uniflorus, laterales bi-ſ. triflori, floribus pedicellatis.

CALYCIS *foliola* oblonga, obtuſa, mucronata, æqualia.

CONVOLVULUS foliis cordatis ſubintegris triloboque haſtatis attenuatis: pedunculis unifloris, foliolis exterioribus calycis bracteiformibus. *bracteatus* 8-9.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

CAULIS herbaceus, volubilis, adſperſus pilis brevibus rariſſimis.

FOLIA petiolata, bipollicaria, cordata, glabra, ſubtus venoſa: lobo intermedio, lanceolato, attenuato, integerrimo, mucronato; lateralibus latioribus, ſurſum rotundatis, integris, vel extrorſum retuſo-ſublobatis: lobis ſubrotundatis.

Petiolus folio brevior, pubeſcens.

Pedunculus longitudine petioli, ſolitarius, uniflorus. *Bracteæ* duæ parum infra calycem, oppoſitæ, lanceolatæ, acutæ.

CALYX pubeſcens: *foliola* duo exteriora interioribus multo latiora, oblonga, obtuſiuſcula, nervoſa, pubeſcentia: interiora ab exterioribus incluſa quaſi inter bracteas binas, lanceolata, parum breviora.

COROLLA extus villoſa, tenella ſericea: *Limbo* quinquefido.

Stigma capitatum, bilobum.

Figura foliorum fere eadem ac in C. platanifolio, auriculæ vero non dentatæ ſed lateribus ſinu obtuſo retuſæ, pedunculi uniflori nec bi-ſ. triflori, præcipue vero differt foliolis duobus calycis exterioribus latis.

CONVOLVULUS foliis cordatis villoſis: baſi angulato-ſublobatis, pedunculis unifloris, foliolis exterioribus calycis bracteiformibus. *bicolor* 8-9.

Habitat in India Orientali. Dn. SCHUMACHER.

COROLLA alba, fundo purpureo-violaceo, extus piloſa.

Bracteæ, calyces & corollæ antecedentis, differt vero

Caule villoſo.

Foliis baſi cordatis, acutis, mucronatis, minime attenuatis, longitudine & latitudine fere æqualibus, inferne 1. 2. ſive ſubtrilobatis, utrinque villoſis, ſubtus molliter villoſis caneſcentibus, obſcure venoſis: junioribus ſericeis.

Pedunculis longioribus.

platanifolius 8-9. CONVOLVULUS foliis cordatis trilobis: lobis lateralibus dentato-angulatis, pedunculis ſubtrifloris calycibusque ſubæqualibus glabris.

Convolvuli forte ſpecies platani occidentalis folio. Plukn. alm. pag. 115. tab. 167. fig. 3.

Convolvulus indicus vulgo patates dictus. Fewillée 3. pag. 16. tab. 11.

Habitat in America.

Totus glaberrimus, exceptis petiolis.

Caulis teres.

Folia petiolata, bipollicaria & ultra, ſubtus glauco-viridia, nervis purpuraſcentibus picta: *lobi* lanceolati, intermedio longiore, latiore, integerrimo, acuminato: lateralibus anguſtioribus, attenuatis, inferne extrorſum utrinque auctis lobo minore, latiore, dente angulato, poſtice rotundato.

Petiolus folio brevior, pilis rarioribus obſitus.

Pedunculi ſolitarii, folio breviores; inferiores triflori, intermedii biflori, ſupremi uniflori, ſuperne incraſſati: *pedicelli* vix ſemiunguiculares.

Calycis *foliola* oblonga, ſubmembranacea, ſeta terminata.

Stigma capitatum.

A Convolv. Batatas omnino differt caule glabro, figura foliorum.

acuminatus 8-9. CONVOLVULUS foliis cordatis trilobisque attenuatis, pedunculis elongatis multifloris calycibusque glabris.

Habitat in Inſula St. Crucis. Dn. West.

Caulis volubilis, ad lentem adſperſus pilis rarioribus adpreſſis minutis.

Folia petiolata, quadripollicaria, baſi pollices tres vel ultra lata, cordata, triloba, vel integra, glaberrima, nervoſa, ſubtus parum pallidiora, in acumen longum attenuata, acuta, integerrima: lobi laterales lanceolati, intermedio ovato, attenuato.

Petioli folio longiores.

Pedunculi axillares, longitudine petiolorum. *Flores* circiter quinque, alterni. *Pedicelli* ſeſquipollicares, ſub flore parum craſſiores. *Bractea* ad baſin ſinguli pedicelli, lanceolata, attenuata, tenuiſſime nervoſa, glabra.

Calycis *foliola* lanceolata, attenuata, pollicaria, tenera, tenuiſſime nervoſa, glaberrima, interiora duo parum breviora.

Corolla magna, campanulata, purpurea, fundo pallido: radiis quinque lanceolatis, attenuatis, ad marginem excurrentibus, pallidioribus.

Stigma capitatum.

maximus 14-15. CONVOLVULUS foliis cordatis attenuatis pedunculisque multifloris glabris, caule piloſo.

Tiru-Tali. Rheed. mal. 11. pag. 109. tab. 53.

Con-

Convolvulus maximus: *foliis cordatis ovatis acuminatis integerrimis glaberrimis*, *caule petiolisque glaberrimis*. LIN. Suppl. p. 137. *propter Syn.* RHEEDII.
CAULIS volubilis, craſſitie fili emporetici, piloſiſſimus, præſertim ad folia: pilis longis, raris.
FOLIA pollicaria & ultra, petiolata, glaberrima, ſimpliciter venoſa, ſubtus glaueſcentia, attenuata, mucronata.
Petiolus folio brevior.
Pedunculus, 4-vel 8-florus, foliis triplo longior, craſſitie æquali: *pedicelli* vix ſemiunguiculares, incraſſati, baſi *bracteis* minutis.
CALYX glaber: *foliolis* oblongis, apice rotundatis.
COROLLÆ *tubus* pollicaris.
Stigma capitatum.

Exacte convenit cum figura horti Malab. citata, niſi quod folia ſuperiora triangulari-haſtata in ſpeciminibus meis deſunt. A LIN. Conv. maximo recedit caule piloſo, forte quod hirſutiem cultura deponit.

CONVOLVULUS foliis cordatis acuminatis, pedunculis filiformibus unifloris, calycibusque glabris, caule hirſutiſſimo. *obſcurus* 15-16.
Convolvulus obſcurus: *foliis cordatis indiviſis*, *caule ſubpubeſcente*, *pedunculis incraſſatis unifloris*, *calycibus glabris*. LIN. Spec. pag. 220. LIN. Pflanzen Syſt. Tom. 5. pag. 525. tab. 42. fig. 1.
Habitat in India Orientali. Dedit Dn. BURMANN.
CAULIS herbaceus, volubilis, hirſutie molli denſa tectus.
FOLIA pollicaria, glaberrima.
Petiolus filiformis, folio longior, glaber.
Pedunculus axillaris, ſolitarius, folio duplo longior, filiformis, ſuperne verſus *bracteæ* duæ minutæ, ſub flore parum incraſſatus.
Calyx parvus: *foliolis* acutis, glabris.
COROLLA pollicaris, calyce multo major, glabra.
Stigma capitatum.

Conſentit planta noſtra cum deſcriptione C. obſcuri ſpec. plantarum & ab omnibus reliquis Convolvulis differt, ideoque mirum, quod in Syſtemate Veget. omittitur. Figura HOUTTUYNII bona quoad folia, flores vero juſto minores depicti ſunt.

CONVOLVULUS foliis cordatis ſubtus villoſiuſculis, pedunculis bifloris. *gemellus*
Convulvulus gemellus, *caule volubili*, *foliis cordatis glabris*, *pedunculis bifloris*. 15-16.
BURM. fl. ind. p. 46. tab. 41. fig. 1. f. 2
Habitat in Java. Dedit Dn. BURMANN.
CAULIS volubilis, tener, ſuperne pubeſcens.
FOLIA pollicaria, exquiſite cordata, obſcure ſeptemnervia, parum acuminata, obtuſa cum mucronulo, ſupra ad lentem rare villoſa, ſubtus pallidiora, villoſiora.
Petioli longitudine foliorum.
PEDUNCULUS longitudine petioli, ſuperne incraſſatus, biflorus rarius uniflorus: *pedicelli* pedunculo parum breviores, alter brevior, craſſior, ebracteatus, alter tenerior, medio bibracteatus, maturitate reflexi.
CALYCIS foliola oblonga, obtuſa, oculo armato vix piloſa, fructiferi glabra.

Corolla pollicaris, campanulata, calyce ſexies major, glabra.

Stigma capitatum.

ſtriatus 15-16. CONVOLVULUS foliis cordatis attenuatis glabris, pedunculis folio longioribus ſubquadrifloris, corollis glabris extus ſtriatis.

Habitat in India orientali. König.

Caulis herbaceus, volubilis, pubeſcens, teres, tenuis.

Folia petiolata, bipollicaria, remota, cordata, integerrima, attenuata: acumine rotundato, mucronato, utrinque glabra, exeepta coſta, ſimpliciter venoſa.

Petioli longitudine foliorum, pubeſcentes.

Pedunculi ſolitarii, pubeſcentes, folio longiores, tri- vel quadriflori: *pedicelli* terni: laterales geniculati, alter ſæpe biflorus: intermedius brevior, parum craſſior, ebracteatus. *Bracteæ* geminæ ad geniculum in pedicellis lateralibus verſus medium, oblongæ, concavæ, parvæ, villoſæ, deciduæ.

Calycis *foliola* oblonga, obtuſa, æqualia, concava, duobus exterioribus villoſis ſubcaneſcentibus.

Corolla campanulata, calyce dyplo longior, alba, fundo fuſco-purpuraſcente, ſuperne radiis quinque lanceolatis dilutioribus ad marginem excurrentibus ſtriis quinque ſaturatioribus pictis.

Stigma capitatum, bilobum.

Guianenſis 15-16. CONVOLVULUS foliis cordato-ovatis, ſubtus calycibusque tomentoſis, pedunculis elongatis, floribus corymboſo ſubcapitatis.

Convulvulus guianenſis: foliis oblongis, hirſutis, e viridi cinereis floribus parvis in capitulum collectis. Aubl. fl. gu. pag. 136. tab. 52.

E Cajenna miſit Dn. von Rohr.

Caulis volubilis, rami teretes, purpuraſcentes, villoſi, ſcabri.

Folia petiolata, bipollicaria & ultra, integerrima, avenia, nervoſa, ſupra ad lentem ſubvilloſa, ſubtus villis denſiſſimis molliſſima.

Pili undique in planta ſicca ferruginei.

Petiolus folio dimidio brevior.

Pedunculus axillaris, ſpithamæus, teres, villoſus, ſcaber, apice floriferus. *Pedicelli* breviſſimi, ramoſi, faſtigiati. *Folium* utrinque lanceolatum ad baſin capituli. *Bracteæ* lineares, longitudine calycis.

Calycis *foliola* lineari-lanceolata, piloſo-tomentoſa, uti bracteæ.

Corollæ *lobi* acuminati.

Stigmata duo reflexa.

capitatus 15-16. CONVOLVULUS hiſpidus, foliis cordato-ovatis, floribus capitatis.

Habitat in India orientali. König.

Totus hiſpidus, præſertim rami ſuperne, involucra & calyces: pili longi, diſtincti, punctis minutis inſidentes, ſordide albidi.

Caulis volubilis, herbaceus, ſcaber.

Folia petiolata, cordato-ovata, bi-ſ. tripollicaria, acuta, integerrima, ciliata; ſubtus pallidiora, obſcure nervoſa.

Petiolus folio parum brevior.

Pedun-

Pedunculi axillares, ſolitarii, foliis parum breviores, abſque geniculo. *Flores* quinque, in capitulo aggregati, ſeſſiles.

Involucra pentaphylla: *foliola* longitudine calycum, oblonga, acuta, intus glabra.

Calycis *foliola* ovato-lanceolata, acuminata, intus glabra, corolla triplo breviora.

Corolla bipollicaris, pilis longis in lineas quinque digeſtis extus hiſpida.

Stigma capitatum.

Capsula ſubgloboſa, calyce brevior, læviſſima, glabra.

Ab Ipom. tamnifolia Linnæi differt patria, corollis magnis extus hiſpidis nec minutis glabris, foliolis calycinis ovatis nec lineari-lanceolatis. Ipomæa tamnifolia Burmanni fl. Ind. excluſo Synon. Dill. forte ad noſtram ſpectat.

CONVOLVULUS hirſutiſſimus, foliis cordato-ovatis, floribus umbellatis, pedunculis breviſſimis. *hiſpidus* 15-16.

Habitat in India orientali. Dn. Dahl.

Caulis & omnia hirta, volubilis.

Folia bi-ſ. tripollicaria, petiolata, cordato-ovata, attenuata, integerrima, ſubtus parum pallidiora.

Petiolus folio dimidio brevior.

Pedunculi breves, vix ſemiunguiculares. *Pedicelli* umbellati, longitudine pedunculi.

Calycis *foliola* ſemiunguicularia, lanceolata, attenuata, intus glabra, laxa.

Corolla parva. *Stigma* capitatum.

A reliquis Convolvulis foliis integris facile dignoſcitur hirſutie.

CONVOLVULUS foliis cordatis acuminatis glabris, pedunculis multifloris calycibusque acuminatis villoſis. *parviflorus* 15-16.

Ipomæa paniculata caule volubili, foliis ovatis acuminatis, pedunculis paniculatis. Burm. fl. Ind. pag. 50. tab. 21. fig. 3.

Habitat in Java. Dedit Dn. Burmannus.

Caulis debilis, ſuperne leviter villoſus.

Folia cordata, acuminata, glabra, pollicaria.

Petiolus longitudine folii, villoſus, filiformis.

Pedunculi longitudine foliorum, filiformes, multiflori: *pedicelli* umbellati, villoſi uti calyces; laterales ſubramoſi.

Calycis *foliola* ovata, acuminata, parva.

Corolla coerulea, glabra, calyce duplo longior, quinquefida.

Stigma bifidum: *laciniis* revolutis.

CONVOLVULUS foliis foliolisque calycis duabus exterioribus cordato-ovatis acutis, pedunculis elongatis bifidis multifloris. *violaceus* 16-17.

Habitat in Inſula St. Crucis. Dn. Rector West.

Caulis, una cum petiolis, pedunculis calycibusque villoſus.

Folia cordato-ovata, pollicaria, parum acuminata.

Pedunculi folio triplo vel quadruplo longiores, bifidi: *pedunculi partiales* tri ſ. quinqueflori. *Bracteæ* lineari-lanceolatæ ad baſin pedunculorum partialium.

Calycis *foliola* tenera, duabus exterioribus cordatis, tertium lanceolatum, duo interiora ſubmembranacea, glabra, duplo minora, mucronata.

Corolla campanulata, violacea, radiis quinque lanceolatis pallidioribus.
Stigmata duo reflexa.

Variat foliis glabrioribus vel piloſiuſculis.

triflorus 15-16. CONVOLVULUS foliis cordato-lanceolatis attenuatis glabris obtuſis, pedunculis trifloris.

Habitat in India orientali. König.

Caulis herbaceus, volubilis, glaber.

Folia bipollicaria, glabra, lanceolata, baſi cordato-ſagittata, attenuata, integerrima, ſimpliciter venoſa: venæ ſubtus ad lentem villoſæ, ſubtus pallidiora, apice rotundata, mucronata: lobi poſtice rotundati, rarius obſcure angulati.

Petiolus brevis.

Pedunculi folio breviores, triflori: *pedicelli* angulati, ebracteati, ſurſum verſus incraſſati, æquales, longitudine fere pedunculi.

Calycis *foliola* obtuſa.

Corolla calyce triplo longior: lobi apice piloſi.

Stigma capitatum.

bifidus 17-18. CONVOLVULUS foliis cordatis oblongis acuminatis ſubtus molliſſimis, pedunculis bifidis multifloris.

Convolvulus lævis mas. Rumph. amb. 5. pag. 431.

β foliis cordatis lanceolato-oblongis glabris.

Convolvulus lævis minor. Rumph. amb. 5. pag. 431. tab. 158.

Habitat in Java & India Orientali.

Caulis volubilis, villoſus.

Folia petiolata, bi-ſ. tripollicaria, baſi pollicem vel parum ultra lata, acuminata, mucronata, ſupra ſæpe villoſiuſcula, ſubtus caneſcentia, molliſſima.

Petiolus folio triplo brevior, caneſcens.

Pedunculus axillaris, ſolitarius, bifidus. *Pedicelli* plurimi, ſubumbellati; baſi ſquamis minutis loco bractearum, oblongis, ferrugineis, deciduis.

Calycis *foliola* baſi pubeſcentia, apice rotundata, æqualia.

Corolla fere infundibuliformis, pollicaris, calyce triplo longior, extus lineis quinis tenuibus villoſis: *Lobi* acuti, apice barbati.

Stigma capitatum, bilobum,

Capsula ovata, ſtriata, glabra.

Habitus Conv. umbellati, diverſus foliis minoribus anguſtioribus. Varietas β vix niſi glabritie & foliis anguſtioribus differt.

triqueter 20-21. CONVOLVULUS foliis cordatis acutis ſubvilloſis, pedunculis multifloris, caule tricarinato.

Habitat in Inſula ſt. Crucis. Dn. Rector West.

Caulis pubeſcens, e lineis tribus ſubfoliaceis tenuiſſimis decurrentibus triangulatus.

Folia exquiſite cordata, bipollicaria & ultra, acuta, ſupra adſperſa pilis adpreſſis oculo armato videndis, ſubtus evidentioribus.

Petiolus villoſus, folio brevior.

Pedun-

Pedunculus longitudine foliorum, tri-ſ. quinqueflorus: *pedicelli* laterales biflori, intermedius uniflorus brevior, ſurſum verſus ſenſim incraſſati. *Bracteæ* ad baſin pedicellorum, ovatæ, concavæ, teneræ, acutæ, mucronatæ, coloratæ, deciduæ, pubeſcentes.

Calycis *foliola* duo exteriora bracteiformia, ovata, acuta, mucronata, ſericea: interiora glabra, breviora, apice rotundata.

Stigma capitatum.

Maxime affinis Conv. ancipiti; folia vero non obtuſa alæque per caulem decurrentes triplo anguſtiores.

CONVOLVULUS foliis cordatis obtuſis glabris, caule bialato. *anceps.*

Convolvulus anceps: foliis cordatis, caule volubili utrinque carinato. Lin. S. V. pag. 201.

Caulis volubilis, glaber, e membranis duabus decurrentibus bialatus.

Folia petiolata, tripollicaria, baſi uncias tres lata, glabra, venoſa, obtuſa, integerrima.

Petiolus longitudine fere folii.

Pedunculi axillares, longitudine petiolorum, petiolo craſſiores, quadri- vel quinque flori. *Pedicelli* pollicares, incraſſati, ſubumbellati, uti pedunculus, villoſi.

Bracteæ duæ ad baſin calycis, latæ, unguiculares, ovatæ, membranaceæ, mucronatæ, villoſæ, deciduæ.

Calycis *foliola* duo exteriora ovata, extus villoſa, intus glabra, unguicularia, mucronata: interiora duplo minora, oblonga.

Corolla calyce duplo longior, campanulata.

Stigma ut in antecedente.

CONVOLVULUS foliis ſagittato-ovatis attenuatis glabris crenato-ſubrepandis, pedunculis ſubquinquefloris. *quinqueflorus* 30-31.

Habitat in inſula Borbonniæ? Dedit Dn. Thouin.

Caulis leviter pubeſcens, teres, ramoſus.

Folia petiolata, glaberrima, tenella incana: *inferiora* ſeſquipollicaria, latiora, ſagittato-ovata, crenato-ſubrepanda: *ſuperiora* bipollicaria, anguſtiora, magis attenuata, obſolete crenata; auriculæ rectæ, poſtice ſubtruncatæ, unidentatæ.

Petiolus folio brevior.

Pedunculi longitudine foliorum, pubeſcentes, plurimi quinqueflori, ſupremi triflori: *pedicelli* terni, umbellati, unguiculares; laterales in inferioribus bifidi. *Bracteæ* duæ inferne in pedicellis lateralibus, lineares, nullæ in intermediis.

Calycis *foliola* oblonga, obtuſa, mucronata, villoſiuſcula.

Corolla calyce duplo longior: *lobis* apice barbatis.

Stigma bifidum.

CONVOLVULUS tomentoſo-ſubſericeus, foliis cordato-oblongis obtuſiſſimis crenulatis, pedunculis unifloris. *crenatus* 30-31.

Habitat in Braſilia? Dedit Dn. Thouin.

Caulis volubilis, ſecuti tota planta, molliter villoſo-tomentoſus, ſubſericeus.

Folia petiolata, unguicularia, vel ultra, nervoſa, ſecundum nervos ſublineata, crenulata, mucronata; auriculis rectis, oblongis, obtuſis.

Petiolus folio triplo brevior.

Pedunculi ſolitarii, longitudine foliorum, uniflori, verſus apicem *bracteæ* geminæ, oppoſitæ, ſetaceæ.

CALYCIS *foliola* oblonga, acutiuſcula, ſubæqualia, ſemiunguicularia, duo interiora glabra.

COROLLA calyce dimidio longior, extus lineis quinque lanceolatis, villoſis, ſericeis: *lobis* apice barbatis.

Stigma leviter bifidum.

arenarius. CONVOLVULUS. Symb. bot. P. I. pag. 18.

Gaudet caule volubili ex obſervatione Dn. WEST, ideoque in prima ſectione generis collocandus. Stigma capitatum.

Habitat quoque in inſula ſt. Crucis.

quinquelobus 32-33. CONVOLVULUS foliis palmato-quinquelobis ſerrulatis obtuſis glabris, axillis tomentoſis, pedunculis unifloris, caule glabro.

Habitat in Inſula ſt. Crucis. Dn. WEST.

CAULIS volubilis, teres, glaber.

FOLIA petiolata, quinquefida: *lobi* oblongi; intermedius vix pollicaris, laterales ſenſim minores & anguſtiores, glabri, nervoſi, tenuiſſime venoſi, obtuſi, mucronati, oculo armato ſubtiliſſime ſerrulati.

Petioli filiformes, pollicares. *Axillæ* e pilis copioſis brevibus tomentoſæ. *Foliola* duo in axillis, petiolata, parva, ſtructura foliorum caulis, fere ut in Conv. cairico.

Pedunculi longitudine petiolorum, filiformes, ſuperne parum incraſſati, uniflori, ebracteati.

CALYCIS *foliola* oblonga, obtuſa, glabra.

COROLLA ſesquipollicaris, ſubcampanulata, glabra, purpurea.

Stigma capitatum, bilobum.

Affinis C. cairico, diverſus foliis minoribus quinquefidis, lobis obtuſis pedunculis unifloris.

venoſus 39-40. CONVOLVULUS glaberrimus, foliis digitato-quinatis: foliolis petiolatis acuminatis integerrimis, pedunculis multifloris.

Patriam ignoro.

CAULIS volubilis, teres, glaber.

FOLIA petiolata, digitata. *Foliola* quina, petiolata, intermedia ſubovata, bipollicaria vel parum ultra, lateralia ſenſim minora & anguſtiora; omnia acumine ſemipollicari terminata, mucronata, baſi acuta, utrinque glaberrima, venoſa, integerrima.

Pedunculi folio longiores, teretes, glabri. *Pedicelli* umbellati, pollicares, laterales diviſi, ſub flore parum craſſiores. *Folium* ovato-cordatum, acuminatum, pollicare, ſolitarium, ad baſin pedicellorum.

CALYX glaber: *foliolis* ovatis, margine membranaceis, duabus majoribus ſemiunguicularibus.

COROLLA ſesquipollicaris infundibuliformis.

Stigma capitatum, ſubbilobum.

Accedit ad Conv. glabrum AUBL. fl. Guian. tab. 53, differre videtur foliis acuminatis non vero attenuatis, pedicellis pluribus brevioribus, Corollarum tubo a baſi fere diametro æquali nec ſurſum verſus ſenſim ampliato.

CON-

CONVOLVULUS foliis digitatis quinis: foliolis linearibus, pedunculis ſubquadrifloris. *tenuifolius* 40-41.

Habitat in India occidentali. Dedit Dn. BANKS.

Totus glaber.

CAULIS angulatus, volubilis.

FOLIA petiolata: *foliolis* quinis vel ſenis, linearibus, anguſtiſſimis, integerrimis.

Pedunculi axillares, breves, ut plurimum 4- vel quinqueflori, ſuperiores interdum uniflori.

CALYX glaber: *foliola* oblonga.

Stigma acutum.

CONVOLVULUS hirſutiſſimus, foliis linearibus, floribus capitatis, calycibus acuminatis. *ſaxatilis* 45-46.

Lychnis ſylveſtris ſpecies myconi. DALECH. hiſt. 817.

Campanula Lychnidea. BAUH. hiſt. 2. pag. 803.

Convolvulus rectus, villoſus, argenteus anguſtiſſimo folio. BOCC. muſ. pag. 138. tab. 96.

Convolvulus ſaxatilis erectus, villoſus perennis, flore ex albo purpuraſcente hiſpanicus. BOCC. muſ. pars 2. 79. tab. 70. BARREL. Ic. 470.

Habitat in Hiſpania. Dedit Dn. Dr. BARNADES ♄

A Convolvulo Cneoro, cui ſatis ſimilis, differt hirſutie lanugiuoſa totus tectus nec pilis adpreſſis vix diſtinctis argenteo-nitidis ut in C. Cneoro: foliis linearibus, remotis, extus verſus non diliatatis: foliolis calycinis lineari-ſubulatis, floribus ſubſeſſilibus. Corolla & ſtigma ut in C. Cneoro.

IPOMÆA.

IPOMÆA foliis cordatis, pedunculis axillaribus ternis reflexis, calycibus hiſpidis. *verticillata* 12-13.

Ipomæa verticillata. FORSK. deſcr. pag. 44.

CAULIS decumbens? flexuoſus, ſemipedalis, baſi ramoſus, inferne pilis rarioribus adſperſus, ſuperne copioſioribus.

FOLIA petiolata, pollicaria, obtuſiuſcula, mucrone brevi terminata, venoſa; venis ſubtus rare piloſa, adultiora glabriora.

Petioli inferiores folio duplo longiores, glabri: ſuperiores piloſi.

Pedunculi ex axillis omnibus a baſi caulis ad apicem, terni, angulati, unguiculares, ſurſum verſus incraſſati, reflexi, uniflori: baſi *bracteis* nonnullis linearibus, brevibus.

CALYCIS *foliola* ovata, acuta: juniora pilis longis tecta: adultiora glabriora, ciliata.

CAPSULA magnitudine piſi, glabra. *Semina* tomentoſo-ſubſericea.

IPOMÆA foliis cordatis trilobis: lobis lateralibus poſtice angulato-ſublobatis, pedunculis trifloris, calycibus glabris. *ſanguinea* 16-17.

Habitat in Inſula ſt. Crucis. Dn. Rect. WEST.

Tota glabra.

CAULIS volubilis, e lineis decurrentibus angulatus.

FOLIA petiolata, ſeſquipollicaria & ultra, quinquenervia, triloba: *lobi* attenuati, obtuſi, mucronati; intermedius lanceolato-oblongus: laterales lanceolati, divaricati, latere exteriori latiores, baſi producti in angulum plerumque ſublobatum.

Pedunculi folio longiores: *pedicelli* laterales bi-ſ. triflori.
Calyx glaber: *foliola* oblonga, ariſta longitudine folioli acuminata.
Corolla magnitudine & figura Ip. coccineæ.

parviflora 18-19. IPOMÆA foliis cordatis quinquelobo-palmatis, umbellis axillaribus pedunculatis, calycibus capſulisque piloſis.
Convolvulus pentaphyllos minor, flore purpureo. Sloan. hiſt. jam. 1. pag. 153. tab. 97. fig. 1.
Habitat in Inſula ſt. Crucis. Dn. Rector West.
Caulis volubilis, glaber, e lineis decurrentibus triangularis, lævis.
Folia petiolata, ſesquipollicaria, glabra, ſubtus pallidiora: *lobi* lanceolati, obtuſi, mucronati, laterales breviores, extimi extrorſum baſi gibboſi: intermedii duo anguſtiores.
Petioli filiformes, folio longiores.
Pedunculi axillares, petiolo triplo craſſiores, folio longiores, triangulares. *Pedicelli* terni vel ſeni, angulati, muricati, unguiculares, uniflori, baſi articulati.
Calycis *foliola* ovata, mucronata, piloſa, longitudine capſulæ.
Corolla parva.
Affinis Ip. triloba, differre videtur caule glabro lævi, nec hirſuto ſcabro, foliis quinquelobis, pedunculis plerumque ſexfloris.

CAMPANULA.

ſtrigoſa. CAMPANULA capſulis obtectis, foliis lanceolatis integerrimis, pedunculis axillaribus unifloris, caule ſtrigoſo.
Habitat in oriente. ⊙
Caulis erectus, palmaris, angulatus, ſtimulis parvis adſperſus, ſuperne ramoſus, *rami* floriferi, axillares, ſimpliciſſimi, bipollicares.
Folia ſeſſilia, ſesquipollicaria, alterna, lanceolata, integerrima, ſubtus villoſo-ſcabra, ſupra glabriora.
Flores verſus apicem ramorum, duo vel tres, pedunculati, ex axilla folii, cernui. *Pedunculi* longitudine foliorum, ſolitarii, uniflori.
Calyces ſtrigoſi: *laciniis* lanceolatis, corolla parum brevioribus.
Corolla extus villoſa. *Limbus* quinquefidus. *Laciniæ* lanceolatæ.

SPHENOCLEA.

zeylanica. SPHENOCLEA Gærtn. de fruct. 1. pag. 113. tab. 24. fig. 5.
Gaertnera pangati. Retz. obſ. 6. pag. 24.

RONDELETIA.

triflora 2-3. RONDELETIA foliis lanceolato-oblongis lineatis ſubtus caneſcentibus, pedunculis axillaribus trifloris, floribus tetrandris. Tab. LIV.
In inſula ſt. Crucis. Legit Dn. West ♄
Rami teretes, inferne glabri, apice piloſi.

Folia

Folia ſuperne in ramis, petiolata, oppoſita, ſuprema conferta, bi-ſ. tripollicaria, lato-lanceolata, baſin verſus parum anguſtata, acuminata, integerrima, ſupra ſecundum nervos lineata, villis rarioribus adſperſa, ſubtus e pilis longioribus frequentibus ſubincana, mollia, præſertim juniora, nervoſa.

Petiolus brevis, villoſus. *Stipula* utrinque oblonga, acuminata, villoſiuſcula.

Pedunculi axillares, oppoſiti, bipollicares, filiformes, triflori; fructiferi ſesquipollicares & ultra. *Flores* pedicellati: *pedicellus* intermedius brevior, ebracteatus: laterales longiores, unguiculares. *Bractea* utrinque ſubulata, unguicularis, ad baſin pedicellorum & ſuperne geminæ ſimiles in ſingulo pedicello laterali.

Calyx ſuperus, quadripartitus: *laciniis* ſubulatis, ſemiunguicularibus, villoſis.

Corolla monopetala, extus cinereo-villoſa. *Tubus* filiformis, ſuperne parum ampliatus; *Limbi laciniæ* oblongæ, obtuſæ.

Stamina *filamenta* quatuor, breviſſima, tubo ſuperne inſerta. *Antheræ* lineares, tubo incluſæ.

Germen inferum, globoſum, villoſo-cinereum. *Stylus* linearis, ſurſum verſus incraſſatus, baſi villoſus. *Stigma* obtuſum.

Capsula magnitudine Piperis nigri, globoſa, villoſa, calyce coronata, bilocularis.

Semina plurima.

An Rondeletia piloſa Swart. prodr. pag. 41?

BERTIERA.

BERTIERA. Aubl. fl. Gu. pag. 180. tab. 69. *Guianenſis.*

E Cajenna miſit Dn. von Rohr. ♄

Rami teretes, villoſi, incani.

Folia breviter petiolata, oppoſita, 3- vel quadripollicaria, lanceolato-elliptica, attenuata, utrinque acuta, integerrima, nervoſo-venoſa, nervi & coſta ſubtus villoſi incani, oculo armato villis breviſſimis rarioribus utrinque adſperſa, ſupra minus.

Stipulæ intrafoliaceæ, in vaginam bifidam connatæ; laciniis ſubulatis.

Racemus terminalis, pedunculatus: *pedicelli* breves, uti pedunculus, incani, oppoſiti, ſubtriflori: *flores* ſeſſiles. *Bracteæ* lineari-lanceolatæ, parvæ, ad baſin pedicellorum.

Calyx ſuperus, quinquedentatus, villoſus, caneſcens: *dentibus* ovatis.

Corolla monopetala, ſemiunguicularis, inferne glabra, quinquefida: *laciniis* lanceolatis, acuminatis, patentibus, extus adſperſis pilis rarioribus, intus frequentioribus.

Filamenta fere nulla. *Antheræ* lineares, verſus faucem, apice mucrone inter lacinias corollæ porrecto terminatæ.

Germen inferum, ſupra umbilicatum. *Stylus* linearis, longitudine fere corollæ, compreſſus. *Stigma* bilamellatum, lamellis linearibus, acutis.

Acumen laciniarum corollæ in figura Aublætii deſideratur, nec racemi tam ramoſi mihi videntur ut habet Aublætii icon.

Affinis videtur Macrocnemo.

SCÆVOLA.

Köenigii. SCÆVOLA foliis obovatis glabris ſuperne dentato ſubrepandis, calyce 5- dentato.
Habitat in India orientali. König. ♄

Rami teretes, glabri, cicatricati, craſſitie pennæ anſerinæ.

Folia alterna, per paria remota, ſubſeſſilia, tripollicaria, glaberrima, lævia ſubavenia, inferne integerrima, ſuperne & apice dentato-ſubrepanda. *Axillæ* lanatæ.

Pedunculi axillares, pollicares, bifidi. *Flos* in dichotomia prima pedicellatus, uti reliqui flores, non vere ſeſſilis ut in S. Plumierii, nullus in ſecunda diviſura. *Pedicelli* breves, ſuboppoſiti.

Bractea lanceolata, pedicello brevior, ad baſin ſinguli pedicelli, baſi intus lanata.

Calyx dentibus quinque, ſubulatis.

Corolla pollicaris, glabra, altero latere fere partita ad baſin. *Tubo* inferne intus hirſuto. *Limbi laciniæ* glabræ, lanceolatæ.

Filamenta quinque, tubo corollæ dimidio breviora. *Antheræ* diſtinctæ. *Stylus* baſi villoſus. *Stigma* ſcyphiforme, villis albis copioſiſſimis intus hirſutum.

Capsula e lineis 5 elevatis pentagona, obovata, calyce coronata, glabra.

VANGUERIA Juſſ. gen. Vavanga Rohrii.

Character eſſentialis.

Bacca 4-5 ſperma. Corollæ tubus globoſus, fauce piloſo. Stigma bilamellatum.

edulis. VANGUERIA. Act. ſoc. hiſt. Nat. Hafn. Tom. 2. P. 1. pag. 208. Tab. 7.
Vavanga chinenſis. von Rohr. ib. pag. 207.
Habitat in China an? colitur in horto Botan. Inſ. ſt. Crucis. Dn. von Rohr.

Arbor *ramis* teretibus, glabris.

Folia petiolata, oppoſita, ovata, attenuata, utrinque glabra, integerrima.

Stipulæ interpetiolares, connatæ, acuminatæ.

Pedunculi axillares, ter vel quater dichotome ramoſi. *Flores* pedicellati.

Fructus edulis.

Prope Chiococcam collocanda.

Deſcriptionem generis uberiorem tradidit Dn. von Rohr loco citato, ſpeciei ego.

CODONIUM.

Character eſſentialis.

Drupa monoſperma. Corolla campanulata. Stigma capitatum.

Arboreſcens. CODONIUM. Act. ſoc. hiſt. Nat. Hafn. T. 2. P. 1. pag. 206. tab. 6.
Habitat in Inſula ſt. Crucis, Montſerrat. Dn. v. Rohr. ♄

Arbusculum 8. 10. pedale. *Ramis* teretibus, glabris.

Folia petiolata, alterna, ovata, glaberrima, attenuata, obtuſa, integerrima.

Pedunculi axillares, ſæpe gemini, uniflori, interdum bi-ſ. triflori.

Calyx duplex, alter inferus monophyllus, ſubbifidus, alter ſemiſuperus integer.

Stamina quinque, interdum quatuor.

Genus Loniceræ & Lorantho affine.

Deſcriptionem ulteriorem generis dedit Dn. von Rohr, ſpeciei ego in Act. citatis.

LONI-

LONICERA.

LONICERA capitulis terminalibus pedunculatis, foliis oblongis integerrimis glabris. Lin. S. V. pag. 216. *bubalina.*

Dedit Dn. La Mark.

Rami teretes, glabri, ſuperne compreſſi, villoſiuſculi, ſub foliis parum dilatati, e caſu foliorum nodoſi.

Folia petiolata, oppoſita, ſubcoriacea, tripollicaria, integerrima, glabra, coſta tantum rare piloſa, nervoſa, avenia. Pili parvi copioſi in axillis foliorum.

Capitula breve pedunculata, ſexflora, terminalia ramulorum, ſuffulta utrinque folio petiolato.

Involucra polyphylla, breviſſima, ovata, acuta, villoſa.

Calycis *laciniæ* lineari-lanceolatæ, corolla breviores.

Corolla extus villoſa, cineraſcens.

Capsula bilocularis Juſſieu. Gent. plant. pag. 208.

Vix Lonicerae ſpecies.

TRIOSTEUM.

TRIOSTEUM foliis connatis, floribus ſeſſilibus verticillatis. *perfoliatum*
Trioſteum perfoliatum floribus verticillatis ſeſſilibus. Linn. S. V. p. 217. 1.

TRIOSTEUM foliis connatis, pedunculis oppoſitis unifloris. *anguſtifolium*
Trioſteum anguſtifolium: floribus oppoſitis pedunculatis. Lin. S. V. p. 217. 2.

TRIOSTEUM pedunculis oppoſitis trifloris, foliis petiolatis. *triflorum* 3.

Habitat in Madagaſcar? a Dn. Thouinio habui.

Caulis erectus, ſeſquipedalis, ſimplex, tenuiſſime pubeſcens.

Folia oppoſita, petiolata, patentiſſima, bi-ſ. tripollicaria, lanceolata, duplo anguſtiora quam in T. perfoliato, apice attenuata, integerrima, ſupra ſimpliciter venoſa, glabra; ſubtus molliter villoſa, caneſcentia, venis ramoſis: tenella ſubtus tomentoſa incana. *Petioli* pubeſcentes, ſtipulis breviores. *Stipulæ* baſi latæ, ſubulatæ, adpreſſæ, vix unguiculares.

Pedunculi axillares, ſolitarii, erecti, pubeſcentes, triflori: apice *bracteis* binis, ſubulatis, calyce parum brevioribus. *Flores* ſeſſiles.

Calycis *laciniæ* ſubulatæ, ſemiunguiculares vel parum ultra.

Fructus oblongus, glaber, laciniis calycinis parum longior, calyce perſiſtente coronatus.

MUSSÆNDA.

MUSSÆNDA ramis foliisque ramorum & paniculæ villoſis. *frondoſa.*

Muſſænda frondoſa panicula foliis coloratis. Lin. S. V. pag. 218.

Muſſænda zeylanica, flore rubro, folio ex florum thyrſo prodeunte albo. Burm. Zeyl. pag. 165. tab. 76.

Folia paniculæ teneriora acuminata acuta nec obtuſa, laciniæ calycis longiores, fructus villoſus nec glaber ut in ſequente.

glabra 2. MUSSÆNDA ramis foliiſque ramorum & paniculæ glaberrimis.

Habitat in India Orientali.

Rami teretes, purpuraſcentes, albido-punctati, glabri.

Folia petiolata, oppoſita, tripollicaria, attenuata, ovata, integerrima, utrinque glabra niſi ſubtus in coſta, oblique alternatim nervoſa, obſcure venoſa.

Stipulæ obliteratæ.

Panicula terminalis. *Pedunculi* partiales ter- vel quater dichotomi, oppoſiti, flos pedicellatus in ſingula dichotomia. *Bracteæ* ſub ramificationibus, trifidæ ut in M. frondoſa, deciduæ, at 5plo minores: *laciniæ* lanceolatæ, glabræ; *Bracteæ* ſub pedicellis ultimis lanceolatæ, integerrimæ, interdum ſuperne denticulo inciſæ, vix villoſæ. *Flores* pedicellati: *pedicelli* angulati, longitudine germinis.

Calycis *laciniæ* lanceolatæ, pilis minutis leviter piloſæ.

Corollæ *tubus* pubeſcens, pollicaris, medio craſſior. *Laciniæ Limbi* lanceolatæ, in ſpecimine ſicco ſupra fulvæ.

Fructus glaber, obovatus, umbilicatus, obſcure 5-lineatus. *Folia* paniculæ triplo majora & firmiora quam in frondoſa, ovata, obtuſa, nervoſa: nervis quatuor majoribus, verſus apicem evaneſcentibus, utrinque glabra, ſubtus in ſicco flaveſcentia, ſupra vireſcentia, baſi parum per petiolum decurrentia.

A præcedente omnino mihi videtur diverſa, foliis utrinque glabris nec ut in M. frondoſa ſubtus incanis, bracteis & laciniis calycinis minoribus, magnitudine, conſiſtentia & colore folii paniculæ, floribus aurantiis. Rumph. Folium Principiſſæ huc potius pertinere videtur.

SOLANUM.

Auriculatum 2-3. SOLANUM caule inermi fruticoſo, foliis ovatis integerrimis tomentoſis, ſtipulis ſemicircularibus. Hort. Kew. 1. p. 246.

Habitat in Inſula Mauritii.

Caulis fruticoſus, quadripedalis, uti tota planta, pilis ſtellatis tomentoſus.

Folia alterna, petiolata, patentia, lanceolato-ovata, acuminata, integerrima, 4-5 pollicaria.

Stipulæ binæ in axillis, cordato-ovatæ.

Petiolus pollicaris.

Cyma terminalis, pedunculata, dichotoma.

Corollæ villoſæ.

Maxime affinis S. verbaſci folio, differt tantummodo foliolis binis axillaribus, cæterum omnia fere eadem.

triſte. SOLANUM caule inermi fruteſcente, foliis lanceolato-oblongis ſubrepandis glabris, racemis ſubcymoſis. Jacqu. hiſt. pag. 50. tab. 40. fig. 2.

In Martinica legit Dn. v. Rohr.

Rami teretes, glabri.

Folia petiolata, palmaria & ultra, elliptico-lanceolata, glabra, nervoſo-venoſa acuta, per petiolum parum decurrentia, integra vel obſcure repanda.

Pedunculi laterales, pollicares, multiflori. *Flores* cymoſi.

Calyx brevis glaber: *laciniis* rotundatis.

Corollæ *laciniæ* lanceolatæ.

SOLANUM. Symb. bot. 2. pag. 41. *niveum.*
Solanum giganteum. JACQU. coll. 4. pag. 125.

SOLANUM caule, petiolis foliisque ſpinoſis, foliis ovato-oblongis ſubintegris ſupra ſcabriuſculis, ſubtus tomentoſis. Tab. LV. *polygamum* 38-39.
Habitat in Inſula ſt. Crucis. Dn. Rector WEST. ♄
RAMI teretes, inferne glabri, cortice cinereo, ſuperne, uti ramuli tomentoſi, flaveſcentes.
FOLIA petiolata, bi-ſ. tripollicaria, ovata, oblonga, plerumque integra, interdum ſinu uno alterove, ſupra venoſa, ſecundum nervos lineata, e pilis minutis ſtellatis ſcabra: ſubtus nervoſa, tomentoſa, tomento flaveſcenti, acuta vel obtuſa, baſi ſinu parvo ſubcordata, altero latere baſeos ſæpe breviora.
Spinæ in ramis, petiolis & ſæpe in foliis ſupra, ſparſæ, rectæ, ſemiunguiculares, glabræ, nitentes, flaveſcentes.
RACEMI laterales, pedunculatæ, pauciflorae, flaveſcente tomentoſi, interdum bifidi.
CALYX brevis.
COROLLÆ extus tomentoſæ, quinquefidæ, calyce parum longiores, *laciniis* ovatis.
Stamina ſæpe quatuor.

Flores alii maſculi alii hermaphroditi ex obſervatione Dn. WEST, ego tantum maſculos vidi, an potius dioica?

B A T S C H I A.

Character eſſentialis.
Calyx 4-partitus. Petala 5. Legumen oblongum compreſſum.

~~BATSCHIA.~~ Tab. LVI. nunc Humboldtia — *laurifolia.*
Habitat in Zeylona. KÖNIG. THUNBERG ♄
RAMI teretes, a folio ad folium flexuoſi, articulati: *articulis* craſſitie pennæ anſerinæ, apice utrinque coarctati, ſubtiliſſime ſtriati, glaberrimi, inanes, obſcure tetragoni.
FOLIA petiolata, alterna, pinnata cum pari, 4-vel quinquejuga, interdum trijuga. *Foliola* oppoſita, remota, breviſſime petiolata, bi-ſ. tripollicaria, intima minora, ovato-oblonga, acumine pollicari terminata, latere anteriore anguſtiora & baſi breviora, integerrima, utrinque venis tenuiſſimis numeroſis obſcure reticulata, glaberrima.
Petiolus ſupra ſulco longitudinali, ſubtus convexus.
Stipulæ laterales, ad ſingulum geniculum ramorum utrinque geminæ; *duæ* lineari-lanceolatæ, unguiculares, oblique transverſim poſitæ, verſus medium affixæ, utrinque liberæ; apice inferiore longiore attenuato, mucronato; ſuperiore rotundato: *duæ* aliæ erectæ, ramo adpreſſæ, ſeſſiles, pollicares, unguem latæ, ovato-lanceolatæ, ſubtiliſſime venoſo-reticulatæ.
RACEMI axillares, ſolitarii vel gemini, pedunculati, multiflori. *Flores* ſparſi, approximati, breviter pedicellati. *Pedunculus* ſulcatus, fuſcus, ope lentis ſubpubeſcens. *Bractea* cuneiformis ad baſin ſinguli pedicelli & duæ aliæ parum a flore remotæ.
CALYX monophyllus, quadripartitus; *laciniis* oblongis, ſubæqualibus. *Tubus* brevis.

Corolla pentapetala. *Petala* collo tubi calycis impoſita, cuneato-oblonga, ſubæqualia, vix ſemiunguicularia. *Ungue* breviſſimo.

Stamina filamenta quinque, tubo calycis inſerta, corolla longiora, glabra. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.

Pistillum *germen* pedicellatum, oblongum, compreſſum, tomentoſum. *Stylus* longitudine filamentorum. *Stigma* obtuſum.

Legumen oblongum, compreſſum.

Arbor ſingularis ramis inanibus craſſis, præſertim vero ſtipulis duplicibus. Ad nullum ex notis generibus perfecte quadrat; novum ideo nomen impoſui & Batſchiam vocavi in honorem Dn. Batschii, qui ſcientiam variis pulchris obſervationibus ditavit. Affinis eſt Hyperantheræ inſertione petalorum & ſtaminum, diverſa vero fructu. Ordine naturali ad Lomentaceas pertinet. Stipularum obliquarum apex rotundior in articulo inferiore ramorum hinc verſus in inſequente illinc.

LAUGERIA.

lucida. LAUGERIA foliis oblongis obtuſis integris membranaceis nitidis, racemis dichotomis, drupis nucibus bilocularibus. Sw. prodr. pag. 48. Tab. noſt. LVII.

Ex Inſula ſt. Crucis miſit Dn. von Rohr & West.

Rami teretes, glabri, cortice cinereo, ſuperne e caſu foliorum cicatricati.

Folia verſus apices ramulorum, conferta, petiolata, oppoſita, bi-ſ. tripollicaria, glaberrima, lævia, nervoſa, integerrima.

Racemi ex axillis foliorum terminalium, ſolitarii, oppoſiti, longitudine foliorum, bifidi, apice reflexi, fere ut in Tournefortiis.

Flores breviter pedicellati, diſtantes, ſecundi, in latere interiori pedunculorum.

Calyces parvi, glabri, quinquefidi.

Corolla glabra.

ARDISIA.

humilis. ARDISIA racemis terminalibus compoſitis, pedicellis umbellatis, foliis lanceolato-ellipticis integerrimis coriaceis venoſis.

Badulam Tſahinagapalam. Herm. Zeyl. 51.

Tinus humilis zeylanica, foliis craſſis venoſis. Burm. Theſ. zeyl. pag. 222. tab. 103.

Habitat in Inſula Hainam Dn. Dr. Dahl, in paludoſis ſalſis Siam, Malacca König inque Zeylona Dn. Thunberg. ♄

Rami teretes, glabri, uti tota planta.

Folia petiolata, alterna, diſtantia, ſæpe ſpithamæa, coriacea, enervia, venoſa, integerrima, plana, baſin verſus in petiolum attenuata acuta, lævia.

Pedunculus terminalis, erectus, longitudine foliorum. *Pedunculi* partiales alterni, remoti, patentiſſimi, bipollicares. *Pedicelli* ſubumbellati, circiter 8-9, unguiculares. *Bracteis* nonnullis ſubulatis brevibus deciduis ad baſin pedicellorum.

Calyx *perianthium* monophyllum, perſiſtens, quinquefidum: *laciniis* ovatis, acutiuſculis.

Corolla monopetala, calyce triplo longior, quinquepartita: *laciniis* ovato-lanceolatis, acutis: *Tubus* longitudine fere calycis.

Stamina filamenta 5. breviſſima, baſi corollæ inſerta; *antheræ* erectæ lanceolato-ſagittatæ, corolla paulo breviores.

Pistillum *Germen* ſuperum: *Stylus* filiformis: *Stigma* ſimplex acutum.

Aliam ex India orientali ſub nomine Tini humilis Burm. obtinui, diverſam foliis brevioribus, obtuſioribus, umbellis axillaribus pedunculatis nec terminalibus in racemo digeſtis, coeterum habitu omnino ſimilem. Cum vero tantummodo fructum vidi, dijudicare non audeo, num genere vel ſpecie differt vel modo ut varietas.

RHAMNUS.

RHAMNUS inermis, floribus hermaphroditis umbellatis axillaribus, foliis oblongo-ovatis emarginatis integerrimis glabris membranaceis. Tab. LVIII. *ferreus*

Ex Inſula ſt. Crucis miſit Dn. v. Rohr & Dn. West.

Rami teretes, ſparſi, cortice cinereo, glabri.

Folia petiolata, alterna, pollicaria & ultra, oblongo-ovata vel ovalia, membranacea, tenuiſſime nervoſa & venoſa, utrinque glaberrima, obtuſa, emarginata, integerrima.

Umbellæ axillares, breviſſime pedunculatæ. *Pedicelli* glabri, pedunculo communi parum longiores, glabri.

RHAMNUS inermis, floribus hermaphroditis axillaribus ſubgeminis, foliis oblongis integerrimis coriaceis glabris. *lævigatus* 8-9.

In inſula ſt. Crucis legit Dn. West. ♄

Rami ſparſi, teretes, glabri, cortice cinereo.

Folia petiolata, alterna, ſeſquipollicaria, glaberrima, coriacea, integerrima, margine pallidiore flaveſcenti præſertim juniora, obtuſa, ſupra vix venoſa, ſubtus pallidiora, avenia, enervia.

Pedunculi axillares, gemini vel terni, vix ſemiunguiculares, glabri, uniflori.

Flores glabri.

Germen oblongum, glabrum. *Stylus* unicus. *Stigma* bifidum.

RHAMNUS inermis, floribus hermaphroditis axillaribus ſubſeſſilibus, foliis lanceolatis integerrimis ſubtus tomentoſo-niveis. *polifolius* 11-12.

Habitat in nova Zelandia? dedit Dn. Fabricius, Prof. Kilonienſis. ♄

Rami tenues, ſuperne tomentoſi, incani.

Folia petiolata, alterna, vix pollicaria, ſuperne verſus ſenſim minora, ſupra glabra ſubrugoſa, ſubtus tomento niveo tecta, mucronata, integerrima.

Petioli breviſſimi, tomentoſi.

Flores axillares, ſubſolitarii, vix pedunculati, cinerei, ſubtrigyni.

PHYLICA.

PHYLICA foliis ovatis glabris, floribus ſimplicibus paniculato-racemoſis. Lin. S. V. 235. *racemoſa.*

Beckea cordata foliis ſeſſilibus cordatis. Burm. prodr. cap. pag. 12.

PHYLICA foliis aceroſis utrinque planis glaberrimis, floribus paniculato-racemoſis. Lin. S. V. 235. *pinifolia.*

Beckea africana foliis linearibus canaliculatis. BURM. prodr. cap. pag. 12.

A Cl. BURMANNO habeo cum præcedente.

RAMI ſparſi, ſuperne bifidi vel terni, teretes, elongati glabri, purpuraſcentes, apice ramulis floriferis racemoſo-paniculati.

FOLIA ſeſſilia linearia, pollicaria & ultra, frequentia, fere Pini abietis, obtuſa, glaberrima, lævia, integerrima, avenia, flexilia, baſi pallida.

SPICÆ ex axillis ſupremis & ramulis ſummis, interdum ſesquipollicares, tenues.

Flores ſeſſiles, alterni, approximati, ſimplices. *Bracteæ* lineares, inferiores floribus longiores, præterea ſquamæ tres ad baſin ſinguli floris ovatæ, ferrugineæ, concavæ, obtuſæ, flore breviores.

COROLLÆ fundus villoſus. *Petala* quinque, alba, linearia, obtuſa. *Nectarium* nullum video.

STAMINA quinque.

Germen turbinatum, ferrugineum. *Stylus* unicus.

HEDERA.

terebinthinacea 3. HEDERA foliis ſeptenatis ellipticis integerrimis.

Arbor Zeylanica Itta dicta, reſinam terebinthinæ ſimilem fundens. HERM. muſ. zeyl. pag. 50. BURM. theſaur. zeyl. pag. 28.

Ittawæl. LIN. fl. zeyl. n. 624.

Habitat in ſylvis & nemoroſis Zeylonæ. KÖNIG. ♄

Tota glabra.

RAMI teretes, ſubherbacei, craſſitie pennæ cygneæ.

FOLIA petiolata, ſeptena. *Foliola* umbellata, petiolata, 3-4 pollicaria, lateralia ſenſim minora, elliptica, obtuſa vel acuta, interdum acumine brevi terminata, integerrima, ſubvenoſa.

Petioli ſpithamæi, teretes, baſi dilatati amplectentes: *partiales* intermedii bipollicares, laterales minores.

RACEMUS terminalis, ad latus rami folioſi, compoſitus. *Pedunculus univerſalis* tripollicaris, craſſitie pennæ anſerinæ; *partiales* quini, alterni, ultimi duo conjugati, ſemipedales, patentes. *Umbellæ* 16-17 in ſingulo pedunculo partiali, pedunculatæ: *radii* umbellæ 6. 8., ſemiunguiculares.

CALYX: margo integer, breviſſimus.

Petala 6. linearia.

STAMINA *filamenta* 6., longitudine corollæ. *Antheræ* baſi bifidæ.

Stylus unicus, longitudine filamentorum, attenuatus. *Stigma* acutum.

Fructum non vidi, attamen ad Hederam retuli, cum ſtylus unicus & ſtigma indiviſum. Valde ad Unjalam REED. Hort. Mal. T. 7. pag. 53. tab. 28. accedit, folia vero in illa latiora & petioli partiales ad inſertionem foliolorum articulati apparent. Vitis heptaphylla gerit flores verticillatos ſeſſiles in ſpica tomentoſa, ut monet LINNÆUS, ideoque planta a noſtra diverſa.

VITIS.

palmata 1-2. VITIS foliis palmatis glabris: laciniis ſerrato-inciſis, umbellis racemoſis.

Habitat in Virginia. Ex horto Pariſienſi habui. ♄

RAMI

Rami purpuraſcentes, glabri.

Folia latitudine & longitudine æqualia, glabra, baſi cordata: *laciniæ* lanceolatæ, attenuatæ, laterales extus dentibus lanceolatis; intermedia utrinque ſuperne profunde ſerrata.

Stipulæ lanceolatæ.

Racemi pollicares. *Umbellulæ* approximatæ.

VITIS foliis pinnatis dentato-ſerratis glabris. *pinnata* 10-11.

Patriam ignoro, dedit Dn. Schumacher.

Rami purpuraſcentes, glabri, teretes.

Foliola quina, intermedia ſubſeſſilia, reliqua petiolata, infima ſæpe lobo extrorſum aucto, ovata, acuminata, utrinque ſerraturis tribus vel quatuor magnis, ſubtus pallide viridia, bipollicaria.

Pedunculi oppoſitifolii, bis bifidi. *Pedicelli* umbellati.

Flores parvi.

CELOSIA.

CELOSIA foliis ovato-oblongis, racemo-laxo, piſtillo trifido. Lin. S. V. p. 247. *trigyna.*

Achyranthes decumbens; caule decumbente, paniculis terminalibus axillaribus. Forsk. deſcr. pag. 47.

THESIUM.

THESIUM foliis linearibus ſubcarnoſis, floribus axillaribus ſeſſilibus quinquefidis. *humile* 2-3.

Alchemilla linearia folio, floribus & vaſculis in foliorum alis ſeſſilibus. Shaw. afr. 14.

Legi in cultis Tuneti. ☉

Caulis herbaceus, erectus, vix palmaris, a baſi ſtatim ramoſus. *Rami* glabri, ſubramoſi, angulati, altitudine caulis.

Folia linearia, craſſa, ſeſquipollicaria, frequentia, acuta.

Calycis tubus vix ullus, nec elongatus ut in Th. alpino.

Capsulæ globoſæ, rugoſæ, magnitudine ſeminis coriandri.

CARISSA.

CARISSA inermis, foliis ovato-cordatis mucronatis aveniis. *inermis* 4.

Habitat in India orientali. König. ♄

Rami teretes, glabri. *Spinæ* nullæ, ſaltem in meo ſpecimine.

Folia oppoſita, petiolata, integerrima, bipollicaria vel parum ultra, duplo vel triplo latiora quam in Cariſſa ſpinarum.

Pedunculi terminales, terni, multiflori. *Pedicelli* breviſſimi.

Calycis *laciniæ* ſetaceæ.

Corolla pollicaris, glabra. *Laciniæ limbi* lanceolatæ, attenuatæ.

Differt a Car. ſpinarum ramis inermibus, foliis aveniis triplo latioribus baſi rotundatis, calycinis laciniis ſetaceis, floribus majoribus.

A C. eduli, ramis inermibus glabris, foliis latioribus, floribus majoribus.

mitis 5. CARISSA inermis, foliis lanceolatis attenuatis. Tab. LIX.

Habitat in India orientali. König. ♄

Rami teretes, ſub foliis, uti apice parum compreſſi, glabri, cortice fuſco, ſæpe punctis adſperſi, ultimi ſubdichotomi. *Spinæ* nullæ.

Folia petiolata, oblique oppoſita, bi-ſ. tripollicaria, lanceolata, glabra, transverſim nervoſa, tenuiſſime venoſa, integerrima, coſta foliorum ſubtus purpuraſcente, nitida. *Petioli* vix ſemiunguiculares. *Stipulæ* nullæ.

Corymbi ex apice ramulorum. *Bractea* minuta ſub pedicellis.

Calyx inferus: *laciniis* ſubulatis.

Corollæ *tubus* linearis, baſi incraſſatus, cineraſcens: *Laciniæ limbi* lanceolatæ.

Stamina *filamenta* nulla. *Antheræ* 5. in fundo tubi.

Germen ovatum, acutum. *Stylus* 1, ſuperne craſſior. *Stigma* obtuſum.

Fructum non vidi, fide Cel. Königii huc retuli, facie a reliquis parum recedit.

ECHITES.

tomentoſa 2-3. ECHITES foliis cordato-oblongis acuminatis cauleque hirtis, floribus racemoſis piloſis.

In Cajenna legit Dn. von Rohr. Ex herbario Dn. Lund.

Caulis volubilis, teres, uti petioli, coſta nervi & margines foliorum hirti.

Folia petiolata, oppoſita, tripollicaria, acuminata, inferne verſus parum anguſtata, ſuperne latiora, baſi cordata: ſinu e lobis incumbentibus clauſo, ſcabriuſcula, nervoſa, venoſa, utrinque adpreſſis pilis adſperſa, pili copioſiores & parum longiores in nervis & coſta, præſertim ſubtus.

Pedunculi axillares, folio breviores, hirti. *Flores* approximati, alterni, breviter pedicellati.

Calycis *laciniæ* lanceolatæ, attenuatæ, glabræ.

Corolla bipollicaris vel parum ultra, extus pilis cinereis adſperſa. *Limbus* magnus. *Tubus* interne ad inſertionem filamentorum denſe piloſus.

Stylus filiformis, longitudine tubi.

PERGULARIA.

purpurea 2-3. PERGULARIA foliis cordatis glabris acuminatis, laciniis corollæ lineari-oblongis, umbellis proliferis.

Aſclepias foliis cordatis acuminatis, floribus terminalibus. Burm. Ind p. 72. tab. 27. fig. 2.

Habitat in India orientali, China. Dedit Dn. Burmann.

Rami volubiles, tenues, cinerei, ad lentem villoſi.

Folia oppoſita, petiolata, glabra, nervoſa, venoſa, bipollicaria, ſuperiora minora. *Petiolus* longitudine foliorum.

Umbellæ laterales, pedunculatæ, foliis breviores. *Pedunculus* petiolo craſſior, rigidus. *Pedicelli* filiformes, unguiculares, pubeſcentes uti calyces.

Corollæ infundibuliformes, unguiculares. *Faux* villoſa, interdum etiam limbus parum villoſus.

Affinis P. japonicæ Thunb. at Umbellæ proliferæ nec ſimplices, Laciniæ limbi lineares nec ovatæ, an vero ſatis diſtincta?

PERI-

PERIPLOCA.

PERIPLOCA corollis glabris, cymis trichotomis, foliis oblongo-lanceolatis lævibus, caule glabro. Hort. Kew. 1. pag. 301. *lævigata* 2-3.

Periploca anguſtifolia: fruticoſa, foliis aveniis, glabris, anguſto-lanceolatis, perennantibus, folliculis horizontalibus, baſi oppoſitis. BILLARD. Icon. plant. Syr. Dec. 2. pag. 13. tab. 7.

Legi in monte Schibel Iſchel Tuneti. ♄

RAMI teretes, glabri, ſparſi, cortice cinereo.

FOLIA in ramulis junioribus ſubaggregata, in adultioribus baſi conferta, ſurſum verſus remota, vix petiolata, pollicaria, baſin verſus attenuata, extrorſum parum dilatata, obtuſa vel acutiuſcula, glaberrima, avenia, enervia, glauco-viridia.

CYMÆ axillares, di-ſ. trichotomæ.

FOLLICULI glabri, ſtriati, horizontales, attenuati, craſſitie fere pennæ cygneæ, maturi initio menſis Junii.

CYNANCHUM.

CYNANCHUM caule petiolisque hirſutis, foliis cordato-oblongis, petalis lanceotis planis. *roſtratum* 3-4.

In Inſula Trinitatis legit Dn. v. ROHR.

CAULIS volubilis, uti petioli, pilis reverſis hirſutus.

FOLIA petiolata, oppoſita, bi-ſ. tripollicaria, oblonga, acuminata, ſupra pilis rarioribus adſperſa, ſubtus pallidiora, punctis elevatis numeroſis, oculo armato videndis, ſinu aperto nec clauſo ut in C. criſpifloro SWARTZII.

PEDUNCULI axillares, petiolo breviores, glabriuſculi. *Pedicelli* ſubumbellati, 4. 5., inæquales, filiformes, hirſuti, petiolo univerſali ſæpe duplo longiores, foliis breviores.

CALYCIS *laciniæ* ovatæ, rare piloſæ.

COROLLA ante explicationem ovata, acuminato-roſtrata. *Petala* calyce triplo longiora, lineari-lanceolata, extus pilis nonnullis adſperſa.

ANABASIS.

ANABASIS. LIN. S. V. pag. 264. Symb. bot. 1. p. 24. *ſpinoſiſſima.*

Salſola echinus: fruticoſa glabra, foliis ſubulatis, muticis, ſpinis divaricatis floriferis. BILLARD. Ic. dec. 2. pag. 10. tom. 5.

GOMPHRENA.

GOMPHRENA foliis lineari-lanceolatis glabris, capitulis terminalibus oblongis ſubtriphyllis. *anguſtifolia* 3-4.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

CAULIS herbaceus, erectus, tetragonus, pilis brevibus adpreſſis adſperſus, ramoſus. *Rami* oppoſiti, ſimpliciſſimi, caule altiores, ſubfiliformes, diphylli.

Folia ſeſſilia, anguſta, attenuata, ſesquipollicaria, ad lentem adſperſa pilis minutis adpreſſis, pallide viridia, integerrima.

Pedunculi ramos terminantes, elongati.

Capitula primum oblonga dein cylindrica, unguicularia, obtuſa. *Folia* plerumque tria ad baſin ſinguli capituli, rariſſime bina, ſtructura foliorum caulis, capitulis longiora.

Calycis *foliola* ovata, concava, mucronata; carina pilis rarioribus ſubciliata.

Petala quinque, lanceolata, concava, extus pubeſcentia, ſubæqualia.

Filamenta mediante membrana baſi connata.

Germen oblongum, glabrum. *Stylus* unicus. *Stigma* ſimplex.

Habitus omnino Gomphrenæ, diverſa tantum ſtylo unico.

GENTIANA.

ſimbriata. 8-9. GENTIANA corollis cumpanulatis decemfidis: laciniis alternis fimbriatis minoribus; foliis lanceolatis.

Habitat in Virginia. Dedit Dn. Profeſſor Gieseke.

Caulis teres, erectus, ſimplex.

Folia baſi connata, bipollicaria, lanceolata, glaberrima, trinervia.

Flores ex axillis ſupremis & terminales, inferiores ſolitarii utrinque, interdum tantum in altera axilla, terminales quatuor, ſeſſiles. *Folia* duo ad baſin ſinguli calycis, linearia, baſin verſus anguſtata, calyce breviora.

Calyx tubuloſus; ſuperne ſenſim dilatatus: dentibus quinque, longitudine calycis, foliaceis, lineari-lanceolatis, obtuſis, inferne attenuatis.

Corolla magna, ſesquipollicaris, fere Gentianæ ſaponariæ.

verticillata. GENTIANA Linnæi.

Americana cum Indiæ orientalis a Linnæo conjungitur; conveniunt certe in plurimis, differunt vero in nonnullis, & quamvis limites ægre definiuntur, ſpecie tamen forte diverſæ ſunt. Utrorumque igitur deſcriptionem hic ſubjungo, ut inde dijudicari poſſit, quibus notis conveniunt vel diſſentiunt.

Americana.

Gentiana verticillata: floribus verticillatis, caule ſimpliciſſimo. Lin. Spec. plant. pag. 333. non vero Supplem.

Centaurium minus ad alas floridum. Plum. Ic. tab. 81. fig. 3.

Habitat in America.

Caulis erectus, ſimpliciſſimus, pedalis & ultra, tetragonus, angulis ſuperne parum ſcabris, a baſi usque ad apicem floriferus, uti tota planta, glaber.

Folia ſeſſilia, lanceolata, attenuata, bipollicaria, internodiis triplo vel quatuor longiora, baſi acuta, trinervia.

Verticilli circiter 10-flori.

Bracteæ lanceolatæ.

Calycis *laciniæ* longitudine fere corollæ, ſubulatæ, attenuatæ, apice reflexæ.

Corollæ *laciniæ* lineari-lanceolatæ, mucronatæ.

Antheræ cuſpidatæ, baſi bifidæ: *laciniis* non divicaricatis.

Stylus unicus, ſimplex. *Stigma* capitatum.

Capsula oblonga, calyce parum brevior.

Indiæ

Indiæ orientalis & Arabiæ a Forsk. *lecta*.

Gentiana verticillata: floribus quinquefidis verticillatis octonis. Lin. Suppl. pag. 174. Syſt. Veg. pag. 269. deſcriptio non vero differentia.

Gentiaua verticillaris. Retz. obſ. Bot. 2. pag. 15.

Centaurium anguſtifolium, floribus ex alis ſeſſilibus. Burm. afr. pag. 206. tab. 74. fig. 3.

Caulis palmaris, ſpithamæus vel pedalis, glaber, inferne ramoſus, rarius ſimplex, baſi lignoſus, verſus radicem teres, ſurſum verſus tetragonus. *Rami* oppoſiti, tetragoni, angulis acutis.

Folia ſubſeſſilia, utrinque acuta, lævia, trinervia, pollicaria, articulis caulinis parum longiora.

Flores ſeſſiles, in omnibus axillis, plerumque octo.

Calyx quinquepartitus: *laciniis* ovatis, acutis, erectis: folium lineare ad baſin ſinguli calycis.

Corollæ fulvæ, facie G. centaurii modo minores; *laciniis* acutis.

Antheræ ſagittatæ.

Stylus unicus, ſimplex. *Stigma* capitatum.

Capsula oblonga, calyce longior.

Differre igitur videtur ab americana Caule teneriore ramoſo, foliis brevioribus anguſtioribus, corollis anguſtioribus, tubo corollæ longiore, laciniis acutis, nec mucronatis, calycibus ovatis acutis laciniis capſula brevioribus.

In americana caulis ſtrictior & robuſtior, anguli caulis ſcabriuſculi nec læves, laciniæ calycis anguſtiores reflexæ.

GENTIANA caule ramoſo dichotomo divaricato, foliis ovato-oblongis, pedunculis capillaribus ſubunifloris. *diffuſa.*

Habitat in India orientali.

Caulis herbaceus, e lineis decurrentibus tetragonus, glaber. *Rami* filiformes, dichotomi, divaricati.

Folia ſeſſilia, oppoſita, ovato-oblonga, pollicaria: ſuperiora ſubcordata, vix unguicularia; omnia glaberrima, mucrone brevi terminata, trinervia.

Pedunculi terminales ramulorum, plerumque gemini, capilares, alter longior biflorus, alter brevior uniflorus. *Folium* utrinque ad baſin pedunculorum, ſetaceum.

Calyx tubuloſus, glaber.

Corolla fere Gent. Centaurii.

AZORELLA. La Mark. Chamitis Gaertn. de fruct. p. 94.

AZORELLA foliis indiviſis integerrimis, petiolis inferne dilatatis ciliatis. *filamentoſa* 1.

Azorella filamentoſa. La Mark. Encycl.

Azorella. Juss. Gen. pag. 226.

Habitat in terra del fuego. Miſit Dn. Jussieu.

Caulis herbaceus, inferne tectus baſi ſtipularum vaginantium perſiſtente; ſubramoſus.

Folia alterna, petiolata, ſemiunguicularia, ſuperne approximata, inferiora ſubovata, acuta, ſuperiora anguſtiora, fere linearia; omnia glaberrima, craſſiuſcula,

 revo-

revoluta, mucrone albo terminata, ſubtus ſeta una vel altera plerumque in coſta folii adpreſſa. *Petioli* ſuperne filiformes; inferne dilatati, ovati, vaginantes, imbricati, margine ciliis aliquot rigidis albis; adultiores ſæpe folio longiores.

Umbellæ laterales, pedunculatæ, ſimplices. *Pedunculi* pollicares.

Involucrum 3. ſ. pentaphyllum, foliolis ovatis, acutis, ſetaceo-ciliatis.

Pedicelli 12-13. interdum pauciores unguiculares, involucro duplo longiores.

Eandem cum Chamiti integrifolia eſſe credit Dn. Jussieu, ſpecimina vero ab Ill. viro benigne communicata haud exacte cum figura Gaertneri conveniunt, differunt magnitudine, vaginis in petiolum attenuatis utrinque ſetis aliquot ciliatis, nec apice utroque margine in ſetam productis, e cujus medio folium vel ligula ovata, denique umbellis 5-10 radiatis; minime vero flores ſunt ſolitarii.

ceſpitoſa 2. AZORELLA foliis trifidis, petiolis nudis.

Bolax. Juss. Gen. pag. 226.

Habitat ad fretum magellanicum. Dn. Jussieu.

Caules ceſpitoſi, ramoſi, dichotomi, craſſitie digiti minimi, e vaginis foliorum perſiſtentibus imbricati ſquaroſi. *Rami* ſesquipollicares.

Folia confertiſſima, craſſiuſcula, cuneiformia, parva, glabra, nitida: *laciniis* obtuſis, complicatis.

Petioli vix ſemiunguiculares, folio parum longiores & latiores; ſubcarnoſi, ſupra planiuſculi, margine tenuiore parum elevato, ſubtus convexi, nitidi, apice patuli.

Semina gummoſo-reſinoſa: Jussieu.

BUPLEURUM.

graminifolium 9-10. BULPEURUM involucellis heptaphyllis, univerſali ſubtriphyllo, foliis radicalibus linearibus, ſcapis monophyllis.

Sedum petræum bupleurifolio, flore verius. Ponæ bald. pag. 347. in Cluſ. hiſtoria.

Perfoliata alpina gramineo folio, ſive Bupleuron anguſtifolium alpinum. Bauh. pin. pag. 277.

Bupleurum alpinum, foliis anguſtis gramineis ſeſſilibus; caule fere nudo. Segu. Veron. 2. pag. 15. & T. 3. pag. 221.

Bupleurum. Hall. hiſt. n. 773.

Bupleurum petræum: ſcapo umbellaque terminali ſimpliciſſimo, involucellis polyphyllis, univerſali pentaphyllo, foliis radicalibus gramineo caryophyllæis. Wulfen in Coll. Jacqu. 1. pag. 209.

Bupleurum petræum, involucellis lanceolatis heptaphyllis, univerſali triphyllo, caule bifloro. Villars fl. Delph. 2. pag. 576. tab. 14.

Bupleurum petræum: caule nudo, foliis gramineis, involucro & involucellis diſtinctis polyphyllis. Allionii Auctuarium pag. 24.

Jam dudum in prodromo, pag. 129. monuit Bauhinus, quod non confundi debet Perfoliata alpina anguſtifolia cum Bupleuro anguſtifolio alpino, quod in Baldo occurrit. Nihilo minus, illuſt. a Lin. in Spec. plant. pag. 341. Sedum petræum bupleurifolio Ponæ ad ſuum Bupleurum petræum revocat. Erronea hac citatione ſeducti, omnes plantam a Linnæi diverſiſſimam pro B. petræo Ejusdem habuerunt. Hinc non mirum, quod omnes quoque

in

in deſcriptione involucrorum & involucellòrum B. petræi a LINNÆO diſcrepant. Gaudet quidem B. petræum LINN., uti Sedum petræum PONÆ foliis radicalibus linearibus, ſub ramificationibus vero ovato-lanceolatis amplexicaulibus, non vero unico in ſcapo, coeterum aphyllo ut in S. petræo PONÆ. LINNÆI præterea a B. petræo reliquorum autorum differt: involucellis ovatis pentaphyllis, floribus longioribus, nec heptaphyllis linearibus, umbellula brevioribus. Habitus denique omnino diverſus. Synonyma certiora B. petræi LIN. credo ſequentia, Perfoliata anguſtifolia minor BAUH. prodr. p. 129. PLUKN. alm. tab. 50. fig. 3. Num vero B. petræum & ranunculoides una eademque planta ſint, ut ſuſpicavit GOUAN in Illuſtr. Bot. pag. 8., aliis dijudicare relinquo.

CONIUM.

CONIUM foliis radicalibus caulinisque ſimplicibus linearibus. *tenuifolium* 4.

Habitat in Capite bonæ ſpei. Dedit Dn. BURMANNUS.

CAULIS herbaceus, erectus, pedalis, vix ramoſus, tenuis, teres, glaber, leviter ſtriatus.

FOLIA omnia ſimplicia, anguſtiſſima, baſi parum latiora ſubvaginantia, glaberrima: inferiora quadripollicaria vel parum ultra: caulina remota.

PEDUNCULI laterales & terminales, pauci, remoti.

INVOLUCRUM pentaphyllum: *foliolis* ſubulatis, rigidiuſculis, umbella brevioribus. *Involucella* longitudine umbellulæ.

UMBELLA parva, quinqueradiata. *Umbellulæ* circiter 8- vel-10 flori.

SEMINA oblonga, ſtriata, parva, glabra. *Styli* perſiſtentes, divaricati.

CACHRYS.

CACHRYS foliis bipinnatis: pinnis oppoſitis linearibus ſubpungentibus ſeminibus ſulcatis glabris. *libanotis.*

Cachrys ſemine fungoſo ſulcato plano minore, foliis peucedani anguſtis. MORS. hiſt. 3. p. 267. S. 9. t. 1. fig. 6.

Cachrys libanotis foliis bipinnatis: foliolis acutis multifidis, ſeminibus ſulcatis lævibus. LIN. Spec. plant. pag. 355. excluſo Sauvag. monſ. 105. quod ad inſequentem pertinet.

Habitat in Sicilia.

CACHRYS foliis ſupradecompoſitis ſetaceis multifidis, ſeminibus lævibus glabris. *moriſoni* 1-2.

Cachrys ſemine fungoſo, lævi, foliis ferulaceis. MORIS. umb. 62. tab. 3. fig. 1.

Cachrys libanotis: foliis ſupra decompoſitis, foliolis acutis, ſeminibus ſulcatis lævibus. GOUAN. illuſtr. pag. 12.

Cachrys moriſoni: foliolis linearibus, extremis binis aut ternis, fructibus ſemiovatis, lævibus, utrinque rotundatis. ALLIONII Auct. pag. 23.

Cachrys lævigata: foliis ſupradecompoſitis, ferulaceis laciniis ſetaceis brevibus, ſeminibus lævibus. LA MARK. Encyclop.

Habitat in Hiſpania, Gallia auſtrali, Italia.

CAULIS ſtriatus, teres, glaber, ramoſus. *Rami* oppoſiti, terni vel quaterni.

Folia quadripinnata: *foliolis* anguſtiſſimis.

Semina oblonga, valde fungoſa, unguicularia, glaberrima absque coſtis elevatis.

RHUS.

roſmarinifolium 16-17. RHUS foliis ternatis: foliolis ſeſſilibus linearibus revolutis ſubtus ferrugineis.

Rhus fruticoſum, foliis trifidis linearibus acuminatis. Burm. afr. pag. 251. tab. 91. fig. 1.

Habitat in Cap. b. ſpei. Dn. Bulow. ♄

Rami glabri.

Folia breviſſime petiolata. *Foliola* ſeſſilia, anguſtiſſima, ſesquipollicaria, mucronata, ſupra glabra, medio linea exarata; ſubtus ſulco longitudinali e marginibus foliorum revolutis.

Paniculæ terminales & axillares.

Synonymum Burm. ad Rh. anguſtifolium Lin. Spec. pl. delendum cum, ad plantam ab Rh. anguſtifolio plane diverſam pertinet.

viminale 16-17. RHUS foliis lineari-lanceolatis integerrimis glabris, baſi attenuatis: intermedio ſubpetiolato. Hort. Kew. 1. p. 368.

Totum glabrum.

Rami patentes.

Foliola pollicaria, lateralia minora, ſubtus pallidiora mucronata, venoſa.

Racemus terminalis, ſupradecompoſitus, patens. *Flores* parvi.

Affinis R. anguſtifolio.

DROSERA.

Burmanni 2-3. DROSERA ſcapis radicatis calycibusque glabris, foliis ſpathulatis ſeſſilibus.

Ros ſolis Zeylanica, foliis rotundis in orbem expanſis villoſis. Herm. muſ. Zeyl. 18.

Ros ſolis foliis circa radicem in orbem diſpoſitis. Burm. Zeyl. p. 207. t. 94. fig. 2.

Droſera rotundifolia. Lin. fl. Zeylan. 120.

Habitat in Zeylona.

A Droſera rotundifolia diſtingui meretur. Folia enim ſubſeſſilia, baſi attenuata, ſemiunguicularia: ciliis tenuibus æqualibus. A Droſ. cuneifolia dignoſcitur glabritie ſcapi & pedicellorum, denique triplo minor.

GUETTARDA.

rugoſa. GUETTARDA foliis ſubcordatis ovatis acutis ſubtus tomentoſis ſuperne ſcabris, floribus hexandris. Sw. prodr. pag. 59.

In Inſula ſt. Crucis legit Dn. West.

Rami teretes, oppoſiti, cicatricati, inferne glabri, ſuperne villoſi.

Folia petiolata, bi-ſ. tripollicaria, verſus apices ramulorum conferta, oppoſita, ovato-oblonga, baſin verſus interdum anguſtiora, mucrone parvo terminata, inte-

integerrima, ſupra ſcaberrima e punctis minutis elevatis mucronatis copioſis, ſubtus venoſo-reticulata rugoſa, villis minutiſſimis adſperſa.

Stipulæ ſubulatæ, deciduæ.

Pedunculi axillares, oppoſiti, compreſſi, villoſi, purpuraſcentes, verſus apicem dilatati, bis vel ter dichotomi. *Flores* interdum in capitulo ſubſeſſiles. *Flos* in ſingula dichotomia ſeſſilis.

Bractea ſubulata, decidua, ad ramificationes & flores.

Calyx urceolatus, obſcure dentatus.

Corollæ *tubus* ſeſquipollicaris, villoſo-ſubſericeus, mollis.

Fructus magnitudine piſi, villis leviter cinereus.

LANARIA.

LANARIA. Hort. Kew. 1. pag. 462. *plumoſa.*
Argolaſia. Juss. gen. pl. pag. 60.

APONAGETON.

APONAGETON ſpica ſimplici, foliis linearibus. *lineare* 2.

Habitat in paludoſis Indiæ orientalis.

Simile A. monoſtachyo at tantum palmare vel parum ultra, folia omnia graminea utrinque attenuata. An modo varietas cum ſpecimen Ap. monoſtach. ex India poſſideo folio unico ut in A. lineari reliqua vero ut in monoſtachyo?

COMBRETUM.

COMBRETUM foliis ovato-oblongis calycibusque nudis, ſpicis ſimplicibus ſecundis. *purpureum.*

Habitat in India orientali. Dedit Dn. La Mark. ♄

Glaberrima.

Rami teretes, brachiati.

Folia petiolata, oppoſita, tripollicaria, integerrima, ſubcoriacea, apice parum attenuata, ſub ſpicis pollicaria, acuta.

Pedunculi oppoſiti, patentiſſimi, ſpithamæi, tetragoni. *Flores* copioſi, ſparſi.

Bractea ſetacea ad baſin ſinguli pedicelli.

Calyx floris campanulatus, glaberrimus.

Corolla purpurea.

Filamenta corolla duplo longiora.

Semen ſubrotundum, retuſum, læviſſimum, aureo nitens.

VITMANNIA.

Character eſſentialis.

Corolla tetrapetala. Calyx quadrifidus. Nectarium ſquama ad baſin filamentorum. Nux ſemilunata compreſſa, monoſperma.

VITMANNIA. Tab. LX. *elliptica.*

Samandura. Lin. fl. Zeyl. p. 202. exluſo Syn. Rheed. quod ad Heretieriam. Hort. Kew. pertinet.

Samadera. Gaertn. de ſem. Tom. 2. pag. 352. tab. 156. fig. 3.

Habitat in India orientali. König. ♄

Arbor. *Rami* teretes, glabri, apice compreſſiuſculi.

Folia petiolata, alterna, palmaria & ultra, elliptica, obtuſa, integerrima, utrinque glabra, venoſa, rigidiuſcula.

Petiolus unguicularis, ſupra planiuſculus, ſubtus convexus.

Stipulæ nullæ.

Pedunculi laterales vel parum infra apicem rami, ſolitarii, interdum gemini, compreſſiuſculi. *Pedicelli* umbellati, unguiculares, uniflori.

Calyx. *Perianthium* monophyllum, breve, quadrifidum: *laciniis* rotundatis, intus concavis, extus convexis.

Corolla. *Petala* quatuor, lineari-oblonga, parum concava, craſſiuſcula, extus caneſcentia, obtuſa, unguicularia.

Nectarium ſquama parva, obovata, ad baſin ſinguli filamenti, in alternis brevior.

Stamina. *filamenta* octo, petalis parum breviora, glabra. *Antheræ* lineares, baſi ſubbifidæ.

Pistillum. *germen* ſuperum, quadrilobum: *lobis* ſemiorbiculatis, compreſſis, leviter connatis, a ſe invicem & ſtylo facile ſeparabilibus, (an potius germina quatuor?) *Stylus* ſimplex, ſubulatus, longitudine filamentorum. *Stigma* acutum.

Pericarpium ut in Gaertnero. l. c.

Ab Heretieria Hort. Kew. toto coelo differt. Vitmanniam nominavi in honorem Dn. Abbatiss F. Vitmanni in lyceo Mediolanenſi Profeſſ. digniſſimi & auctoris Sum. plantarum 1789. editæ.

J A M B O L I F E R A.

pedunculata. JAMBOLIFERA. Tab. LXI.

Lin. flor. Zeyl. pag. 58. Synonyma vero dubia præter Hermanni. Syſt. Veg. ed. Murr. pag. 360. excluſis Synonymis.

Arbor. *Rami* alterni, inferne teretes; *ramuli* obſcure tetragoni, glabri, fuſcopurpuraſcentes.

Folia petiolata, oppoſita, 4-vel quinquepollicaria, lanceolato-elliptica, obtuſa, baſi acutiora, glabra, membranacea, venoſa, integerrima.

Petioli pollicares, ſubtus convexi, ſupra plani.

Stipulæ nullæ.

Paniculæ axillares, oppoſitæ, brachiatæ, folio parum breviores. *Pedunculi*, uti pedicelli, glabri: *partiales* oppoſiti, ſeſquipollicares, ſurſum verſus ſenſim minores, inferiores bis trichotomi, ſuperiores triflori. *Pedicelli* ſemiunguiculares.

Calyx. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum: *laciniis* quatuor, rotundatis.

Corollæ *Petala* quatuor, lineari-lanceolata, attenuata, vix ſemiunguicularia, patentia, a medio ſurſum reflexa, intus tomentoſa incana.

Stamina *filamenta* octo, longitudine corollæ, alterna parum breviora, petalis triplo anguſtiora, latere interiore inferne verſus caneſcentia. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pistil-

Pistillum. *Germen* ovatum, incanum. *Stylus* unicus, brevis. *Stigma* obtuſum.

Fructus. *Drupa* ovato-ſubgloboſa, incana.

Cum de exiſtentia hujus generis dubitare videtur Ill. Schreb. in nova Edit. gen. plant. Linnæi & alii plantam a Linnæi diverſiſſimam Jamboliferam nuncuparunt, haud abs re mihi viſum eſt deſcriptionem generis diſtinctiſſimi ſimulque figuram ſecundum ſpecimina a Könıgio miſſa & cum planta herbarii Hermanni collata hic addere. Duo Specimina in herb. Herm. occurrunt, haud incompleta niſi eo reſpectu, quod fructus deeſt, a quibus Konigianæ in Zeylona lectæ ne unguem quidem recedunt. Synonyma huc allata a Linnæo, uti & Jambolifera Houtt. Pflanz. S. 1. pag. 462. tab. 7. fig. 1. & Jambolifera Gaertn. de ſem. T. 1, pag. 178. tab. 36. fig. 4. ad plantam Myrti generis vel affinis pertinent, minime vero ad Iamboliferam Lin.

DAPHNE.

DAPHNE floribus ſeſſilibus lateralibus aggregatis baſi ſquamis imbricatis, foliis obovatis nervoſis ſericeis. *Tartonraira.*

Daphne tartonraira: floribus ſeſſilibus aggregatis axillaribus, foliis ovatis utrinque pubeſcentibus nervoſis. Lin. S. V. pag. 371.

Fruticulus ramoſiſſimus, craſſitie ſæpe pennæ cygneæ, cortice rugoſo. *Rami* ſparſi, e ſquamis floralibus perſiſtentibus ſquarroſi, ſuperne tomentoſi.

Folia approximata, unguicularia.

Flores 2-3, rarius ſolitarii, campanulati, extus ſericei, intus flaveſcentes, baſi ſquamis quatuor vel pluribus ovatis carinatis imbricati.

DAPHNE floribus lateralibus aggregatis ſeſſilibus baſi nudis, foliis lineari-oblongis ſericeis enerviis. *nitida* 5-6.

Thymelæa, ſeu Tartonrairæ lini foliis argenteis. Tournef. coroll. p. 41?

Legi in Montibus calcareis Tuneti. ♄

Fruticulus interdum vix palmaris, interdum ſpithamæus, ramoſiſſimus.

Ramuli, folia & flores ſericeo-nitidi.

Flores polygami, longitudine foliorum.

Corollæ *tubus* ventricoſus.

Facies D. tartonrairæ, at folia ſextuplo minora, enervia, ſquamæ nullæ ad baſin calycis rami exaſperati non vero ſquarroſi e ſquamis floralibus perſiſtentibus.

SAPINDUS.

SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis lanceolatis glabris unico terminali, rachi ſimplici. *longifolia* 1-2.

Habitat in India orientali? dedit Dn. Schumacher. ♄

Inermis.

Folia pinnata cum pari, quinquejuga: *foliola* petiolata, infima oppoſita minora lanceolato-oblonga; exteriora alterna, 4- vel quinquepollicaria, lato-lanceolata; omnia integerrima glabra, venoſa, ſupra nitida, ſubtus pallidiora, acutiuſcula.

Petioli teretiuſculi, æquales: *partiales* breves.

Racemus decompoſitus. *Flores* conferti, breviſſime pedicellati.

CALYX tomentoſo-incanus, tetraphyllus; *foliolis* ovatis, acutis.
Petala longitudine calycis.

laurifolia 3. SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis ovato-oblongis attenuatis glabris, rachi ſimplici, petalis margine tomentoſis.

Poenriſii. RHEED. MAL. 4. pag. 43. tab. 19.
Sapindus trifoliata foliis ternatis. LIN. Spec. plant. pag. 625.
RAMI teretes, ſtriati, glabri.
FOLIA petiolata, alterna, abrupte pinnata, trijuga: *Foliola* ſuboppoſita, breviter petiolata, 5-pollicaria, interiora minora, ovato-oblonga vel elliptico-lanceolata, attenuata, integerrima, acutiuſcula, utrinque glabra, venoſa, interiora baſi breviora.
Petiolus univerſalis, teretiuſculus: *partiales* rugoſi.
RACEMUS ſupradecompoſitus. *Pedunculi* & *pedicelli* ſubpubeſcentes. *Bracteæ* ovatæ, minutæ.
CALYX pentaphyllus: *foliolis* ovatis.
COROLLA pentapetala: *petala* oblonga, villoſa, margine tomentoſo-nivea.
Stamina octo, villoſa.
Germen & *fructus* ut in inſequente.

Cur trifoliatam auctores hanc dixerint, facile non liquet, cum folia pinnata uti & ex figura & deſcriptione RHEEDII apparet l. c.; nomen triviale igitur, utpote quam maxime incongruum, mutavi.

emarginata 4. SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis oblongis emarginatis ſubtus villoſis, rachi ſimplici, petalis margine tomentoſis.

Habitat in India orientali. KÖNIG. ♄
Inermis. *Rami* teretes, craſſitie fere digiti minimi, glabri, griſei.
FOLIA petiolata, alterna, abrupte pinnata, bi-ſ. trijuga: *foliola* breviſſime petiolata, oppoſita, intermedia alterna, bi-ſ. tripollicaria, intima minora, baſi vix inæqualia acuta, apice obtuſiſſima, emarginata, rigida, venoſa, ſupra glabra, ſubtus villoſa.
Petiolus univerſalis teretiuſculus: *partiales* breves, rugoſi.
RACEMUS terminalis, ſupradecompoſitus, magnus. *Pedunculi* & *pedicelli* patentes, pubeſcentes. *Bracteæ* minutæ, ovatæ, ad baſin pedicellorum.
CALYX pentaphyllus, pubeſcens: *foliolis* ovatis, concavis.
COROLLA pentapetala. *Petala* calyce parum longiora, oblonga, extus villoſa, intus glabra, margine tomentoſo-nivea.
Filamenta 8. villoſa, longitudine corollæ.
Germen tomentoſum. *Stylus* unicus.
CAPSULÆ tres, ſubturbinatæ, ſingulæ ſubgloboſæ, unus vel alter ſæpe abortiens; pilis flaveſcentibus denſis tectæ; *loculis* intus ad diſſepimenta hirſutis. *Semina* nigra. *Arillus* nullus.

Affinis antecedenti, diverſa foliis anguſtioribus brevioribus obtuſiſſimis emarginatis ſubtus villoſis.

tetraphylla 5. SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis lanceolato-oblongis glabris, rachi ſimplici, racemis ſubſimplicibus, petalis glabris.

Habitat in India orientali. KÖNIG. ♄
Inermis. RAMI teretes, glabri, griſei.

FOLIA

Folia petiolata, alterna, abrupte pinnata, bijuga: *foliola* breviter petiolata, duo interiora alterna, extima oppoſita, tripollicaria, lanceolato-oblonga, obtuſiuſcula, venoſa, glaberrima, pallide viridia, integerrima, baſi æqualia.

Petioli univerſales teretiuſculi: *partiales* breves, rugoſi.

Racemi plures ex eodem puncto, ſimplices, baſi ramo uno vel altero, digitales, erecti. *Pedunculi* e pedicellis perſiſtentibus poſt caſum florum dentati, caneſcentes, ſtriato-ſubangulati. *Pedicelli* breviſſimi. *Bracteæ* minutæ, ovatæ.

Calyx *foliolis* quinque, ovato-ſubrotundis, extus ſericeo-nitidis.

Petala quinque, calyce longiora, oblonga, glabra.

Stamina *filamenta* 8., villoſa.

SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis ovato-oblongis, rachi ſimplici, corollis fructibusque glabris. *rigida* 6.

Sapindus rigida inermis, foliis pinnatis: foliolis ovato-oblongis, rachi ſimplici, fructibus glabris. Hort. Kew. 2. pag. 36.

Sapindus rigida. Gærtn. de fruct. 1. pag. 341. tab. 70. fig. 3.

Inermis. *Rami* teretes, griſei, glabri.

Folia petiolata, alterna, abrupte pinnata, trijuga: *foliola* petiolata: interiora alterna minora, exteriora oppoſita tripollicaria, ovato-oblonga, interdum ovato-lanceolata, attenuata, altero latere anguſtiora, integerrima, venoſa, glabra.

Petiolus æqualis, teretiuſculus, pubeſcens: *partiales* breves.

Racemus terminalis, ſupradecompoſitus, pedalis: ramis ramuliſque patentibus. *Pedicelli* breves. *Bracteæ* minutæ. *Flores* parvi.

Calyces vix villoſi.

Petala ſubrotunda, concava, glabra.

Germen ovatum, glabrum.

SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis lanceolato-oblongis, rachi ſimplici, fructibus muricatis. Hort. Kew. 2. pag. 36. *edulis* 7.

Scytalia chinenſis. Gærtn. de fruct. 1. pag. 197. tab. 42. fig. 3.

Dimocarpus Lichi: foliis pinnatis: baccis cordatis ſquamoſis. Loureir. fl. Cochin. pag. 233. (ed. Uliſſip.)

Inermis. Rami teretes, glabri, cortice punctato.

Folia petiolata, ſuboppoſita (ſaltem in ſpecimine quod coram habeo) abrupte pinnata, trijuga: *foliola* petiolata, ſuboppoſita, fere Lauri Caſſiæ, tripollicaria, intima minora, lanceolato-oblonga, utrinque acuta, acuminata, glaberrima, lævia, obſcure venoſa, ſubtus glauca.

Petioli ſupra planiuſculi, purpuraſcentes, glabri.

Racemi terminales, decompoſiti; *pedunculi* & *pedicelli* leviter tomentoſi.

BAUHINIA.

BAUHINIA racemis axillaribus terminalibusque nutantibus, petalis linearibus: lobis foliorum rotundatis glabris. *parviflora* 1-2.

Habitat in India orientali. Miſit Dn. Röttel Miſſion. Dan. ♄

Frutex ſcandens?

Rami teretes, purpuraſcentes, ſuperne pubeſcentes.

Folia petiolata, ſubrotunda, coriacea, pollicaria, utrinque glabra, ſubtus glauca, ſeptemnervia, venis tenuiſſimis reticulata, baſi ad inſertionem petioli macula fuſca. *Lobi* diſtantes, rotundati.

Racemi 3-4 pollicares, multiflori. *Flores* breviſſime pedicellati. *Squama* minuta loco bractearum ad baſin ſinguli pedicelli.

Calyx coloratus, ſemiunguicularis, vix pubeſcens.

Corolla *petala* quinque, linearia, attenuata, extus medio & margine villoſo-cinerea.

Filamenta decem, baſi villoſa.

Differt a Bauh. ſcandente: cirrhis nullis, foliis multo minoribus, lobis rotundatis obtuſiſſimis nec attenuatis.

racemoſa 1-2. BAUHINIA floribus triandris extus ſtaminibusque baſi hirſutis, foliis ſubtus ſericeis: lobis rotundatis. Tab. LXII.

Bauhinia racemoſa: foliis ſubrotundo-cordatis, lobis ſemiorbiculatis ſubtus tomentoſis, ſtaminibus barbatis plumoſis. La Mark. Encycl.

Habitat in India orientali. Dedit Dn. Schumacher.

Rami teretes, tomentoſi, incani.

Folia petiolata, ſpitamea, ſubrotunda, baſi cordata, 13- nervia, ſupra pubeſcentia, ſubtus tomentoſa, ſericea: *Nervus* coſtalis in ſetam ſemiunguicularem excurrens.

Racemus terminalis, erectus. *Pedunculus* elongatus, ſuperne floriferus.

Pedicelli ſparſi, bipollicares frequentes, approximati, patentes, tomentoſo-incani, uti pedunculus. *Bractea* lanceolata ad baſin ſinguli pedicelli, ferruginea: duæ aliæ ſetaceæ verſus apicem, tomentoſæ.

Calyx tomentoſus, incanus.

Petala obovata, unguiculata, pollicaria, extus e pilis longis adpreſſis nitidis hirſuta, margine glabra, undulata: *Ungues* longitudine calycis.

Stamina *filamenta* 3., longitudine petalorum, baſi hirſuta.

Germen pilis longis ſericeis hirſutum.

CASSIA.

arboreſcens 16-17. CASSIA foliis ſubquinquejugis ellipticis glabris, glandula oblonga inter inferiora, ſtipulis ſubulato-falcatis, racemis axillaribus.

Wellia Tagera. Rheed. Mal. 6. pag. 17. tab. 9. 10.

Habitat in India orientali. König. ♄

Rami teretes, purpuraſcentes, ſuperne parum caneſcentes.

Folia petiolata, ſpithamæa, quinque vel ſejuga. *Foliola* petiolata, oppoſita, extima majora ſeſquipollicaria, intima minora pollicaria: omnia elliptica, emarginata, baſi acuta, glaberrima, lævia, ſubtus glauca, venoſa, ad lentem margine tenuiori flaveſcente.

Petioli ſupra linea exarati, glabriuſculi: *partiales* caneſcentes. *Glandula* oblonga, obtuſa, inter duo vel tria paria inferiora. *Stipulæ* unguiculares, ſubulato-falcatæ.

Racemi axillares. *Pedunculi* glabri, teretiuſculi, folio breviores, ſuperne e bracteis reflexis ſquarroſi. *Pedicelli* ſuperne, conferti; inferiores pollicares, ſuperiores

periores breves, incani. *Bracteæ* ovatæ, nervoſæ, reflexæ, vix ſemiunguiculares: inferiores abſque floribus.

Calycis *foliola* ovata, glabra, margine albido, ad lentem tenuiſſime ſubciliata, duo exteriora minora.

Petala oblonga, trinervia, extus ad lentem villis rarioribus adſperſa.

Filamenta 10, breviſſima. *Antheræ* craſſæ, fuſco-purpuraſcentes, ſemiunguiculares, glabræ.

Germen incanum.

CASSIA foliis ſeptemjugis ovali-oblongis glabris emarginatis eglanduloſis, floribus racemoſis, bracteis ſpathulatis mucronatis. *florida* 24-25.

Habitat in India orientali. ♄

Rami tereciuſculi, ſulco utrinque a baſi petiolorum decurrente, ſuperne ſubcaneſcentes.

Folia petiolata, palmaria & ultra, ſeptemjuga, rarius octojuga. *Foliola* petiolata, oppoſita, pollicaria, venoſa, utrinque glabra, ſubtus parum pallidiora, obtuſiſſima, emarginata, mucronata.

Petiolus caneſcens. *Stipulæ* ſubulatæ, ſemiunguiculares.

Racemi axillares, multiflori. *Pedunculi* ſuperne ſubangulati, ſubcaneſcentes. *Flores* primum conferto-ſubcapitati, breviſſime pedicellati, demum remotiores pedicellis ſeſquipollicaribus. *Bractea* ſolitaria ſub ſingulo pedicello, ſpathulata, incurva, extus convexa, intus cava, apice terminata mucrone longitudine ipſius bracteæ.

Calycis *foliola* ſubrotunda, ſubcoriacea, concava.

Filamenta 10. breviſſima. *Antheræ* tres reliquis minores.

CASSIA foliis novemjugis oblongis glabris, glandula pedicellata inter omnia foliola, floribus racemoſis. *faſtigiata* 27-28.

Habitat in India orientali. König. ♄

Rami purpuraſcentes, ſubangulati, glabri, craſſitie fere pennæ anſerinæ.

Folia petiolata, ſpithamæa, octo- vel novemjuga. *Foliola* oppoſita, petiolata, ſeſquipollicaria, intima minora, venoſa, utrinque glabra, ſubtus glauca, obtuſa, ſubemarginata, mucrone minuto terminata.

Petioli glabri.

Racemi ex axillis ſupremis, approximati. *Pedunculi* angulati, ſubcaneſcentes, e caſu pedicellorum cicatricati, dentati. *Pedicelli* primum conferti, demum remotiores, faſtigiati, pubeſcentes. *Bracteæ* lanceolatæ.

Calycis *foliola* oblonga, villoſo-caneſcentia.

Filamenta 10.

CASSIA foliis duodecim-jugis ovali-oblongis, molliter villoſis baſi æqualibus apice integris eglanduloſis. *mollis* 30-31.

Caſſia ~~*fiſtula*~~ *braſiliana.* Bauh. pin. pag. 403.

Caſſia fiſtula flore incarnato braſiliana. Breyn. cent. pag. 58. tab. 21.

Caſſia nigra ſ. fiſtuloſa ſecunda. Sloan. hiſt. jam. 2. p. 44.

Caſſia foliis plurimis oblongis, flore rubello, ſiliquis maximis craſſioribus trinervis. Brown. jam. 223.

Habitat in America meridionali. Dn. v. Rohr.

Rami teretes, purpuraſcentes, ſtriati, villoſi, apice caneſcentes.

Folia petiolata, alterna, ſpithamæa, 12- vel 13-juga: *foliola* breviſſime petiolata, oppoſita, ſeſquipollicaria, interiora minora: omnia ovali-oblonga, transverſim ſubtiliſſime ſtriata, obſcure venoſa, apice rotundata, mucronata, ad inſertionem petioli emarginata, viridia, oculo armato villoſa, utrinque mollia, baſi æqualia; tenella tomentoſa, incana minime ſericeo-nitida.

Petioli villoſi, ſulco longitudinali obſcuro exarati. *Stipulæ* minutiſſimæ, ovatæ, acuminatæ, caducæ. *Glandula* nulla.

Racemi axillares, multiflori, folio dimidio breviores, villoſi. *Pedicelli* pollicares, diſtantes, villoſi, incani. *Bracteæ* tres lanceolatæ, acuminatæ, laterales exteriori parum breviores.

Calycis *foliola* oblonga, incana, petalis parum breviora.

Petala incarnata.

Filamenta decem, glabra, tria longiora. *Antheræ* ſubhirſutæ, incanæ.

Germen villoſum.

Planta a C. javanica Lin. omnino diverſa.

javanica. CASSIA foliis duodecim-jugis ovali-oblongis glabris eglanduloſis obtuſis emarginatis baſi obliquis, racemis axillaribus.

Caſſia javanica foliis duodecim jugis oblongis obtuſis glabris, glandula nulla. Lin. Spec. pl. pag. 542., excluſis Synonymis Brown. Bauh. & Sloanei.

Rami teretes, ſtriati, inferne purpuraſcentes, ſuperne tomentoſi, incani.

Folia petiolata, alterna, ſpithamæa, ſæpe 13- juga. *Foliola* petiolata, alterna vel oppoſita, pollicaria, interiora & extima minora, infima duo plerumque obcordata, reliqua ovali-oblonga, obtuſiſſima, emarginata, mucronata; mucrone incano, latere exteriori parum latiora, baſi obliqua, adultiora utrinque glabra, ſubtus pallidiora, juniora mollia, tenella utrinque tomentoſo-flaveſcenti ſubſericea.

Petioli leviter tomentoſi, incani, ſupra verſus ſingulum par foliolorum linea exarati: *partiales* incani. *Stipulæ* falcato-ſemiſagittatæ, apice & auriculo attenuatæ, incanæ, ſemiunguiculares, deciduæ.

Racemi axillares. *Pedunculi* ſolitarii, incani. *Flores* ſuperne, primum conferti, ſenſim remotiores. *Pedicelli* pollicares. *Bracteæ* tres; major ſub pedicello ovata, incana, acuminata, vix ſemiunguicularis: duæ laterales lineares, breviores.

Calycis *foliola* ovata, obtuſa, incana, petalis duplo breviora.

Filamenta decem, tria longiora: omnia glabra. *Antheræ* glabræ.

Germen incanum.

DICTAMNUS.

capenſis. DICTAMNUS foliis ſimplicibus, caule ramoſo. Lin. Syſt. Veg. p. 397.

Pallaſia capenſis. Houttuyn. Pflanz. Syſt. 3. pag. 319. tab. 22.

GAERTNERA. Schreb. gen. pl. pag. 290.

racemoſa. GAERTNERA.

Sida-Pou. Rheed. Mal. 6. pag. 109. tab. 59.

Banni-

Banniſteria foliis ovato-oblongis acuminatis, racemis lateralibus, ſeminibus patentibus. Lin. fl. Zeyl. p. 78. fide herb. Herm. excluſo Synon. Plumierii, Tournefortii & Sloanei.

Banniſteria benghalenſis Lin. S. V. pag. 427.

Molina racemoſa. Cavan. diſſ. nona tab. 263.

MELASTOMA.

potius Rhexia grandif.

MELASTOMA foliis cordatis quinquenerviis ſerrulatis cauleque hirtis, pedunculis bifidis, ſtaminibus quinque ſterilibus. *grandiflora.*

Melaſtoma Grandiflora caule & foliis hirſutis cordatis acuminatis flore violaceo. Aubl. fl. Guian. pag. 414. tab. 160.

E Cajenna miſit Dn. v. Rohr. Ex herb. Dn. Lund.

Rami herbacei, tetragoni, uti tota planta, hirti.

Folia oppoſita, petiolata, bipollicaria, parum attenuata, quinquenervia (præter nervos marginales) rariſſime ſeptemnervia, utrinque e pilis copioſis diſtinctis mollia.

Petioli pollicares.

Pedunculi axillares, oppoſiti, folio longiores, apice ſemel vel bis bifidi. *Pedicelli* uniflori: *flos* in dichotomia brevius pedunculatus. *Folium* utrinque petiolatum ad diviſuras pedunculi, ſtructura foliorum caulis modo minus.

Calyx floriferus oblongus; *laciniis* quinque, lineari-ſubulatis, calyce ipſo longioribus, intus glabris.

Corolla petala quinque: *unguibus* brevibus.

Stamina *filamenta* 10: quinque in fundo calycis, ad alterum latus longiora, robuſtiora, antherifera, longitudine corollæ, ex his unicum geniculatum reliquis longius; quinque tenuiora, unguibus petalorum inſerta, breviora, omnino absque antheris. *Antheræ* validæ, in roſtrum ſubulatum apice incraſſato attenuatæ.

Stylus longitudine ſtaminum.

Capsula globoſa, glabra, magnitudine piſi utrinque ſulco tenui & lineis duabus elevatis.

STELLARIA.

STELLARIA foliis oblongis, pedunculis ſubbifloris. Lin. S. V. pag. 422. *ceraſtoides.*

Ceraſtium refractum. Allion. fl. Pedemont. no. 1728. cum Synom. Halleri fide ſpeciminis a Celeb. viro miſſi.

Ceraſtium trigynum: foliis lineari ellipticis hirſutis; caule ſuberecto bifloro, floribus trigynis. Vill. fl. Delph. 3. pag. 645. tab. 46.

ERYTHROXYLON.

ERYTHROXYLON foliis obovatis mucronatis, ramulis brevibus floriferis ſquamoſis. *areolatum.*

Erythroxylon areolatum foliis obovatis. Lin. S. V. pag. 427. Jacqu. hiſt. tab. 87. fig. 1.

hypericifolium 1-2. ERYTHROXYLON foliis obovatis emarginatis, ramis floriferis, pedunculis axillaribus ſolitariis.

Erythroxylum hypericifolium foliis numeroſis ovatis, ramis punctato-ſcabris: pedunculis longis capillaribus, fructu triloculari Cavan. diſſ. 8. tab. 230.

Miſit Dn. Jussieu.

Rami cortice fuſceſcente ſubrogoſo punctato, ſuperne, uti ramuli, more generis compreſſi, e caſu ſquamarum denticulati. *Squamæ* in ramulis ſubulatæ; deciduæ.

Folia petiolata, unguicularia, ſubtus glauca.

Pedunculi axillares, capillares, longitudine fere foliorum.

ſquamatum. ERYTHROXYLON foliis elliptico-lanceolatis acuminatis, obtuſis, ramulis ſquamoſis floriferis. Tab. LXIII.

Erythroxylon ſquamoſum: foliis ovatis acuminatis, ramulis ſquamoſis, drupis acutis. Swartz. prodr. pag. 75.

In Cajenna legit Dn. v. Rohr. ♄

Rami glabri, cortice cinereo, inferne teretes, ſuperne compreſſi, inter folia ſuperne adſperſi *ſquamis* ovatis, ſemiamplexicaulibus, brevibus, acutis, carinatis, dorſo ſulco longitudinali, in cujus baſi ariſta longitudine ſquamæ inſeritur, inferne obliteratis. *Ramuli* axillares, pollicares, alterni, compreſſi, floriferi, inferiores folioſi, ſupremi aphylli, e ſquamis ovatis, imbricatis, copioſis apice patulis dentati. Apex ramorum ſtructura ramulorum.

Folia breviſſime petiolata, alterna, bipollicaria & ultra, inferne verſus interdum anguſtiora, acumine obtuſo, baſi acuta, glaberrima, tenuiſſime venoſa, absque nervis longitudinalibus, ſubtus pallidiora, integerrima.

Pedunculi in ramulis, ex axillis ſquamarum, ſolitariivel gemini, alterni, vix pollicares, angulati, ſurſum verſus parum craſſiores, patentes.

Calycis *laciniæ* ovatæ, acutæ.

macrophyllum. ERYTHROXYLON foliis ellipticis acutis, floribus axillaribus lateralibusque aggregatis.

Erythroxylum macrophyllum foliis lanceolatis longiſſimis: ſquamulis amplexicaulibus ſtriatis: axillis multifloris, fructu triloculari. Cavan. diſſ. 8. tab. 127.

Habitat in Cajenna, Dn. v. Rohr. Ex herbario Dn. Lund. ♄

Rami inferne teretes, ſuperne more generis compreſſi, glabri, cortice griſeo, inferne inter folia adſperſi *ſquamis* approximatis, ovato-lanceolatis, ſemiamplectentibus, carinatis, ſemiunguicularibus, ſtriatis, purpuraſcentibus, acutis: verſus baſin extus *ariſta* fuſca, ſubulata longitudine ſquamæ in ſulco dorſali ſquamarum recondita. *Squamæ* duæ aliæ bracteiformes, unica ad ſingulum latus, parum ſupra petiolum, lanceolatæ, attenuatæ, longitudine florum.

Folia petiolata, alterna, ſpithamæa, utrinque acuta, glabra, ſubtus glauca purpureo venoſa, integerrima.

Petiolus breviſſimus, fuſceſcens.

Pedunculi ex axillis ſquamarum & foliorum, plures, ſemiunguiculares, uniflori, interjectis ſpuamis plurimis lineari-lanceolatis carinatis, pedunculis parum brevioribus, intimis anguſtioribus & brevioribus.

Flores ante evolutionem ovati, mucronati, angulis 5. extantibus.

Calyx

Calyx coloratus: *laciniis* ovatis, acuminatis.
Petala linearia, obtuſa.

B L A K E A.

BLAKEA ecalyculata, foliis triplinerviis, pedunculis axillaribus ſubbifloris. *triplinervia.*
Blakea triplinervia ecalyculata, foliis triplinerviis. Lin. Sv. p. 442.

BLAKEA ecalyculata, foliis triplinerviis, racemo terminali. *pulverulenta* 3.
Habitat in America meridionali. Dedit Dn. Forsyth. ♄
Rami inferne teretes, glabri, apice ſubangulati, pulverulento-villoſi.
Folia petiolata, oppoſita, 3-4 pollicaria, elliptica, acuminata, integerrima, utrinque glabra, exceptis nervis ſubtus, ſupra obſcuriora, transverſim ſtriata, ſubtus pallidiora nervis tribus protuberantibus præter marginales, transverſim coſtata; coſtæ, uti nervi, purpuraſcentes, pulverulento-villoſæ; venæ tenuiſſimæ inter coſtas. *Petioli* pollicares, ſuperiores villoſi.
Pedunculus terminalis, erectus: *pedunculi partiales* oppoſiti, vix ſemiunguiculares; inferiores gemini, alter triflorus, alter uniflorus brevior. *Pedicelli* breviſſimi. *Squamæ* tres ad baſin ſinguli pedicelli, ovatæ: laterales parum minores.
Calyx coriaceus, magnitudine piſi, intus ſtriis minutis, elevatis a centro ad peripheriam excurrentibus.
Petala 8.
Stylus teres, petalis brevior.
Stigma capitatum, ſupra convexum, 12 ſtriatum, centro perforatum, ſubtus planum.

Blakea trinervia differt foliis trinerviis, transverſim ſubtiliſſime ſtriatis, pedunculis unifloris, floribus majoribus.

Blakea triplinervia dignoſcitur pedunculis 1-2 ſive trifloris, floribus majoribus.

C R A T Æ V A.

CRATÆVA foliolis ovatis acuminatis, petalis ovato-ſubrotundis obtuſis, germinibus globoſis. *Tapia.*
Cratæva tapia: inermis, foliolis integerrimis, lateralibus baſi antica brevioribus. Lin. Spec. pl. pag. 637. excluſo Rheed. Mal.
Rami teretes, cortice cinereo.
Folia ad apices ramorum congeſta, petiolata, alterna, ternata: *foliola* petiolata, bipollicaria, ſubæqualia, ovata, acuminata, glabra, integerrima, nervoſa: lateralia altero latere anguſtiora, baſi obliqua.
Pedunculi ad apices ramorum, plures, uniflori, bipollicares.
Calycis *laciniæ* breves, ovatæ.
Petala ovato-ſubrotunda, unguicularia: *unguibus* longitudine laminæ.
Filamenta petalis duplo longiora.

CRATÆVA foliolis petaliſque obovatis, germine oblongo. *obovata* 2-3.
Habitat in Madagaſcar. ♄

Folia petiolata, ternata: foliola petiolata, ſesquipollicaria, lateralia parum minora, mucronata, glabra, ſubtus venoſa.

Pedunculi in apice congeſti, bipollicares, uniflori.

Calyx quadripartitus: *laciniis* oblongis, mucronatis.

Petala unguicularia, baſi attenuata.

Filamenta 7 ad 9, petalis triplo longiora.

Stylus filamentis longior.

An modo varietas C. tapiæ? vix credo, differt figura foliolorum & petalorum, foliolis baſi ſubæqualibus, petalis longius unguiculatis, calycis laciniis oblongis, filamentis longioribus, germine oblongo. Ceterum habitus reliquorum.

religioſa 2-3. CRATÆVA foliolis petaliſque lanceolato-ellipticis utrinque acutis.

Niirvala. Rheed. Mal. 3. p. 49. tab. 42.

Cratæva religioſa, foliolis ſubæqualibus. Forst. prodr. no. 203. plant. eſcul. pag. 45.

Habitat in India orientali & ſocietatis Inſulæ ♄.

Rami teretes, ſuperne cortice olivaceo, punctis albidis adſperſi.

Folia petiolata, ſparſa, ad apices ramulorum, ternata: *foliola* ſpithamæa, lateralia parum minora & altero latere parum anguſtiora, petiolata, attenuata, integerrima, glabra, tenera, nervoſa.

Pedunculi ad apices ramulorum, axillares, alterni, tripollicares, uniflori, teretes.

Calyx quadripartitus: *laciniis* lineari-lanceolatis, unguicularibus.

Petala ſesquipollicaria: *unguibus* petalis quadruplo brevioribus.

Filamenta longitudine petalorum.

Germen oblongum.

TRIUMFETTA.

glanduloſa 1-2. TRIUMFETTA floribus completis, foliis ovato-lanceolatis ſubtus tomentoſo-incanis.

Triumfetta glanduloſa. Forsk. Catal. pl. Arab. no. 297.

Habitat in Arabia.

Rami lignoſi, teretes, villoſi.

Folia petiolata, alterna, frequentia, tripollicaria, ſuperne verſus ſenſim minora, utrinque pilis ſtellatis molliter villoſa, ſupra viridiora, ſecundum nervos lineata, ſubtus incana, ſerrata: ſerraturis infimis foliorum ſuperiorum glanduloſis, baſi integra.

Petioli breves, e pilis ſtellatis villoſi. *Stipulæ* ſubulatæ.

Flores ex alis foliorum ſuperiorum.

Germen ſetis minutis tectum.

Ab inſequente differt foliis duplo anguſtioribus, extrorſum verſus non angulatis, acutis nec acuminatis, pilis ſubtus magis diſtinctis, ſtipulis ſetaceo ſubulatis.

velutina 2-3. TRIUMFETTA floribus completis, foliis ovatis ſubangulatis acuminatis, ſubtus tomentoſo-incanis.

Habitat in Inſula Franciæ Dn. Thouin.

Caulis molliter villoſus, teres.

Folia

Folia petiolata, alterna, bi-ſ. tripollicaria, ſubquinquenervia, inæqualiter ſerrata, ſupra molliter villoſa, e pilis minutis ſubſtellatis ſubtus incana, molliſſima, baſi integra.

Stipulæ lanceolatæ, attenuatæ, ciliatæ, ferrugineæ.

Flores in axillis ſupremis.

TRIUMFETTA floribus completis, foliis trilobis, paniculæ terminalis rami dichotomi hirti. *hirta* 2-3.

Ad St. Martham Americæ. Legit Dn. von Rohr. E collectione Dn. Lund.

Caulis fruteſcens.

Folia petiolata; alterna, palmaria, latitudine & longitudine æqualia, ſupra glabra, ſeptemnervia; ſubtus oculo armato pilis minutiſſimis ſtellatis, nervi præſertim baſi e pilis rarioribus & longioribus hirti, venoſa, inæqualiter ſerrata: ſerraturis 3 vel 5 petiolo proximis glanduloſis, baſi ſubcordata; ſuperne lobis tribus, ovatis, diſtantibus, acuminatis diviſa.

Petioli hirti, ætate glabriuſculi.

Panicula terminalis, diffuſa: *rami* hirſuti, apice minus piloſi, bis vel ter dichotomi, alterni, duo ultimi oppoſiti. *Flores* pedicellati, per intervalla aggregati, parvi, dichotomiæ ſolitarii.

Calyx caneſcens.

PEGANUM.

PEGANUM foliis cuneiformibus, caule fruticoſo.

Peganum retuſum foliis ſubcarnoſis, ſeſſilibus cuneiformibus retuſis. Forsk. deſcr. pag. 211. *retuſum* 3.

Habitat Alexandriæ ♄.

Frutex ramoſus, diffuſus, rigidus. *Rami* alterni, teretes, griſei, ſubvilloſi, caſu foliorum tuberculati.

Folia plura ex eodem puncto, unguicularia vel parum minora, ſeſſilia, obtuſiſſima, carnoſa, avenia, integerrima, tenuiſſime villoſa, viridi-ſubcaneſcentia.

Flores in ramulis breviſſimis, ex eadem gemma ac folia.

Pedunculi folio breviores.

Calyces quinquefidi, villoſo-cinerei.

Petala oblonga, extus villoſa.

EUPHORBIA.

EUPHORBIA umbella quinquefida bifida, involucellis cordato-ſubrotundis integerrimis, foliis lanceolatis mucronatis ſubcoriaceis. *nicæenſis* 43-44.

Euphorbia nicæenſis: glabra, caule ſubſimplici, umbella quinquefida bifida, foliis ovatis capſulis lævibus non ſulcatis. All. fl. Ped. n. 1039. tab. 69. fig. 1.

Legi circa Pampelonam.

Caules plures, pedales, adſcendentes, uti tota planta glabri, ſimpliciſſimi, teretes, baſi lignoſi, cicatricibus exaſperati.

Folia pollicaria, baſin verſus parum anguſtata, craſſiuſcula, integerrima.

Umbella terminalis, ſæpe una vel altera lateralis. *Involucrum* pentaphyllum, oblongum, ſtructura foliorum. *Involucella* firmiora quam ut plurimum in affinibus, ſemiunguicularia, mucronata. *Radii* umbellæ primariæ tri-vel quadripollicares, bis-bifidi.

Petala lutea, bicornia.

Affinis Euph. dulci, foliis vero, involucris invollucellisque integerrimis diverſa.

GLINUS.

ſetiflorus 1-2. GLINUS foliis obovatis plicatis, caule fruticoſo, foliolis calycinis ovatis.

Glinus ſetiflorus caulibus diffuſis, floribus capitatis, axillaribus ſeſſilibus. Forsk. Deſcr. pag. 95.

Habitus reliquorum. Tota planta e pilis denſiſſimis incana: pili longiores quam in Glino lotoide.

Caulis dichotome ramoſiſſimus: *rami* diffuſi, articulati, ad geniculos parum craſſiores.

Folia ad geniculos, 2. 4., baſi acuta, ſubretuſa, plicato-undulata, unguicularia.

Flores axillares, plures. *Pedunculi* breviſſimi. *Spinulæ* rigidæ, minutæ, e baſi pedunculorum, perſiſtentes.

Calycis *foliola* ovata.

Capsula ut in Gl. lotoide.

dictamnoides. GLINUS foliis orbiculatis tomentoſis planis, caule fruteſcente proſtrato, foliolis calycinis lanceolatis.

Glinus dictamnoides caule rigoſo, foliis orbiculatis tomentoſis. Lin. S. V. pag. 455.

Caules plures, craſſitie vix fili emporetici, proſtrati, diffuſi, ſubramoſi. *Rami* ſuperne, alterni, uti caules ſuperne tomentoſi, pili tamen minus diſtincti quam in Gl. lotoide.

Folia petiolata, duo vel quatuor ſimul, baſi ſubacuta, avenia, enervia, plana, tomentoſa e pilis ſtellatis & brevioribus quam in lotoide.

Pedunculi ad geniculos, aggregati, breves.

Calycis *foliola* lanceolata.

EUGENIA.

ſeſſiliflora 5-6. EUGENIA floribus lateralibus ſeſſilibus, foliis oblongis integerrimis nitidis ſubtus punctatis.

In Inſula St. Crucis legit Dn. West.

Rami teretes, glabri, cortice cinereo, ſuperne folioſi, inferne cicatricati.

Folia oppoſita, breviſſime petiolata, interdum bipollicaria, ſesquipollicem ſæpe lata, integerrima, margine parum reflexa, utrinque venoſo-reticulata, glaberrima, ſupra nitida, impunctata, ſubtus pallidiora adſperſa punctis numeroſiſſimis fuſceſcentibus.

Flores infra folia, ſeſſiles, ſolitarii vel plures, oppoſiti.

Calyx coriaceus: *foliolis* oblongis, extus caneſcentibus, fuſco punctatis.

Fructus magnitudine Pruni, globoſus, punctatus.

EUGENIA

EUGENIA foliis oblongis utrinque punctatis, pedunculis oppoſitis trifloris longitudine foliorum. *punctata* 5. 6.

Habitat in Inſula St. Crucis. Dn. v. Rohr & Dn. West ♄.

Rami teretes, alterni, inferne cortice cinereo, ſuperne purpuraſcentes, punctis elevatis adſperſi.

Folia oppoſita, petiolata, pollicaria vel ultra, oblonga, obtuſiuſcula, glabra, rigida, plana, integerrima, ſubtus pallidiora, utrinque punctata: tenella ſericea.

Petioli breves.

Pedunculi axillares, ſolitarii, oppoſiti, longitudine foliorum, punctati, triflori; *Flores* laterales pedicellati, intermedius ſeſſilis: *Bracteæ* duæ ſetaceæ ad baſin lateralium.

Calycis *laciniæ* quinque, rotundatæ, punctatæ.

Petala quatuor, ad lentem tenuiſſime ciliata.

An tantum varietas Myrti fragrantis? convenit certe in variis, differt ſolummodo quod pedunculi, in iis, quotquot vidi, conſtanter axillares triflori fuerint, nec terminales tripartiti pedicellis trifloris ut in M. fragrante. Folia quoque longius petiolata quam in illa. Fructum non vidi, ex auctoritate inventorum huc retuli. Ab Eug. guianenſi Aubl. differre videtur pedunculis longitudine foliorum, floribus majoribus.

MYRTUS.

MYRTUS. Symb. Bot. 2. pag. 56. *tomentoſa.*

Myrtus caneſcens: floribus ſolitariis ſparſis: foliis ovatis trinerviis tomentoſis: petiolis cauli connatis. Loureir. Flor. cochinch. 1. p. 311.

BANARA.

Character eſſentialis.

Cal. inferus quadrifidus. Cor. 4-petala. Bacca 1-locularis, polyſperma.

BANARA. *fagifolia.*

Bannara guianenſis. Aubl. fl. Gu. pag. 547. tab. 217.

E Cajenna miſit Dn. von Rohr. Ex herb. Dn. Lund.

Rami teretes, cortice ſubcineraſcente, ſuperne villis tenuiſſimis adpreſſis tecti, griſeo ſubpunctati.

Folia breviter petiolata, alterna, bi-f. tripollicaria, oblonga, acuminata, utrinque nervoſa, venoſa, glabra, vix villoſa niſi in coſta & nervis, ſerrata: ſerraturis ſubtus apice glandula fuſca.

Petiolus ſemiunguicularis. *Glandula* fuſca, oblonga, ſeſſilis, in altero latere petioli ad apicem, rarius in ipſa baſi folii ad petiolum.

Racemus terminalis, ſimplex, pedunculatus, palmaris, villoſus. *Pedicelli* inferiores alterni, interdum gemini, ſuperiores oppoſiti. *Bractea* minuta ad baſin ſinguli, ſæpe 2. 3. minutæ, alternæ vel oppoſitæ, verſus medium pedicelli.

Calyx 4 partitus: *laciniis* ovatis, acutis, patentibus, villoſo-ſubſericeis.

Corolla. *Petala* 4or oblonga, longitudine calycis, extus villoſa, tenuiſſime ciliata.

Stamina *filamenta* numeroſa, baſi calycis inſerta, longitudine petalorum.

Germen ovatum in *Stylum* longitudine corollæ acuminatum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Ramum arboris deſcriptæ ſub nomine Banaræ Guianenſis miſit optimus VON ROHR, qui vivam in Cajenna examinavit. Convenit certe in omnibus cum deſcriptione & figura AUBLÆTII excepto numero laciniarum calycis & petalorum. An, uti plurimæ aliæ AUBLÆTIANÆ, male deſcripta? infloreſcentia Banaræ Guianenſis ſecundum deſcriptionem AUBLÆTII racemus erit, quoad figuram vero, panicula, vix vero credo AUBLÆTII a noſtra ſpecie differre. Judicent, qui copiam habent conferendi deſcriptionem noſtram cum ſpecimine herbarii AUBLÆTIANI.

Ad Icoſandriam potius amandavi ob inſertionem ſtaminum.

ANTHERYLIUM. ROHR in Act. hiſt. Nat. Hafn. 2. p. 1. pag. 211.

Character eſſentialis.

CALYX inferus 4-partitus. COROLLA 4-petala. CAPSULA 1-locularis, 3-valvis.

Rohrii. ANTHERYLIUM. VAHL l. c. pag. 212. tab. 8.

Habitat in Inſula ſt. Thomæ Indiæ Occidentalis. Dn. v. ROHR & WEST ♄.

Arbor. *Rami* teretes, glabri, e caſu foliorum tuberculati. *Ramuli* ſuboppoſiti, inferne teretiuſculi, ſuperne e lineis decurrentibus ſubtetragoni, lateribus duabus oppoſitis convexis, duabus ſulco exaratis.

FOLIA petiolata, oppoſita vel alterna, ovata, interdum obovata, integerrima, ſubemarginata.

Aculeus brevis ad ſingulum latus petioli.

Peduculi 5-8, axillares, uniflori.

Stamina 12-16, calyci inſerta.

Affinis Legnoti SWARTZII.

CAPPARIS.

ſaligna 8-9. CAPPARIS foliis lineari-lanceolatis inferne dilatatis utrinque obtuſis glabris, fructu tereti toruloſo.

In Inſula St. Crucis legit Dn. WEST ♄.

Rami teretes, glabri, cortice cineraſcente, flexuoſi.

FOLIA petiolata, alterna, lineari-lanceolata, tripollicaria, ſuperne ſemiunguem lata, baſin verſus latiora, rarius undique eiusdem latitudinis, integerrima, mucronata, baſi rotundata vel ſubcordata, venoſa, glabra.

Petiolus brevis. *Glandula* ſæpe in axillis foliorum.

PEDUNCULI terminales, ſolitarii bi-ſ. triflori. *Pedicelli* unguiculares.

CALYCIS *foliola* rotundata, coriacea.

FILAMENTA numeroſa, longiſſima, capillaria, glabra.

Germen lineare-oblongum, truncatum.

BACCA 2-3 pollicaris, glabra, craſſitie pennæ cygneæ, obtuſa, inter ſingula ſemina coarctata.

Pedicellus fructu longior.

Semina 2 vel 5.

ELÆOCARPUS.

ELÆOCARPUS foliis alternis lanceolato-ellipticis ſerratis, racemis axillaribus. *ſerratus* 1.
Elæocarpus ſerratus. LIN. Spec. pl. pag. 734. non Supplem.
RAMI teretes, cicatricati, glabri.
FOLIA petiolata, tripollicaria, obtuſe-ſerrata, glabra, nervoſo-venoſa.
RACEMI axillares, flores diſtantes.

ELÆOCARPUS foliis alternis oblongis ſuperne dentato-ſerratis, racemis axillaribus, floribus monogynis. *dentatus* 2.
Dicera dentata monogyna. FORST. n. gen. pag. 80.
Elæocarpus ſerratus monogynus, foliis alternis oblongis ſerratis, racemis axillaribus. LIN. Suppl. pag. 266. non Spec. plant. & Syſt. Veg. ed. 13.
Habitat in Inſulis maris pacifici ♄.
RAMI teretes, punctati, glabri: *ramuli* pubeſcentes.
FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria, ſuperne remote dentato-ſerrata, baſi acuta, utrinque glabra, excepto in coſta, ſupra nervoſa, ſubtus ſubvenoſa.
Petioli villoſi.

ELÆOCARPUS foliis oppoſitis ovatis duplicato-ſerratis, racemis compoſitis, floribus tetragynis. *dicera* 3.
Dicera ſerrata tetragyna, bacca quadrilocularis, loculis monoſpermis. FORST. nov. gen. pag. 80.
Elæocarpus dicera tetragynus, foliis oppoſitis ovatis duplicato ſerratis, racemis lateralibus oppoſitis. LIN. Suppl. pag. 266.
RAMI teretes, ſuperne compreſſiuſculi.
FOLIA petiolata, glabra, ſubtus venoſa, bipollicaria.
RACEMI tripollicares, erecti.

ELÆOCARPUS foliis integerrimis, panicula terminali. *copalliferus* 4.
Panoe. RHEED. hort. Malab. 4. p. 33. tab. 15.
Vateria indica. LIN. S. V. pag. 494.
Elæocarpus copalliferus, foliis integris. RETZ. obſ. 4. pag. 27.
Arbor excelſa.
RAMI teretes, ſuperne pulverulento-tomentoſi, ferruginei.
FOLIA petiolata, alterna, ſemipedalia & ultra, lanceolata, acuminata, baſi rotundata, pollices fere tres lata; ſubcoriacea, utrinque glabra, ſupra ſecundum nervos tenuiſſime lineata, lineis obſcurioribus obliquis inter nervos, ſubtus nervis protuberantibus, alternis.
Petioli bipollicares, teretes, verſus folium craſſiores, pulverulento-villoſi.
PANICULA terminalis, pedalis, patens, pulverulento-tomentoſa: *pedunculi* partiales teretiuſculi, alterni. *Flores* in ultimis ramis paniculæ racemoſi, nutantes.
CALYX. PERIANTHIUM 5-partitum, perſiſtens, tomentoſum, incanum: *laciniis* lanceolatis, unguicularibus, obtuſis, intus villoſis, canis, ſubcoriaceis.
COROLLA. *Petala* 5que, oblonga, glabra, coriacea, integerrima, calyce dimidio vix longiora, glabra.
STAMINA *filamenta* vix nulla. *Antheræ* numeroſæ, ſubulatæ, utrinque ſulco exaratæ, albicantes, apice in ſetas duas diviſæ, corolla breviores.

Piſtillum. *Germen* ſuperum, conicum, corolla triplo brevius, piloſum, ſulcato-angulatum. *Stylus* unicus, filiformis, glaber. *Stigma* acutum.

Vateria Linnæi calyce, corolla, antheris & fructu cum Elæocarpo convenit, ideoque genus excludendum & ad Elæoc. amandandum. Præterea Vateriam Lin. non eſſe diverſam docuit ſpecimen herbarii Hermanni. Calycem non ſuperum invenio, ut habet Celeb. Retzius, tamen eandem eſſe cum noſtra omnino perſuaſus ſum.

CISTUS.

capenſis. CISTUS arboreſcens exſtipulatus, foliis ovato-lanceolatis petiolatis trinerviis denticulatis utrinque nudis. Lin. S. V. pag. 496.

Rami teretes, pilis rarioribus adſperſi, purpuraſcentes.

Folia tripollicaria, remota, ſuperiora ſeſſilia, baſi non connata, inferiora baſi in petiolum breviſſimum attenuata, acuta, ſubtriplinervia, nervis verſus medium evaneſcentibus, utrinque glabra, margine denticulata piliſque longis ciliata, præſertim ſuprema.

Petioli diſtincti. *Stipulæ* nullæ.

Pedunculi terminales, trifidi; *pedunculis* partialibus trifloris.

Calycis *foliola* cordata, acuminata, hirſuta, denticulata, ciliata, juniora hirſutiſſima.

Corolla flava.

Cum planta mea optime cum differentia Linnæi uti & cum planta herb. Burm. congruit, non dubito quin C. capenſis Linn. ſit, patriam vero ignoro. Inter alias plantas, ſi non fallor, in horto Lugdunenſi collectas, quondam habui. Species certe a reliquis diſtincta.

ocymoides 19-20. CISTUS foliis obovatis trinerviis: ramulorum utrinque incanis apice reflexis, calycibus racemoſis pedunculiſque glaberrimis.

Ciſtus folio ſampſuci. Clus. hiſt. 1. pag. 72.

Ciſtus folio ſampſuci Cluſii cui macula in flore. Bauh. hiſt. 2. pag. 6.

Ciſtus ocymoides: ſubfruticoſus exſtipulatus, foliis ovatis petiolatis dorſo carinatis incanis minimis, pedunculis ramoſis umbellato-paniculatis. La Mark Encycl. 16. Edit. Pad. Tom. 2. p. 1. pag. 18.

Legi in Hiſpania ♄.

Fruticulus erectus, ſpithamæus, ramoſus. *Rami* oppoſiti, inferne purpuraſcentes, uti ramuli baſi pilis longis rarioribus veſtiti: juniores incani, ſubangulati, punctis ferrugineis, oculo armato videndis, adſperſi.

Folia petiolata, oppoſita, ramorum & inferiora ramulorum floriferorum lanceolato-cuneiformia, ſæpe pollicaria, trinervia, utrinque viridia, ſupra nudiuſcula, ſubtus piloſiuſcula: juniora & ramulorum ſterilium obovata, conduplicata, ſemiunguicularia vel minora, avenia, enervia, rudimenta ramulorum in axillis. *Stipulæ* nullæ.

Racemi pedunculati. *Pedunculi* laterales, oppoſiti, ramis altiores, ſubſpithamæi, glabri, teretes, ſtricti, inferne foliis duum parium. *Pedunculi partiales* oppoſiti, bipollicares, remoti, glabri, inferiores plerumque biflori: *flores* pedicellati, altero geniculato, ſemiunguiculares.

Calyx ante evolutionem ovatus, acuminatus, triphyllus: *foliola* glaberrima.

Petala alba, baſi macula purpurea.

CORCHORUS

CORCHORUS.

CORCHORUS capſulis oblongis ſubſeſſilibus piloſis mucronatis ſubgeminis, foliis lanceolato-oblongis glabris, ſerraturis æqualibus. *faſcicularis* 4. 5.

Euphraſia affinis Indiana, meliſſæ turcicæ foliis alternis, capſulis pubeſcentibus trifariam junctis. Plukn. amalth. pag. 85. tab. 439. fig. 6.

Corchorus faſcicularis: capſulis conoideis lanatis faſciculatis ſubſeſſilibus, foliis oblongo-ellipticis petiolatis baſi muticis. La Mark Encycl. Tom. 2. p. 1. pag. 105.

Habitat in India orientali.

Rami teretes, glabri.

Folia petiolata, oblonga, anguſta, utrinque glabra, pollicaria, obtuſa; ſerraturis infimis non ſetaceis.

Stipulæ ut in congeneribus.

Fructus gemini vel terni, ſubſeſſiles ad latus folii, vix unguiculares, piloſo-cinerei, trivalves.

PROCKIA.

PROCKIA. Lin. S. V. pag. 500. Tab. noſtr. LXIV. *crucis*

Tota glabra.

Rami teretes, cortice purpuraſcente.

Folia petiolata, quadripollicaria vel minora, alterna, ovata, attenuata, baſi vix cordata, trinervia, tenera, nervoſa.

Stipulæ falcatæ, attenuatæ, ſemiunguiculares, latere exteriori ad baſin usque dentatæ, interiori ad medium tantum.

Racemi terminales ramulorum, tri-vel quinqueflori. *Pedunculi* filiformes. *Pedicelli* ſub flore parum craſſiores, adultiores pedunculo communi longiores.

Bractea linearis verſus baſin pedicellorum.

Calyx tri-ſ. tetraphyllus: *foliolis* ovatis, acutis, extus glabris, intus villoſis, ſtaminibus parum longioribus.

Stylus calyce longior.

Bacca globoſa, magnitudine piſi, ſtylo perſiſtente mucronata, polyſperma.

Semina triquetra, nitida.

LIGTHFOOTIA.

LIGHTFOOTIA foliis oblongo-ovatis ſerratis acuminatis, pedunculis lateralibus aggregatis unifloris. *ſerrata* 1.

Lightfootia ſerrata. Swartz. prodr. pag. 83.

Lecta in Montſerrata Dn. I. Ryan, qui benevole hanc mecum communicavit una cum ditiſſima collectione plantarum rariſſimarum tam hujus inſulæ quam ex inſula Trinitatis, quarum deſcriptiones figuris illuſtratas publici juris quam primum facere conſtitui, ratus me rem facturum Botanicis acceptiſſimam.

LIGHTFOOTIA foliis lanceolato-ellipticis ſerratis obtuſiuſculis, pedunculis axillaribus ſubſolitariis unifloris. *theæformis* 2.

Habitat in Inſula Borboniæ ♄.

Habitus Theæ.

Rami, uti reliquæ partes, glabri.

Folia petiolata, alterna, bipollicaria & ultra, nervoſo-venoſa, obtuſiuſcula, interdum emarginata, baſi ad petiolum parum reflexa.

Petiolus vix ſemiunguicularis, e folio parum decurrente marginatus.

Pedunculi axillares, ſolitarii vel gemini, tuberculo inſidentes, ſesquipollicares, baſin verſus ſquamula minuta inſtructi.

Calyx tenuis, membranaceus.

Germen conicum. *Stigma* ſeſſile planiuſculum.

Bacca oblonga, unilocularis.

Semina 3. 4. glabra, nitida.

integrifolia 3. LIGHTFOOTIA foliis ſubcoriaceis oblongis obovatisque emarginatis ſubintegerrimis, pedunculis lateralibus ſubaggregatis unifloris.

Habitat in Inſula Franciæ ♄.

Rami teretes, glabri, cortice cinereo.

Folia petiolata, pollicaria & ultra, alterna, rarius obovata, vix ſimpliciter venoſa, baſi acuta, ſubcoriacea, margine obſolete crenulato, lævia.

Pedunculi 3-ſ. 6, ex axillis vel ad latera ramorum, uniflori, unguiculares, adſperſi ſquamulis nonnullis.

Flores majores quam in reliquis.

Calycis foliola obtuſa.

Stigma ut in L. theæformi.

Hanc una cum præcedente uti ſpecies Prockiæ miſit amiciſſimus Jussieu. Conveniunt quam maxime calyce, ſtaminibus & habitu, ut ignoto genere Lightfootiæ facile ſpecies eſſe Prockiæ crederes. Differunt vero præcipue ſtigmate ſeſſili capitato.

Num Polygamæ ſunt uti prima ſpecies ignoro, ego tantum hermaphroditos vidi. Lightfootia oxycoccoidis & ſubulata L'Heretierii male ad hoc genus a Gmelino in ed. Syſt. Lin. referuntur, nil enim niſi nomen commune habent cum Lightfootia Swartzii.

TETRACERA.

ſarmentoſa 1. TETRACERA foliis oblongis ſerratis ſcabris, floribus monogynis.

Delima ſarmentoſa. Lin. S. V. pag. 494.

Calycis foliola ſæpe 6.

Capsula ovata, attenuata, glabra, longitudinaliter altero latere dehiſcens. *Semen* unicum, parvum, nigrum, arillo denticulato inferne cinctum.

nitida 2. TETRACERA ſoliis lanceolato-oblongis ſcabris integerrimis, floribus monogynis.

Habitat in Inſula Trinitatis? Dn. v. Rohr ♄.

Habitus reliquorum.

Rami teretes, glabri. *Ramuli* plerumque bipartiti, piloſiuſculi, ſcabri.

Folia petiolata, alterna, 3-4-pollicaria, nitidiuſcula, ſupra ſecundum nervos lineata, ſubtus nervis elevatis ſubcoſtata, nervi ſubtus, uti coſta utrinque, villoſi, venoſa, ſcabra, præſertim juniora, obtuſiuſcula, integerrima, interdum denticulis obſcuris remotis e nervis parum ultra marginem excurrentibus: ju-

niora

niora ſupra ad lentem ſquamis minutis albidis adſperſa; adultiora punctis impreſſis.

Petiolus unguicularis, ſubtus convexus, ſupra e margine tenui erecto canaliculatus.

RACEMI parum ſupra axillas foliorum ſuperiorum & ex apice ramulorum, compoſiti, folio longiores. *Pedunculi partiales & pedicelli* alterni, filiformes, villoſi, purpuraſcentes. *Bractea* ovata, membranacea, acuta, ad baſin pedunculorum partialium.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, tribus exterioribus minoribus brevibus: duobus interioribus majoribus concavis, margini oculo armato ſubciliatis, glabris.

COROLLA tetrapetala: *petala* ſubrotunda, margine parum plicato-undulata, duo parum minora.

STAMINA: *filamenta* numeroſa, longitudine petalorum, glabra, apice dilatata. *Anthera* utrinque ad latera filamenti verſus apicem.

PIST. *Germen* ovatum, acutum, glabrum. *Stylus* longitudine filamentorum. *Stigma* planum ſubpeltatum.

TETRACERA foliis oblongis obtuſis lævibus integerrimis. *euryandra* 3.

Euryandra ſcandens. FORST. nov. gen. pag. 82.

FOLIA petiolata, ſubtus pallidiora, bipollicaria & ultra.

TETRACERA foliis oblongis lævibus ſubintegerrimis acuminatis, floribus terminalibus. *lævis*, 4.

Habitat in India orientali. Dedit Dn. DE LA MARK ♄.

Ramuli flexuoſi, cortice cinereo, glabri, ſubangulati.

FOLIA petiolata, alterna, baſi attenuata, apice acuminata, ſuperne dentibus nonnullis obſolete ſerrata, bi-ſ. tripollicaria, venoſa, utrinque glabra.

Petiolus breviſſimus.

Pedunculi terminales, ſolitarii vel gemini, pollicares.

FLORES ſubracemoſi. *Pedicellis* unifloris vel bifloris.

CALYX foliolis 6. ſubrotundis.

Styli, tantum 2 obſervavi, ſubulati.

CAPSULÆ 4or, unguiculares, ſubrotundæ, ventricoſæ, mucronatæ, glaberrimæ, nitidæ. *Semen* unicum, parvum, nigrum, nitidum, arillo albido margine denticulato ad medium inferne tectum.

TETRACERA foliis ſcaberrimis ſerratis, floribus tetragynis. *volubilis* 5.

Tetracera volubilis. LIN. S. V. pag. 504.

Eſſentia generis Tetraceræ conſiſtere videtur: in filamentis ſuperne dilatatis utrinque antheriferis, capſulis altero latere longitudinaliter dehiſcentibus ſeminibusque baſi arillo denticulato circumdatis. Hujus indolis capſulam & ſemen eſſe in Delima LINNÆI ex ſpecimine herbarii HERMANNI vidi, ideoque omnino ut in Tetracera volubili, hinc non dubium, quin Delima & Tetracera ejusdem generis ſint, quamvis numero Piſtillorum & Capſularum differunt. Num vero ſemina arillata ſint nec ne in Euryandra FORSTERI, cum in meo ſpecimine deſiderantur, ignoro. Cum vero ſtaminibus cum reliquis convenit, nec capſulis, quantum ex deſcriptione conjicere licet, abludit, non dubito, quin hujus generis ſit, uti jam ſuſpicatus eſt Celeb. SWARTZ in obſervationibus pag. 220. Soramia Guianenſis AUBL. fl. guian. pag. 552.

 tab.

tab. 219. & Calinea ſcandens Ejusd. pag. 556. tab. 221. hujus generis eſſe facile crederem ex ſitu antherarum conſimili & ſemine arillato Soramiæ. Calinea præterea Calyce & Corolla quam maxime ad Tetraceram nitidam meam accedit; conveniunt denique habitu cum reliquis ſpeciebus hujus generis.

DILLENIA.

dentata. DILLENIA foliis ovatis retuſis dentatis, pedunculis trifloris. THUNBERG in Act. ſociet. LIN. Lond. 1. p. 201. tab. 20.

Wormia triquetra: petiolis triquetris alternis, latere ſuperiore transverſim ſtriatis. ROTTBÖL in nov. Act. Haſn. Tom. 2. pag. 532. tab. 3.

Pedunculi ſæpe 4-8-flori, baſi ramoſi.

UVARIA.

coriacea 3. UVARIA foliis lanceolato-ellipticis acuminatis planis, pedunculis oppoſitifoliis ſubbifloris, petalis oblongis.

Habitat in India orientali. KÖNIG ♄.

Rami teretes, cortice cinereo, albido punctati, glabri: *ramuli* villoſi.

FOLIA petiolata, alterna, ſubcoriacea, bipollicaria, acuminata, obtuſiuſcula, ſupra avenia, lævia, nitida, ſubtus venoſa.

Petiolus breviſſimus.

PEDUNCULI oppoſitifolii, ſolitarii, 1-3-flori, longitudine petioli: *pedicelli* ſubumbellati, pedunculo duplo longiores, villoſi.

Bractea oblonga verſus baſin pedicelli.

CALYX *foliolis* ovatis, acutis.

Petala 6, coriacea, extus ſubcinerea.

longifolia 4. UVARIA foliis petaliſque lanceolatis, umbellis lateralibus ſubpedunculatis.

Arbre de mature. SONNERAT iter Vol. 2. pag. 233 t. 131.

Uvaria longifolia; foliis longis anguſto-lanceolatis acutiſſimis margine undulatis, floribus lateralibus umbellatis petalis acutis. LA MARK. encycl. Tom. 1. p. 2. pag. 590.

Habitat in India orientali.

RAMI glabri, cortice purpureo, ſuperne parum flexuoſi.

FOLIA petiolata, alterna, ſpithamæa, membranacea, venoſa, utrinque glaberrima, ſenſim attenuata, acuta, integerrima.

Petiolus brevis, ſubtus rugoſus.

PEDUNCULI laterales, breviſſimi, tomentoſi: *pedicelli* 6-7, ſubumbellati, pollicares, villoſi, ſuperne parum craſſiores, medio foliolo minuto ovato, tomentoſo.

CALYCIS *foliola* ovata, tomentoſa, petalis quadruplo breviora.

Petala lanceolata, attenuata, unguicularia.

RECEPTACULUM magnitudine ſeminis coriandri, tomentoſum.

ANNONA.

ANNONA foliis lanceolatis glabris nitidis lineatis. Lin. Syſt. Veg. pag. 509. *aſiatica.*
Annona glabra, Keſchta, foliis ellipticis fructu glabro. Forsk. deſcr. p. 102. Ic. tab. 15.

ANNONA foliis ovato-oblongis petiolatis. *grandiflora* 10.
Annona grandiflora: foliis ovato-lanceolatis glabris venoſis, maximo flore. de la Mark. Encycl. 2. P. 1. pag. 126.
Habitat in Inſulâ Borboniæ. Thouin. ♄
Rami glabri, punctati.
Folia petiolata, alterna, palmaria, parum attenuata, acuta, venoſo-reticulata, utrinque glabra, ſupra nitida.
Petiolus breviſſimus, rugoſus.
Calycis *foliola* tomentoſa, ovata, unguicularia.
Pedunculi breves, axillares vel laterales, ſolitarii, uniflori.
Petala exteriora bipollicaria, pollicem lata, coriacea, oblonga, baſi parum anguſtiora, extus villis denſis adpreſſis cinerea, intus glabra, excepto margine cinereo.

ANNONA foliis cordato-oblongis amplexicaulibus.
Annona amplexicaulis: foliis cordato-oblongis acutis diſtichis amplexicaulibus. de la Mark. Encycl. 2. P. 1. pag. 127. *amplexicaulis* 11.
Habitat in Inſula Franciæ. Thouin.
Rami teretes, glabri: cortice cinereo, rimoſo.
Folia alterna, amplexicaulia, cordato-oblonga ſenſim attenuata, dodrantalia & ultra: bifaria, venoſo-reticulata; acutiuſcula, ſubtus in ſpecimine ſicco purpureo-violacea.
Pedunculi axillares, breves, uniflori, ſolitarii.
Flores pollicares vel parum ultra.
Petala exteriora lanceolata, obtuſa.

Similem vidi in herbario Forsk. ſed abſque floribus.

Cum fructum Annonæ raro obtinent botanici Europæi, optandum eſt, ut aliæ notæ indagentur. Folia ſatis has binas diſtinguunt, cum in omnibus reliquis, quotquot novi, late lanceolata ſunt vel elliptica.

ANEMONE.

ANEMONE foliis cordatis trilobis, involucris triphyllis trifidis, corollis ſubdecapetalis. *palmata.*
Anemone hortenſis latifolia 1. Clus. hiſt. 1. p. 248. Barrel. ic. 792.
Anemone palmata foliis cordatis ſublobatis, calyce hexaphyllo. Lin. S. V. pag. 510.
Folia radicalia, petiolata, firmiora quam in reliquis ſpeciebus hujus generis, pili aliquot in margine, coeterum glabra, ſubtus nervoſo-venoſa, pollicaria vel ultra, baſi interdum ſinu ad petiolum interdum nullo, triloba: *lobi* oblongi vel rotundati, ſerrati.
Petiolus bipollicaris vel ultra, filiformis, canaliculatus, piloſiuſculus, ſub folio parum craſſior.

Scapus erectus, digitalis, ſuperne verſus ſub involucro ſtriatus, inferne glaber, ſurſum piloſus.

Flores ſolitarii vel gemini. *Pedunculus* alter ex axilla involucri alterius, ſcapo dimidio longior, anguſtior, ſuperne vix craſſior, pilis aureis tomentoſus præſertim ſub flore.

Involucrum triphyllum, etiam in altero pedunculo ~~(ſi adeſt)~~, foliola ſeſſilia, baſi ſubconnata, extrorſum dilatata, glabro-nervoſa, trifida: laciniis lineari-lanceolatis, lateralibus interdum bifidis.

Corolla enneapetala. *Petala* oblonga, flava, integra, 5que exteriora extus pilis-aureis veſtita.

Quid Linnæus per Calycem hexaphyllum coloratum a flore remotum intelligit, haud perſpecio, eum nunquam quidquam tale in hac planta vidi. Pedunculum involucratum eſſe tam e deſcriptione quam figura Clusii ſatis apparet.

triternata 18·19. ANEMONE foliis triternatis: foliolis cuneatis ſubinciſis, involucris multifidis. Tab. LXV.

Habitat in Braſilia. Dn. Thouin.

Folia radicalia, petiolata, ternato ſupradecompoſita, glabra; *foliola* parva, vix ſemiunguicularia, bi-ſ. trifida, obtuſiuſcula: *laciniis* bi-ſ. tridentatis.

Scapus digitalis, altitudine foliorum, uniflorus, ſub involucro & floribus incraſſatus villoſoque incanus, inferne glabriuſculus.

Involucrum foliis ternis, baſi connatis, bi-ſ. trifidis: *laciniis* linearibus.

Corolla dodecapetala. *Petala* lineari-lanceolata, exteriora parum longiora.

faſciculata. ANEMONE floribus umbellatis congeſtis, foliis tripartitis trifidis.

Anemone faſciculata floribus umbellatis congeſtis, foliis multifidis. Lin. S. V. pag. 511.

Similis Anemone narciſſifloræ, ut non mirum, quod Hallerus dubitet, num diverſa ſit nec ne; differre videtur foliis tripartitis trifidis: involucro trifido, laciniis ſubindiviſis, petalis oblongis.

CLEMATIS.

triflora 6·7. CLEMATIS foliis ternatis: foliolis ovatis ſerratis, ſerraturis mucronatis, pedunculis trifloris.

Clematis mauritiana foliis ternatis, foliolis ſubcordatis ſerratis, ſeminum cauda longiſſima plumoſa. De la Mark. Enclycl. 2. P. 1. pag. 43.

Habitat in Inſula Borboniæ. Dedit Dn. Thouin.

Rami ſtriati, glabri.

Folia petiolata, oppoſita: *foliola* petiolata, bipollicaria, ovata, lateralia baſi obliquata, ſuperiora interdum ſubcordata, trinervia, glabra, ſubtus venoſa, coſta ſubpiloſa, ſerrata: ſerraturis obtuſis mucronatis; ſumma ſimplicia, ovata, ſerrata.

Petioli ſcandentes.

Pedunculi axillares & terminales, oppoſiti, ſolitarii, patentiſſimi longitudine fere foliorum, triflori. *Pedicelli* patentiſſimi, bipollicares vel ultra, folium utrin-

utrinque parvum ad baſin pedicellorum, & duo minuta in medio pedicellorum lateralium: intermedius longior, nudus.

Corolla tetrapetala, magnitudine Cl. virginianæ. *Petala* oblonga, utrinque villoſa.

Semina purpurea, villoſa; cauda longa plumoſa.

CLEMATIS involucro calycino approximato, foliis ternatis: intermedio tripartito. Hort. Kew. 2. pag. 259. *calycina.*

Caulis, uti folia, glaber, ſtriatus.

Folia plura ex ſingulo geniculo: *foliola* unguicularia, lanceolata, anguſta extrorſum ſerraturis 3-4. profundis, intus geminis: lateralia ſubſeſſilia, intermedium petiolatum.

Pedunculi axillares, villoſi, uniflori, apice involucro hemiſphærico glabro.

Petala oblonga, pollicaria, obtuſa, extus villoſa.

MENTHA.

MENTHA tomentoſo-incana, ſpicis oblongis, foliis ovato-lanceolatis ſerratis ſeſſilibus. *niliacea.*

Mentha niliacea ſpicis oblongis, foliis ovatis ſerratis villoſis ſeſſilibus. Lin. S. V. pag. 532.

Mentha longifolia. Forsk. Cat. pl. Æg. no. 289.

Planta ſpontanea tota incana, foliis molliſſimis, ſpicis bipollicaribus, verticillis confertis.

MENTHA floribus racemoſo-verticillatis, foliis petiolatis ovato-lanceolatis ſerratis glabris. *glabrata.* 2-3.

Mentha Kahirina; foliis ovato-lanceolatis acutis ſerratis: ſerraturis deſcendentibus. Forsk. Deſcr. pag. 213.

Tota glabra, herbacea.

Folia ſemipollicaria, nervoſa, oculo armato ſubtus punctata.

Pedunculus terminalis. *Verticilli* 18 flori: *Flores* 9 in ſingulo pedunculo oppoſiti umbellati. *Bracteæ* lineares, longitudine verticilli.

Stamina corolla breviora.

Stylus corolla longior.

LAMIUM.

LAMIUM foliis cordatis, corollarum galea bifida: laciniis divaricatis. *bifidum* 6-7.

Lamium parvum, flore albo, cum labio ſuperiori bifido. Till. hort. Piſ. pag. 93.

Lamium bifidum: foliis cordatis, acuminatis, corollæ labio ſuperiore bifido laciniis divaricatis. Cyril. plant. rar. faſc. 1. pag. 22. tab. 7.

Legi Neapoli.

Caules ſemipedales, decumbentes, glabri, baſi ramoſi.

Folia duo vel trium parium inferne in caule, infima approximata, ſuperne nulla niſi ſub verticillis, inæqualiter profunde ſerrata, attenuata, leviter villoſa.

Verticilli approximati, 6-8-flori.

Calyces villoſi: *laciniis* ſubulatis, ariſtatis.

Corolla magnitudine Lamii purpurei: *fauce* inflato, extus villoſa. *Galea* bifida: *laciniis* linearibus, erectis, vix ſemiunguicularibus.

S T A C H Y S.

glutinoſa. STACHYS glaber, ramoſiſſimus: ramulis ſpineſcentibus, pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris bibracteatis.

An Stachys ſpinoſa cretica, flore albo. Tournef. Corol. pag. 12?

Stachys glutinoſa ramis ramoſiſſimis, foliis lanceolatis glabris. Lin. S. V. pag. 536.

Fruticulus pedalis, ramoſiſſimus, totus glaber. *Rami* oppoſiti, ſuperne dichotomi, tetragoni; *ramuli* ultimi in ſpinam deſinentes.

Folia integerrima, ſubvenoſa, inferiora lanceolata, in petiolum attenuata, vix pollicaria: ramulorum linearia, ſeſſilia, longitudine interſtitiorum.

Pedunculi in ramis ſuperioribus, ſolitarii, uniflori, folio breviores, ſuperne foliis duobus linearibus, longitudine fere calycis.

Calycis *dentibus* lanceolatis, acutis.

Corolla extus villoſa.

ſpinoſa. STACHYS caneſcens, ramulis brachiatis ſpina terminatis, floribus axillaribus ternis.

Stachys ſpinoſa: ramulis ſpina terminatis. Lin. S. V. pag. 536.

Caulis ramoſiſſimus. *Rami* tetragoni, brachiati: *ramuli* rigidi, in ſpinam deſinentes, uti tota planta, e pilis albis adpreſſis caneſcentes.

Folia inferiora baſi attenuata, lineari-lanceolata, pollicaria, integerrima: ſuperiora ſeſſilia linearia.

Flores in ramulis ultimis, axillares, ſolitarii vel terni, parvi.

Calyces pungentes.

P H L O M I S.

urticifolia 9-10. PHLOMIS foliis ovatis ſerratis caneſcentibus, involucris ſubulatis, calycibus oblique truncatis membranaceis novem dentatis.

Habitat in India orientali König, in Arabia legit Dn. Forsk.

Caulis herbaceus, erectus, ramoſus, ad lentem villoſus, caneſcens.

Folia petiolata, pollicaria, baſi acuta, profunde obtuſeque ſerrata, tenuia, oculo armato villoſa, ſubtus pallidiora, ſerratura terminali attenuata.

Verticilli multiflori. *Involucra* longitudine calycis, carinata, piloſa, ciliata, flexilia, ſpinula inermi albida terminata. *Flores* parvi.

Calyces angulati: *dentibus* tribus ſuperioribus parvis, acutis, ſubæqualibus, ſuperne ſcarioſis.

Galea hirſutiſſima.

Similis P. indicæ, at caulis, uti folia, pilis minutiſſimis caneſcens, nec tomentoſus, ~~folia utrinque concolora~~, ſerraturis profundis, plana nec rugoſa & ſubtus tomentoſa, calycibus minoribus.

PHLOMIS

PHLOMIS foliis ovatis ſerratis, calycibus ſolitariis oppoſitis decemdentatis. *biflora* 10-11.

Ghætha tumbus. HERM. Zeyl. 65.

Lamium indicum, foliis oblongis, flore albo, graveolens. HERM. Zeyl. 65.

Leucas foliis rotundis ſerratis, flore albo. BURM. Zeyl. pag. 140. tab. 63. fig. 1.

Habitat in India orientali.

CAULIS herbaceus, ramoſus, tenuis, debilis, leviter villoſus.

FOLIA petiolata, unguicularia, obtuſe ſerrata: ſerraturis quatuor vel quinque, obtuſa, oculo armato rare piloſa, præſertim ad latera.

Pedunculi breviſſimi, ſolitarii, oppoſiti, uniflori. *Bracteæ* duæ, minimæ, ad baſin ſinguli calycis.

CALYX ſtriatus, decemdentatus.

COROLLÆ *galea* piloſa, margine hirſutiſſima.

Uti Synonyma ad Nepetam indicam, Leucas BURMAN. Zeyl. & Katu Kurkam Hort., Mal. 10. tab. 90. referuntur a LIN. in Spec. plant. æque ac a BURM. in flor. indica; ambæ vero a Nepeta indica diverſiſſimæ ſunt. LINNÆUS filius dein in Suppl. Katu Kurkam Rheedii ad Nepetam amboinicam retulit, ſed nec huc pertinet, ad Lavandulam enim carnoſam revera ſpectat.

CLINOPODIUM.

CLINOPODIUM capitulis axillaribus pedunculatis, foliis ovato-oblongis crenatis. *chamædrys*

Habitat in Guiana.

CAULIS purpuraſcens, villoſus, uti tota planta.

FOLIA petiolata, obtuſa, nervoſa, crenato-ſerrata, pollicaria.

Petiolus longitudine fere foliorum.

Pedunculi folia æquantes, filiformes, axillares, ſolitarii, alterni. *Flores* in capitulo parvo globoſo collecti. *Involucra* lineari-lanceolata, pubeſcentia.

CALYCES quinquedentati: *dentibus* lanceolatis.

THYMUS.

THYMUS capitulis laxe imbricatis, bracteis late ovatis coloratis impunctatis, foliis linearibus integerrimis. *cephalotes.*

Tragoriganum dictamini capite hiſpanicum. BARREL. Ic. 788.

Thymus cephalotes: capitulis imbricatis magnis, bracteis ovatis, foliis lanceolatis. LIN. S. V. pag. 542.

Miſit Dn. JUSSIEU ♄.

CAULES filiformes, purpuraſcentes, ſuperne *ramis* paucis ſubvilloſo-cineraſcentibus, ſimplicibus oppoſitis floriferis.

FOLIA ſeſſilia, unguicularia, linearia, patentia, enervia, baſi ciliata, margine parum reflexa, integerrima, utrinque punctata: duo ſub capitulis lineari-lanceolata, parum longiora, obſcure oblique nervoſa. Faſciculi foliorum in omnibus axillis.

CAPITULA terminalia caulis & ramorum ſuperiorum, ſolitaria, magnitudine nucis coryli. *Bracteæ* late-ovatæ, unguiculares, oblique nervoſæ; nervis paucis extrorſum ramoſis, membranaceæ, purpureæ, impunctatæ, acuminatæ, integerrimæ, ciliatæ.

Calyces purpurei: *labio* ſuperiore parum latiore: *dentibus* ſetaceis; duobus inferioribus ciliatis.

ſtriatus 7-8. THYMUS capitulis arcte imbricatis, bracteis ovatis foliisque lineari-lanceolatis ſtriatis margine punctatis.

Habitat in regno Neapolitano. Dedit Dn. Prof. Cyrillo ♄.

Fruticulus vix palmaris.

Caules plures, rigidiuſculi, erecti, baſi ramoſi: *rami* digitales, filiformes, erecti, teretiuſculi, inferne glabri, baſi e caſu foliorum muricati, ſuperne ſimpliciſſimi.

Folia ſeſſilia, unguicularia, rigidiuſcula, erecta, ſubtus longitudinaliter multiſtriata, ſupra lævia, utrinque ad marginem ſerie punctorum, glabra, ciliata, remota, obſcure ſerrata: quatuor vel quinque ſub ſingulo capitulo, caulinis ſimillima, modo baſi latiora, longitudine capituli; faſciculi foliorum nulli in axillis.

Capitula magnitudine piſi, terminalia, ſolitaria, arcte imbricata. *Bracteæ* ovatæ, vix ſemiunguiculares, acutæ, villoſæ, virides, longitudinaliter ſtriatæ, inter nervos marginales punctatæ, ciliatæ.

Calyces longitudine bractearum: *dentibus* ciliatis.

Differt ſic a præcedente: caulibus brevioribus ſtrictioribus ſuperne non ramoſis: foliis latioribus erectis, ſubtus ſtriatis, ſerratis, margine tantum punctatis: capitulis minoribus, arcte imbricatis: bracteis ſtriatis, minoribus, punctatis.

EUPHRASIA.

longiflora 8. EUPHRASIA pubeſcenti-viſcoſa, foliis linearibus integerrimis, corollarum tubo filiformi calyce triplo longiore.

Euphraſia vermiculato folio hiſpanica. Barrel. ic. 1204. haud bona.

Euphraſia longiflora: foliis linearibus integerrimis, corollarum tubo tenui calyce multoties longiore. La Mark. Encycl. Tom. 2. pag. 398.

Legi in Arragonia 3. milliaria a Cæſar Auguſt. in itinere verſus Hueſcam ☉

Caulis erectus, ſtrictus, teres, tenuis, ſpithamæus, ſimplex vel ſuperne rami 2-4. oppoſiti caule breviores, inferne verſus aphyllus, uti tota planta, pubeſcenti-viſcoſus.

Folia ſeſſilia, oppoſita, pollicaria, ſurſum verſus ſenſim minora, linearia, craſſiuſcula, integerrima, obtuſiuſcula.

Flores ſuperne in caule & ramis, ſeſſiles, alterni, ſecundi, lutei, pollicares.

Calycis *laciniæ* quatuor, lineares, obtuſæ.

Corollæ *tubus* filiformis, calyce duplo vel triplo longior, ſuperne parum ampliatus. *Labium* ſuperius oblongum, erectum concavum, emarginatum. *Labium inferius* ſuperiore longius, planum, trilobum.

Stamina *filamenta* 4or longitudine corollæ, apice ſub galea corollæ curvatæ. *Antheræ* villoſæ, bifidæ: laciniis divaricatis, mucronatis.

Capsula oblonga, calyce dimidio longior, ſimilis capſulæ Euphraſiæ officinalis.

Dignoſcitur corolla longiore quam in reliquis ſpeciebus & tubo filiformi.

GERARDIA.

GERARDIA foliis linearibus: floralibus filiformibus inflexis, pedunculis oppoſitis. *tenuifolia* 5-6.
Antirrhinum purpureum multicaule, foliis tenuiſſimis, ſurſum inflexis, floribus ſparſis, calyce ſpinulis aſperato. Plukn. Alm. p. 34. tab. 12. fig. 4.
Habitat in America ſeptentrionali.
Caulis erectus, tenuis, glaber, obſcure tetragonus, ſuperne ramoſus: *Rami* ſimpliciſſimi, oppoſiti.
Folia ſeſſilia, linearia, integerrima, pollicaria: *floralia* anguſtiora, inflexa; pedunculo longiora.
Pedunculi ſolitarii, filiformes, uniflori.
Calyx campanulatus, quinquedentatus, glaber: *dentibus* parvis acutis.
Valde affinis Ger. purpureæ, an ſatis diſtincta?

GERARDIA foliis caulinis floralibusque cordatis ſeſſilibus, baſi ſerratis. *ſeſſiliflora* 9-10.
Habitat in Cap. b. ſpei. Dn. Bülow.
Radix fibroſa.
Caulis erectus, palmaris vel parum ultra, ſtriatus, pilis exſtantibus adſperſus, ſcabriuſculus, ſimplex, interdum *rami* duo verſus medium caulis, oppoſiti, floriferi, caule breviores.
Folia oppoſita, ſeſſilia, 4 vel 5 parium in caule, cordata, obtuſa, quinquenervia, baſi utrinque dentibus tribus, in infimis ſæpe obſcuris, ſemipollicaria, inferiora minora, ſupra ſcabriuſcula, ſubtus læviora, margine ſubciliato ſcabro. *Floralia* cordata, attenuata, acuta, calyce longiora, baſi ſerrata, margine ciliata, ſcabra.
Flores axillares, ſeſſiles, ſolitarii, oppoſiti.
Calyx glaber. *Laciniæ* lanceolatæ, attenuatæ, remote denticulatæ.

CELSIA.

CELSIA foliis radicalibus lyratis: ſuperioribus oblongis: pedicellis bracteis longioribus, foliolis calycinis linearibus integerrimis. *arcturus.*
Celſia arcturus: foliis radicalibus lyrato-pinnatis, pedunculis flore longioribus. Lin. S. V. p. 561.
Folia ſuperiora petiolata, dentata. *Bracteæ* ſubrotundæ.

CELSIA foliis radicalibus lyratis ſuperioribus ovatis, bracteis pedicellis longioribus, calycibus lineari-oblongis integerrimis. *coromandeliana* 2-3.
Habitat in India orientali. König.
Caulis herbaceus, erectus, ſuperne ramo uno vel altero florifero, pubeſcens, teres, ſtriatus.
Folia radicalia & infima lyrato-pinnata: *lacinia* terminali lanceolato-oblonga; intermedia petiolata ovata, ſuperiora obovata ſeſſilia, ſuprema cordata; omnia villoſa, ſerrata.
Racemus elongatus, terminalis: *pedicelli* diſtantes, ſemipollicares, pubeſcentes. *Bracteæ* cordatæ, ſubintegerrimæ, inferiores vix ſemiunguiculares, ſuperiores ſenſim minores.

Calycis *foliola* lineari-oblonga, integerrima, villoſa, capſula parum breviora.

Capsula piſo major, glabra.

Planta a Celſ. cretica diverſa, pedunculis bracteis duplo longioribus, floribus diſtantibus magnitudine Celſ. arcturi, foliolis calycinis linearibus integerrimis.

cretica. CELSIA foliis radicalibus lyratis, ſuperioribus oblongis, floribus ſubſeſſilibus longitudine bractearum, calycibus ovatis ſerratis.

Celſia cretica: foliis radicalibus lyratis, caulinis ſubcordatis amplexicaulibus, floribus ſubſeſſilibus. Lin. S. V. pag. 561.

Legi Tuneti.

Folia radicalia & inferiora lyrato-pinnata, ſuperiora oblonga petiolata eroſa, ſuprema cordata amplexicaulia.

Bracteæ cordatæ, attenuatæ, ſerratæ. *Flores* breviter pedicellati.

Corolla magna.

BIGNONIA.

paniculata. BIGNONIA foliis conjugatis cordato-ovatis, floribus racemoſis, calycibus limbo duplici.

Bignonia paniculata foliis conjugatis cirrhoſis: foliolis cordato-ovatis, floribus racemoſis, pedunculis trifloris. Lin. S. V. pag. 563.

lactiflora 6-7. BIGNONIA foliis conjugatis cordato-ovatis glabris, racemis inferne folioſis, calycibus limbo ſimplici integerrimo. Tab. LXVI.

Habitat in Inſula St. Crucis. Dn. West ♄.

Caulis ſcandens.

Rami glabri, ſtriati.

Folia petiolata. *Foliola* bipollicaria & ultra, petiolata, acuminata, venoſo-reticulata, utrinque glabra, integerrima. *Cirrhus* trifidus.

Racemus terminalis, interdum gemini. *Pedicelli* oppoſiti; inferiores triflori, ſuperiores verſus medium bractea parva utrinque cum rudimento floris in ſingula axilla. *Folium* petiolatum utrinque ad baſin pedicellorum inferiorum, oblongum.

Calyx campanulatus, integer, brevis, glaber.

Corolla ſesquipollicaris, lactea, junior extus tenuiſſime villoſo-ſubtomentoſa.

Siliqua lanceolata, bipollicaris, glabra, utrinque acuta.

ſpectabilis 5-6. BIGNONIA foliis conjugatis cirrhoſis: foliolis ovato-oblongis, floribus racemoſis glabris, calycibus integerrimis.

Habitat in Inſula St. Crucis. Dn. West ♄.

Rami glabri.

Folia petiolata: *foliola* duo, petiolata, 4. 5. pollicaria, pollices tres lata, glaberrima, ſupra nitida, venoſo-reticulata, membranacea, obtuſa, integerrima.

Cirrhus inter foliola, ſimplex.

Racemus terminalis, erectus, brevis, cum ramulis binis oppoſitis, bipollicaris.

Pedicelli duo infimi triflori, reliqui uniflori. *Bractea* ſetacea ad baſin ſinguli pedicelli.

Calyx parvus, campanulatus, glaber, margine integro.

Corolla tripollicaris, ſubcoriacea, glabra, purpurea: *laciniis* obovatis.

Antheræ glabræ.

Stigma oblongum.

In B. æquinoctiali Antheræ hirſutæ & pedunculi quini.

BUCHNERA.

BUCHNERA foliis obovatis ſquamoſo-ſcabris, caule proſtrato. *humifuſa* 78.

Browallia humifuſa hiſpida, proſtrata, floribus axillaribus ſeſſilibus albis. Forsk. deſcr. pag. 112.

Caules plures, filiformes, ramoſi, proſtrati, pilis adpreſſis ſcabri.

Folia oppoſita, parva (Thymi vulgaris) ſubpetiolata, obovata, utrinque ſcaberrima e ſquamis minutis albidis, quibus pili ſolitarii breviſſimi adpreſſi inſident, ad marginem confluentibus.

Pedunculi axillares, ſolitarii, uniflori, breviſſimi.

Flores ratione plantæ magni.

Calyx perſiſtens, tubuloſus, pilis rarioribus adſperſus, ſemiunguicularis, ſcaber, 5-dentatus; fructiferus oblongus, ſulcatus.

Corollæ *tubus* filiformis, calyce duplo longior, ſuperne verſus limbum incurvus, parum ampliatus. *Limbus* 5-fidus laciniis duabus ſuperioribus brevioribus minus diviſis: inferioribus tribus æqualibus obovatis obtuſis.

Capsula fere B. aſiaticæ, oblonga, compreſſiuſcula, ſubtruncata longitudine calycis, glabra, bilocularis: *diſſepimento* contrario.

Totus habitus B. aſiaticæ, diverſa modo caule proſtrato & foliis obovatis.

BUCHNERA ſcaberrima, foliis linearibus integerrimis ſquamoſis, laciniis corollæ oblongis. *aſiatica.*

Euphraſia pratenſis Satureja foliis ſcabris, e Maderaſpatana. Plukn. Alm. pag. 142. tab. 177. fig. 6. fide herb. Plukn.

Buchnera aſiatica foliis integerrimis linearibus, calycibus ſcabris. Lin. S. V. pag. 572.

Folia ſupra, ſubtus coſta & margine, tecta ſquamis copioſis albis, e quibus pili ſolitarii minimi.

Calyces axillares, ſolitarii, ſubſeſſiles, folio breviores, remoti, ſtriati: ſtriæ pilis minutis rigidis plurimis denticulatæ.

BUCHNERA foliis linearibus integerrimis piloſo-ſcabris, laciniis corollæ linearibus obtuſis. *euphraſioides* 8-9.

Habitat in India orientali.

Primo intuitu ſimilis eſt Euphraſiæ longifloræ.

Caulis acute tetragonus, ramoſus: rami oppoſiti, caule altiores.

Folia brevia: inferne oppoſita, remota, ſuperne alterna, conferta, ramis adpreſſa, ſubimbricata.

Calyx longitudine fere foliorum, ſeſſilis, axillaris.

COROLLÆ tubus villoſus.

A B. aſiatica diverſa foliis multo brevioribus, ſuperne confertis erectis, non e ſquamis ſcabris, ſed e pilis. Corollis extus villoſo-cineraſcentibus, laciniis limbi linearibus.

RUELLIA.

imbricata. RUELLIA Symb. bot. 2. pag. 73.
Ruellia dorſiflora decumbens, foliis oppoſitis, bracteis late cordatis ciliatis. RETZ. obſ. 6. pag. 31.

faſciculata 10-11.* RUELLIA foliis petiolatis oblongis dentatis, petiolis alatis, floribus aggregatis terminalibus lateralibusque.
Ruellia faſciculata decumbens, foliis lanceolatis petiolatis dentatis oppoſitis: alterno minore, floribus faſciculatis. RETZ. obſ. 4. pag. 28.
Habitat in India orientali. KÖNIG.
CAULES herbacei, filiformes, debiles, decumbentes, e lineis decurrentibus angulati, alternatim ramoſi, articulati: *articulis* hirtis, geniculatis.
FOLIA petiolata, oppoſita, remota, pollicaria, oppoſito minore, ſubtus piloſo, nervoſa, tenera, remota, denticulata, acuta.
Petioli longitudine foliorum e baſi folii decurrente alati, ſuperne latiores.
FLORES ex axillis ſupremis & apice ramulorum in capitulo parvo faſtigiato, pedunculato, collecti.
Bracteæ tres ad baſin ſinguli floris: *exterior* membranacea, trinervis, piloſa, oblonga, acuta, reliquis triplo latior: *ſecunda* longitudine prioris, colorata, nervoſa, reticulata, lanceolata: *tertia* brevior anguſtior.
CALYX 5-partitus, piloſus: *laciniis* coloratis, membranaceis, reticulatis, trinerviis, acutis: *ſuperior* lineari-lanceolata, reliquis latior, laterales ſetaceæ, breviores, inferiores duæ longitudine ſuperioris, parum anguſtiores.
COROLLA calyce longior, glabra: *labium* inferius trilobum: *laciniis* rotundatis.

molliſſima 10-11. RUELLIA foliis petiolatis lato-lanceolatis integerrimis molliſſimis, floribus faſciculatis.
Habitat in Madagaſcar. Dn. THOUIN.
Tota villoſa, mollis.
RAMI teretiuſculi.
FOLIA petiolata, oppoſita, remota, pendula, palmaria & ultra, pollicem lata, apice attenuata, viridia, alternatim venoſa. *Petioli* cinerei.
FLORES in faſciculo pedunculato collecti: *pedunculi* in ultimis axillis oppoſiti & in apice ramorum.
Bracteæ tres, minutæ, ſubulatæ, ad baſin calycis.
CALYX cylindricus, quinquepartitus, piloſus: *laciniæ* lineares, acutæ, duabus exterioribus majoribus.

undulata 10-11. RUELLIA foliis petiolatis oblongis undulatis, capitulis axillaribus ſeſſilibus, caule erecto.
Habitat in India orientali. KÖNIG.

CAULIS

Caulis erectus, herbaceus, glaber, tetragonus, angulis obtuſis, ſulco utrinque lato profundo: *geniculis* craſſioribus, piloſo-ciliatis. *Rami* oppoſiti, caule breviores.

Folia petiolata, bipollicaria, ſesquipollicem lata, obtuſa, baſi attenuata, plana venoſa, glabra, ſubtus pallidiora.

Petiolus pollicaris, ſuperne a folio decurrente marginatus, baſi ciliatus.

Flores conferti in capitulis alternis, unguicularibus, bracteatis. *Bracteæ* exteriores 6, ciliatæ, ovato-lanceolatæ, obtuſiuſculæ, interiores anguſtiores, lanceolatæ.

Calyx 5-fidus: *laciniis* ciliatis, ſubulatis, binis inferioribus profundioribus brevioribus.

Corolla calyce parum longior, glabra.

RUELLIA foliis lanceolatis integerrimis glabris, capitulis terminalibus involucratis piloſis. *involucrata* 10-11.

Habitat in India orientali. König.

Caulis ſuffruticoſus? erectus, e lineis quatuor decurrentibus obſcure tetragonus, lateribus duobus latioribus, convexioribus; ramoſus: *rami* breves, oppoſiti vel alterni.

Folia ſubſeſſilia, oppoſita, dodrantalia, pollicem lata, utrinque attenuata, obtuſiuſcula, plana, ſubtus pallidiora, alternatim nervoſa, utrinque glabra.

Flores in capitulo terminali imbricati, breve pedunculato, magnitudine nucis coryli. *Bracteæ* quatuor ſub ſingulo capitulo, ovatæ, acutæ, piloſæ, ciliatæ, capitulo breviores: 3 ad baſin ſinguli floris, longitudine calycis, piloſæ, duæ laterales lineari-lanceolatæ: exterior oblonga, triplo latior.

Calyx inæqualiter quinquefidus: *laciniis* linearibus, acutis

RUELLIA floribus axillaribus terminalibusque ſubſolitariis ſeſſilibus, foliis ovatis dentatis. *coccinea* 12-13.

Barleria coccinea: inermis foliis ovatis denticulatis petiolatis. Lin. S. V. pag. 576.

Calyce & corolla omnino diverſa eſt a Barleriis, meliori jure igitur Ruelliis aſſociatur.

RUELLIA foliis lanceolatis integerrimis, floribus verticillatis, calycibus acutis, bracteis oblongis, caule erecto. *barbata* 16-17.

Habitat in India Orientali.

Caulis herbaceus, erectus, tetragonus: angulis obtuſis, ſulco utrinque exaratus, adſperſus pilis minutiſſimis vix conſpicuis, articulatus: *articuli* ſuperne craſſiores. *Rami* pauci, breves, alterni, ſtructura caulis.

Folia oppoſita, ſeſſilia, bipollicaria vel minora, obtuſiuſcula, baſi parum anguſtata, utrinque concolora, integerrima, plana, patentia. Juniora piloſa, præſertim ad marginem.

Flores axillares, ſeſſiles, utrinque 3.

Bracteæ ad baſin ſingula; calycis oblongæ, baſi anguſtatæ, obtuſæ.

Calyx tubuloſus, quinquefidus, extus pubeſcens, cineraſcens: *laciniis* lineari-lanceolatis, acutis, æqualibus.

Corollæ *labium ſuperius* indiviſum, compreſſum, lanceolatum, obtuſum: *inferius* ſupra pilis longis adſperſum, trifidum: *laciniis* linearibus, obtuſis. *Antheræ* baſi biariſtatæ.

ſalicifolia 16-17. RUELLIA foliis lanceolatis integerrimis, floribus verticillatis, calycibus ariſtatis, bracteis lanceolatis, caule erecto.

Habitat in India orientali.

Affinis præcedenti, differre videtur ſequentibus:

Caule ſubſimplici.

Foliis longioribus, utrinque magis attenuatis, nec tantum apice, utrinque lineis piliformibus adſperſis, ſubtus pallide viridibus, undique ejusdem fere longitudinis, nec minoribus oblongis obtuſis in ramis.

Bracteis non foliaceis obtuſis, ſed lineari-lanceolatis acutis, baſi non attenuatis.

Calycibus minoribus in ſetam deſinentibus, margini tantum pilis ſubciliatis, nec ubique, fructu deciduo perſiſtentibus.

hirta 18-19. RUELLIA hirta, foliis oblongis petiolatis ſerratis, ſpicis terminalibus imbricatis, caule repente. Tab, LXVII.

Habitat in India orientali, mecum communicavit Dn. O. R. Sehestedt, Cubicularius Regius.

Caulis herbaceus, inferne repens, uti tota planta, e pilis albis hirtus, vix ſpithamæus, ramoſus, tetragonus. *Rami* oppoſiti, ſimpliciſſimi, caule breviores.

Folia petiolata, oppoſita, unguicularia, extrorſum ſerrata, baſin verſus integerrima, obtuſa.

Spicæ terminales ramorum ſolitariæ, ex axillis ultimis oppoſitæ, imbricatæ bracteis & floribus, pollicares, breve pedunculatæ. *Bracteæ* oblongæ, longitudine calycis.

Calycis *laciniæ* lineares.

cordifolia 20-21. RUELLIA foliis cordato-ovatis ſeſſilibus ſubtus tomentoſo-incanis, floribus ſubſpicatis.

Ex India orientali cum plurimis aliis plantis rarioribus miſit Dn. Rötel.

Caulis fruticoſus. *Rami* articulati, ſupremi ſubdichotome ramoſi, obſcure tetragoni.

Folia ſeſſilia, oppoſita, majora ramorum vix unguicularia, integerrima, acuta, ſupra viridiora, nervoſa, ad lentem lineis albidioribus piliformibus, ſubtus incana.

Flores in *ſpica* brevi terminali, 4 vel 6 flora, oppoſiti, diſtantes, rarius gemini, interdum oppoſitus deeſt. *Bractea* linearis, longitudine calycis.

Corollæ *tubus* filiformis, calyce longior.

ſecunda 20-21. RUELLIA foliis ſubcordato-ovatis integerrimis villoſis, racemis axillaribus ſecundis.

Habitat in India orientali. König.

Caulis, rami, folia & petioli pubeſcentes.

Folia petiolata, pollicaria, ſubcordato-ovata, obtuſa: juniora caneſcentia, parum acuminata.

Petioli

Petioli patentiſſimi, folio parum breviores.

Racemi axillares, fere ſpithamæi, pedicelli breves, remoti. *Bracteæ* ſetaceæ, pedicello breviores.

Calyces hirti.

Corollæ glabræ, pollicares, flavi.

Germen villoſum, incanum.

Corollis majoribus racemoſis flavis laciniisque limbi ſubrotundis a R. Symb. b. 1. intruſa p. 45. differt.

VITEX.

VITEX foliis ternatis pubeſcentibus, paniculis trichotomis, bracteis longitudine calycis. *pubeſcens* 4·5·

Piſtacio-Vitex. Lin. fl. Zeyl. pag. 195. n. 415. fide Herbarii Hermanni.

Habitat in India orientali. Mecum communicavit Dn. la Mark ♄.

Rami tetragoni, pubeſcentes.

Folia petiolata, oppoſita, ternata: *foliola* ſeſſilia, bipollicaria, vel parum minora, ovata, attenuata, integerrima, ſupra ſecundum nervos ſubtiliſſime lineata, glabriuſcula; ſubtus coſtata, venoſa, pubeſcentia.

Panicula terminalis, magna, trichotoma, demum dichotoma. *Folium* ternatum utrinque ſub primis trichotomiis.

Bracteæ patentes, oppoſitæ, ſeſſiles, oblongæ, obtuſæ, longitudine calycis, incanæ.

Flores 6-7 in ultimis ramis paniculæ, ſeſſiles, alterni.

Calyx campanulatus, quinquedentatus, incanus.

Corolla calyce duplo longior, extus tomentoſa.

Bacca magnitudine piperis nigri, tetraſperma.

Differt a V. trifoliata, foliis ſubtus non caneſcentibus, pedicellis non dichotomis, ſed floribus longitudinaliter ſeſſilibus alternis, habitu paniculæ ſquarroſo e bracteis patenti-ſubreflexis majoribus, quam in reliquis ſpeciebus hujus generis.

ACANTHUS.

ACANTHUS. Symb. bot. 2. pag. 75. *ebracteatus.*

Aquifolium indicum. Rumph. amb. 6. pag. 163. tab. 71. fig. 1.

Acanthus ilicifolius. Loureiro fl. Cochinch. pag. 375.

MELIANTHUS.

MELIANTHUS ſtipulis diſtinctis, racemis axillaribus elongatis, floribus verticillatis, bracteis linearibus attenuatis. *minor.*

Melianthus minor ſtipulis geminis diſtinctis. Lin. Spec. pl. pag. 892. excluſo Synon. Commel.

Folia ſupra glabra, ſubtus incana.

Racemus pedalis, erectus. *Flores* remoti, verticillato-quaterni, penduli.

Bracteæ longitudine calycis.

Calycis *laciniæ* lanceolatæ, attenuatæ.

comoſus. MELIANTHUS ſtipulis diſtinctis, racemis infra foliaceis, floribus alternis, bracteis cordatis, foliis ſupra villoſis.

Melianthus africanus minor foetidus. Commel. Plant. rar. pag. 4. fig. 4.

Habitat in Cap. b. ſpei. Sub nomine Melianthi comoſi dedit Dn. Dr. Dahl, vidi quoque in horto Botanico Romæ ♄.

Caulis ramoſus. *Rami* teretes, inferne cicatricati, ſuperne cani.

Folia ad apices ramorum, approximata, petiolata, alterna, pinnata, quinquejuga. *Foliola* oppoſita, ſeſſilia, ſesquipollicaria, lanceolata, profunde ſerrata: ſerraturis acutioribus quam in Mel. minore, acuminata, avenia, ſupra villoſa viridiora, ſecundum nervos lineata, ſubtus cana, mollia.

Petiolus e margine foliorum decurrente ſubalatus. *Stipulæ* ſubulatæ.

Racemi alterni, frequentes, infra foliis in ramis, ſupremi interdum axillares, tripollicares, nutantes. *Flores* alterni, approximati. *Pedicelli,* uti pedunculi, villoſo-tomentoſi, ſemiunguiculares, ſub flore parum craſſiores. *Bracteæ* cordatæ, villoſæ, pedicello parum longiores.

Calycis *laciniæ* duæ latæ, ovatæ, acutæ villoſæ: tertia linearis inferior.

Capsula incana.

MELOCHIA.

crenata 2-3. MELOCHIA foliis ſubrotundis crenatis tomentoſis lineatis, umbellis axillaribus terminalibusque pedunculatis. Tab. LXVIII.

Habitat in Amer. meridionali. Miſit Dn. v. Rohr ♄.

Frutex cortice purpuraſcente: *rami* alterni, villoſo-tomentoſi, caneſcentes.

Folia petiolata, diſtantia, vix pollicaria vel minora, juniora utrinque tomentoſa mollia, incana, plicata, adultiora ſupra glabriora lineata.

Petioli unguiculares, hirſutie tomentoſi, incani. *Stipulæ* ovatæ, extus piloſæ, intus glabræ, petiolo triplo breviores.

Pedunculi axillares, ſolitarii, longitudine petioli, hirſuti. *Pedicelli* umbellati, plerumque quini, uniflori, rarius unicus biflorus, longitudine pedunculi. *Bracteæ* nonnullæ ſetaceæ, minutæ, deciduæ, ad baſin pedicellorum.

Calyx ſimplex: *laciniæ* lanceolatæ, hirſutæ, corolla dimidio breviores.

Germen hirſutum.

Capsula oblonga, pentagona, caneſcens, calyce duplo longior, ſtylis perſiſtentibus hirſutis terminata: angulis rotundata.

CONNARUS.

africanus. CONNARUS foliis ternatis lanceolato ellipticis, venis ſubtus protuberantibus.

Connarus africanus: foliis ternatis ovatis utrinque acutis, ſubtus nervoſis, floribus paniculatis monogynis. La Mark. Encycl. Tom. 2. pag. 95.

Connarus africanus foliis trifoliatis, petalis ebarbatis, floribus paniculatis. Cavan. diſſert. 7ma tab. 221.

Habitat in montibus Sierræ Leonæ. Dedit Dn. L'Heretier ♄.

Rami

Rami teretes, glabri.

Folia petiolata, alterna: *foliola* petiolata, palmaria & ultra, integerrima acumine longo terminata, glaberrima; ſupra lævia, nervis & venis transverſis copioſis ſubſimplicibus immerſis, ſubtus exſtantibus.

Petioli partiales, rugoſi, intermedius longior, infra foliolo incraſſati.

Panicula terminalis, patens.

CONNARUS foliis pinnatis: foliolis ovatis acuminatis, pedunculis axillaribus aggregatis, floribus racemoſis. *ſantaloides.*

Santaloides. Lin. fl. Zeyl. n. 408.

Habitat in India orientali ♄.

Arbor *ramis* teretibus, glabris, cortice fuſco-purpuraſcente.

Folia petiolata, ſparſa, remota, pinnata cum impari, bi-ſ. quadrijuga. *Foliola* ovata, petiolata, ſuboppoſita, interdum ſesquipollicaria, æqualia, integerrima, acuminata, acumine obtuſo, glaberrima, utrinque venoſo-reticulata: venis parum protuberantibus, ſupra nitida.

Petioli partiales vix ſemiunguiculares, ſupra canaliculati.

Pedunculi axillares, 4-6, folio dimidio breviores, glabri: *partiales* ſparſi, verſus apicem flores 3-4, pedicellati.

Calyx ovatus, quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis, acutis; fructiferus campanulatus.

Petala quinque, calyce duplo longiora.

Stamina *filamenta* 10, inæqualia, longitudine corollæ, baſi vix connata.

Stylus unicus.

Capsula unguicularis, glabra.

CONNARUS foliis pinnatis ſubdecemjugis: foliolis ovali-oblongis emarginatis, racemis axillaribus. *mimoſoides.*

Habitat in Inſulis Nicobaricis. Dedit Dn. Trant ♄.

Rami teretes, ſuperne villoſi.

Folia verſus apices ramorum, petiolata, alterna, approximata, pinnata cum impari, 9-11 juga. *Foliola* breviſſime petiolata, oppoſita vel alterna, unguicularia, interiora minora, glabra, ſupra tenuiſſime venoſa, obtuſa, profunde emarginata, ſubtus pallidiora.

Petioli leviter villoſi.

Pedunculi axillares, plerumque terni, longitudine foliorum, ſubcaneſcentes.

Pedicelli ſparſi, filiformes, ſemiunguiculares, infimi apice ſæpe biflori. *Bractea* minuta ad baſin ſinguli pedicelli. *Flores* parvi.

Calyx, Corolla, Stamina, Pistillum ut in præcedente.

DAHLBERGIA.

DAHLBERGIA foliis pinnatis: foliolis ellipticis ſubtus piloſis, fructibus lanceolatis. Lin. S. V. p. 641. *lanceolaria.*

Noel valli. Rheed. Mal. 6. p. 39. tab. 22.

ANTHYLLIS.

hermanniæ. ANTHYLLIS fruticoſa foliis ternatis lineari-cuneatis ſubpetiolatis, calycibus campanulatis, ramis ſpineſcentibus.

Anthyllis hermanniæ: fruticoſa foliis ternatis ſubpedunculatis, calycibus nudis. Lin. S. V. pag. 655.

Aſpalathus cretica: foliis trinis cuneiformibus glabris lateralibus brevioribus, ſtipulis obſoletis, floribus congeſtis. Lin. S. V. p. 647.

GLYCINE.

reticulata. GLYCINE foliis ternatis ovato-oblongis ſubrhombeis pubeſcentibus, ſubtus reticulato-venoſis.

Glycine reticulata foliis ternatis oblongo-lanceolatis pubeſcentibus ſubtus reticulato-venoſis, racemis axillaribus ſubſeſſilibus, leguminibus oblongis compreſſis. Swartz. prodr. p. 105.

Ex India occidentali, miſit Dn. Rect. West.

Caulis volubilis, angulatus, molliter villoſus, ſubcaneſcens.

Folia petiolata. *Foliola* petiolata, intermedium ſubrhombeum ſeſquipollicare: lateralia extus gibba, parum minora, intus lanceolata; omnia, acuta, utrinque villoſa, mollia, ſubrugoſa, ſubtus reticulata, pallidiora.

Petioli tomentoſi. *Stipulæ* ovatæ.

Racemi axillares, ſolitarii, foliis longiores. *Pedicelli* ſolitarii, diſtantes. *Bracteæ* ovatæ, attenuatæ, deciduæ.

Calyces quinquefidi: *laciniis* lineari-lanceolatis, attenuatis.

Legumen oblongum, utrinque acutum, pubeſcens, præſertim marginibus, fuſcum. *Semina* duo.

ROBINIA.

ſquamata 5·6. ROBINIA racemis pedicellis unifloris, foliis impari pinnatis: foliolis ovalibus ſpinoſo-mucronatis, petiolis inermibus. Tab. LXIX.

Habitat in Inſula St. Thomæ Americes. Dn. West ♄.

Rami teretes, glabri, cortice purpuraſcenti-griſeo, inferne aphylli, ſuperne folioſi, infra folia ſquamoſi. *Ramuli* alterni, pollicares vel breviores, e ſquamis ovatis acuminatis imbricatis tetragoni.

Folia alterna, diſtantia: ramulorum ex ipſo apice vel parum infra, interdum ſolitaria interdum 2. ſ. 3; omnia petiolata, pinnata cum impari, novemjuga. *Foliola* breviſſime petiolata, alterna, unguicularia, extima parum minora; omnia ovalia ſ. ſubrotunda, utrinque glabra, nitida, ſimpliciter venoſa, ſubretuſa, coſta ultra foliolum in ſpinam excurrens.

Petiolus inermis.

Stipulæ unguiculares, rigidæ, ſpinoſæ, erecto-patentes, perſiſtentes.

Pedunculi axillares, ſolitarii, filiformes, pubeſcentes, folio breviores. *Pedicelli* quatuor vel quinque, diſtantes, ſub flore geniculati. *Bractea* parva linearis ad baſin pedicellorum.

Calyx

Calyx glaber: *laciniis* lanceolatis.

Legumen compreſſum, lineare, rectum, acutum, interdum ſubarticulatum, interdum inter ſemina coarctatum, di-ſ. 5. ſpermum.

ROBINIA pedunculis ſimplicibus unifloris, foliis abrupte pinnatis, petiolis ſtipulisque inermibus. Tab. LXX. *florida* 5-6.

In Inſula Krabben Eiland dicta Americes legit Dn. West ♄.

Frutex pulcherrimus, tempore floreſcentiæ aphyllus, floribus tantum totus tectus.

Rami teretes, glabri, purpuraſcenti-cinerei, punctati, glabri.

Folia inferiora e gemma præteriti anni poſt caſum florum, plerumque duo vel tria, approximata, digitalia, foliolis vix unguicularibus; ſuperne & in ramis junioribus ſolitaria, alterna, remotiora, inferioribus dimidio longiora, foliolis vix pollicaribus; omnia petiolata, alterna, pinnata cum pari, 9-10 juga. *Foliola* breviter petiolata, oppoſita, glabra, oblonga, venoſa, mucronata, interiora parum minora.

Petiolus inermis. *Stipulæ* lanceolatæ, parvæ, attenuatæ, inermes, flexiles, perſiſtentes.

Pedunculi quatuor vel 5que e ſingula gemma, unguiculares, capillares, uniflori, ſub flore geniculati.

Calyx cyathiformis, glaber, margine integro, ad lentem villoſus.

Corolla magna, purpuraſcens: *Ungues* petalorum longitudine calycis.

Germen glabrum.

HEDYSARUM.

HEDYSARUM. Symb. bot. 2. pag. 81. *rotundifolium.*
Hedyſarum nummularifolium foliis ſimplicibus cuneiformibus. Lin. S. V. pag. 672. fide Herb. Hermanni.

PERDICIUM. Lin.

Character eſſentialis.

Receptaculum nudum. Pappus piloſus dentatus. Corollulæ bilabiatæ.

PERDICIUM ſcapo unifloro, floſculis foemineis hermaphroditisque, foliis runcinatis. Act. Soc. hiſt. Nat. Hafn. 1. P. 2. pag. 9. tab. 1. *taraxaci.* 1.
Perdicium ſemifloſculare. Lin. S. V. pag. 769.

PERDICIUM ſcapo unifloro, foliis lyratis ſubtus tomentoſis, calycibus imbricatis. ib. tab. 2. *tomentoſum* 2.
Perdicium tomentoſum. Thunb. Fl. jap. pag. 319.

PERDICIUM caule ſubnudo unifloro, foliis pinnatifidis nudis, calycibus æqualibus. ib. tab. 3. *purpureum* 3.

magellanicum 4. PERDICIUM caule ſubnudo unifloro villoſo, foliis runcinatis ciliatis. ib. p. 10. tab. 4.

Perdicium magellanicum. LIN. Lin. S. V. pag. 769.

piloſelloides 5. PERDICIUM ſcapo unifloro ſuperne ſquamoſo, foliis lanceolatis indiviſis ſubtus tomentoſis. Act. ſoc. h. nat. Hafn. Vol. 2. P. 2. pag. 38. tab. 5.

lactucoides 6. PERDICIUM caule ſimplici polyphyllo unifloro, foliis lanceolatis integerrimis. ib. Vol. 1. P. 2. pag. 11. tab. 5.

ſquarroſum 7. PERDICIUM caule multifloro, foliis inciſo-ſerratis, dentibus ſetaceo-ſpinuloſis. ib. Vol. 1. p. 2. tab. 6.

braſilienſe 8. PERDICIUM caule herbaceo multifloro, foliis lanceolatis ſubdentatis. ib. Vol. 1. P. 2. pag. 12.

Perdicium braſilienſe. LIN. S. V. pag. 769.

radiale 9. PERDICIUM caule fruticoſo, foliis lanceolato-ovatis dentatis, floribus ſubpaniculatis. ib. Vol. 1. P. 1. pag. 13.

Perdicium radiale floribus ſubradiatis, calyce exteriore tetraphyllo, caule fruticoſo. LIN. S. V. pag. 769.

recurvatum 10. PERDICIUM caule ſuffruticoſo, foliis lineari-lanceolatis ſpinuloſo-ciliatis. ib. Vol. 1. P. 2. pag. 13. tab. 7.

Floſculi in omnibus ſpeciebus bilabiati: labio interiore breviſſimo bidentato, exteriori lineari plano; ſic quoque omnes ſpecies hermaphroditi ſunt excepto Perd. taraxacoides, hinc potius inter ſemifloſculoſos genus collocandum erit. Deſcriptiones uberiores ſpecierum cum figuris dedi in Actis citatis.

CACALIA.

pendula 1-2. CACALIA caule ramisque carnoſis aphyllis ſquamoſis, pedunculis unifloris.

Cacalia pendula; caulibus deſcendentibus, aphyllis, pedunculis terminalibus erectis. FORSK. Deſcr. pag. 145.

CAULIS carnoſus, bicubitalis, glaber, ramoſus, verſus apicem trifidus. FORSK.

SQUAMÆ loco foliorum, ſparſæ ordine ſpirali, approximatæ, unguiculares, lanceolato-ſubulatæ, flaveſcentes, rigidæ, pungentes, ramis adpreſſæ: ſub ſingula ſquama linea ſemiteres, albo-punctata, viridi-trilineata ad proximam ſquamam decurrens.

Pedunculi ex apice ramorum, ſolitarii, uniflori, recti, ſpithamæi, ſuperne adſperſi ſquamis nonnullis linearibus parvis remotis.

CALYX polyphyllus, multiflorus.

Corollulæ purpureæ.

odora 4-5. CACALIA fruticoſa, foliis lanceolatis planis, floribus umbellatis.

Cacalia odora, foliis lanceolatis, caule lineis albis ſtriato. FORSK. deſcr. pag 146.

Caulis erectus, ramoſus, cicatricatus: cicatricibus protuberantibus, albis, e ſingulo cicatrice lineis tribus, elevatis, nitidis ſurſum & deorſum excurrentibus.

Folia in apice ramorum juniorum, ſeſſilia, ſparſa, lanceolata, craſſa, glabra.

Pedunculi ex apice ramulorum 6. 7, umbellati, erecti, uniflori, baſi ſquamis nonnullis lanceolatis adſperſi.

Calyx cylindricus, pentaphyllus, glaber, baſi foliis duobus linearibus.

Corollulas 9 numeravi, Forsk. 13.

CACALIA fruticoſa, glabra, foliis cordatis ſubrotundis amplexicaulibus denticulatis, floribus corymboſis. *reticulata* 9-10.

Habitat in Inſula Borboniæ Commerſon. Dedit Dn. Thouin.

Caulis fruticoſus, ramoſus. *Rami* e nervis foliorum decurrentibus angulati, glabri; articulis ſub foliis incraſſati.

Folia fere Borboniæ crenatæ, alterna, pollicaria, cordata, ſubrotundata, glabra, venoſo-reticulata, denticulata: dentibus, uti marginibus foliorum reflexis, incraſſatis. Nervi baſi ſanguinei.

Corymbi terminales, ſubfaſtigati; pedunculis pedicellisque glabris: folium parvum ad baſin pedicellorum.

Calyx ſimplex, glaber: *foliolis* 12. lineari-lanceolatis, æqualibus.

Pappus ſimplex, longitudine calycis.

CACALIA herbacea, foliis lanceolatis ſagittatis amplexicaulibus denticulatis glabris. *ſagittata* 15-16.

Hieracium javanicum: foliis lanceolatis amplexicaulibus denticulatis, pedunculis unifloris, calycibus glabris. Burm. fl. Ind. pag. 174. tab. 57. fig. 1.

Habitat in Java.

Caulis herbaçeus, teres, ſtriatus, glaber.

Folia amplexicaulia, ſesquipollicaria, lanceolata, inæqualiter remote denticulata, glabra, ſubavenia, acuta.

Pedunculus caulem terminat, bi-ſ. tripollicaris, ſubuniflorus, ſub flore parum craſſior.

Calyx ſimplex, glaberrimus, dodecaphyllus: *foliolis* lanceolatis.

Corollulæ longitudine calycis, purpureæ.

Affinis C. ſonchifoliæ, diverſa foliis & floribus triplo majoribus Figura Burm. citata cum mea planta in omnibus convenit, niſi quod pedunculi quadriflori, quamvis differentia unifloros habet. Planta Burmanni non eſſe ſpeciem Hieracii indicat quoque calyx in icone ipſius Cel. Aut.

CACALIA herbacea, lanuginoſa, foliis radicalibus inferioribusque ovalibus petiolatis, crenatis, ſummis ſeſſilibus ellipticis integerrimis. Tab. LXXI. *candicans* 20-21.

Habitat ad fretum magellanicum Commerſon. Dedit Dn. Thouin.

Caulis herbaceus, erectus, pedalis & ultra, ſimpliciſſimus, foliatus, craſſitie fere pennæ cygneæ, uti tota planta, calycibus exceptis, lana nivea obductus.

Folia radicalia plura, ovalia, bipollicaria vel parum ultra, caulina inferiora, uti radicalia, petiolata, tripollicaria oblonga, crenato-dentata, obtuſa; ſuprema ſesquipollicaria, elliptica, baſi parum attenuata, integerrima.

Petioli radicalium & infimorum caulis tripollicares, plani, baſi latiores, amplexicaules, ſuperne in folium dilatati.

Corymbus terminalis, multiflorus. *Pedicelli* uniflori, foliolis adſperſi: folium lanceolatum, acuminatum, ad baſin pedicellorum, uti pedicelli, valde lanatum.

Calyx *foliolis* lanceolatis, glabris.

Corolla magnitudine nucis coryli: *Corollulæ* longitudine calycis.

ſcabra 23·24. CACALIA herbacea, foliis radicalibus petiolatis oblongis dentatis: caulinis lanceolatis ſeſſilibus.

Habitat in Braſilia. Dedit Dn. Thouin.

Caulis herbaceus, erectus, pedalis, teres, ſtriatus, piloſus, præſertim baſi, ſcabriuſculus, ſubnudus, ſimpliciſſimus.

Folia *radicalia* petiolata, bipollicaria, oblonga vel ſubſpathulata, dentato-ſubrepanda: dentibus inæqualibus mucrone terminatis; piloſa, ſupra ſcabriuſcula, venoſa, baſi parum anguſtiora, per petiolum parum decurrentia. *Caulina* pauca, tria infima verſus baſin caulis approximata; lanceolata, ſeſquipollicaria, ſeſſilia, remota denticulata: dentibus utrinque quatuor vel quinque; tria ſuperiora remote, unguicularia, lineari-lanceolata, integerrima, erecta.

Petioli radicalium longitudine foliorum, hirſuti, plani.

Flores quinque, pedunculati, alterni, verſus apicem caulis.

Pedicelli teretes, hirſuti: folium lineari-lanceolatum ad baſin ſinguli pedicelli & aliud in medio.

Calyx ſimpliciſſimus: *foliola* 12. lineari-oblonga, longitudine floſculorum.

Pappus ſeſſilis, ad lentem pilis minutiſſimis denticulatus.

angulata 23·24. CACALIA herbacea, glabra, foliis inferioribus oblongis dentatis angulatis petiolatis, corymbis decompoſitis.

Cacalia ſonchifolia. Forsk. Catal. pl. Arab. no. 485.

Habitat in Arabia felici.

Caulis herbaceus, ſtriatus, ſuperne diviſus. *Rami* floriferi ſuperne, glabri, elongati, aphylli, laterales caule altiores.

Folia inferiora in petiolum attenuata ſeſquipollicaria, oblonga, angulato-dentata, glaberrima, avenia, acuta, interdum baſi ſinuata, lobulo utrinque lanceolato ſubdentato; ſuperiora ſub ramis lanceolata, integerrima, ſeſſilia.

Petiolus folio triplo brevior, amplexicaulis, ſuperne dilatatus.

Corymbi decompoſiti. *Folium* ſetaceum ſub pedunculis & pedicellis. *Pedicelli* capillares, verſus apicem folio ſetaceo.

Calyx cylindricus multiflorus, ecalyculatus; *foliolis* quinque, lineari-lanceolatis.

ſempervirens. 28. CACALIA carnoſa, caule erecto, foliis lanceolatis obtuſis, pedunculis ſubgeminis terminalibus unifloris.

Cacalia ſempervirens: foliis carnoſis, ſeſſilibus, lanceolatis confertis. Forsk. Deſcr. pag. 416.

Caulis vix pedalis, inferne folioſus.

Folia ſeſſilia, bipollicaria, carnoſa, lanceolata, conferta, glabra, obtuſa, nitida, plana, ſubtus carinata.

Pedunculi

Pedunculi terminales, plerumque gemini, ſpithamæi, erecti, albo punctati, verſus apicem ſquamis adſperſi.

Calyx polyphyllus, multiflorus.

Corollulæ purpureæ.

EUPATORIUM.

EUPATORIUM foliis cordato-ovatis attenuatis crenato-dentatis: lobis divaricatis, caule volubili, ramis glabris. *ſcandens.*

Eupatorium ſcandens: caule volubili, foliis dentatis acutis. Lin. S. V. pag. 735.

EUPATORIUM foliis cordato-ovatis crenatis acutis: lobis parallelis, caule volubili, ramis petiolisque villoſis. *volubile* 3·4.

Habitat in India orientali.

Ab Eupat. ſcandente differt: ramis, petiolis, nervis foliorum ſubtus pedunculisque villoſis: foliis minus attenuatis: lobis non divaricatis, ſed parallelis: Pappo purpuraſcente nec cano. Alium Eupatorium e Madagaſcaria vidi in omnibus ſimillimum, niſi quod totum glabrum. An ſpecie diverſum?

EUPATORIUM foliis cordatis ſcabris ſubdenticulatis, ramis angulatis. *denticulatum* 3·4.

Habitat in Surinamo.

Caulis ſcandens. *Rami* quinquangulares; angulis acutis, exſtantibus.

Folia petiolata, bipollicaria, cordata, obtuſiuſcula, ſcabra, ſubtus pallidiora, tenuiſſime & rare piloſa, minute denticulata, interdum integerrima.

Corymbi ramos & ramulos terminantes. *Pedicelli* umbellati, filiformes, ſcabri, angulati.

Calyx tetraphyllus: *foliolis* linearibus, æqualibus, pappo brevioribus.

Corollulæ quatuor.

Pappus purpuraſcens.

EUPATORIUM foliis cordato-ovatis acuminatis integerrimis ſubtus ſubtomentoſis, floribus corymboſis, caule ſcandente. *amarum* 3·4.

Eupatorium parviflorum caule volubili, foliis cordatis, calycibus tetraphyllis quadrifloſculoſis. Aubl. fl. Gu. pag. 797. tab. 315.

In Caribæis legit Dn. Martfelt, in Surinamo Dn. Rolander.

Syn. Eupator. caule volubili, fol. oppos. ovatis paniculato racemoso – La Mark – 407.

Rami craſſitie pennæ cygneæ, glabri, ſtriati: *ramuli* axillares, palmares, floriferi.

Folia petiolata, late-ovata, tripollicaria, latitudine & longitudine æqualia, integerrima, ſupra glabra, nervoſa; ſubtus e pilis minutis ſtellatis, oculo armato videndis, leviter tomentoſa, venoſa venis exſtantibus: ramulorum pollicaria, ſurſum verſus ſenſim minora.

Corymbi ex alis ultimis foliorum ramulorum & apice. *Pedunculi* oppoſiti, angulati: *partiales* umbellati, quini, ancipites, ſuperne latiores. *Pedicelli* terni, triflori: *flores* ſeſſiles. *Folia* gemina, linearia, ad baſin pedunculorum partialium & florum.

Calyx tetraphyllus: foliolis ſtriatis, duobus tenerioribus.

Semina quatuor, angulata. *Pappus* calyce longior, purpuraſcens.

ſtipulaceum 10-11. EUPATORIUM folis haſtatis utrinque acutis trinervatis ſtipulatis, floribus corymboſis, caule ſcandente.

Habitat in Braſilia.

Caulis glaberrimus, ſubtiliſſime ſtriatus.

Folia petiolata, ſesquipollicaria vel ultra, haſtata, mucronata, baſi acuminata, venoſa, trinervata, ſupra glaberrima, ſubtus oculo armato leviſſime villoſa: lobi ovati, acuti, poſtice obliqui, ſæpe denticulo uno vel altero minuto.

Petiolus folio brevior. *Stipulæ* duæ utrinque, cuneiformes, ſemiunguiculares, mucronatæ.

Corymbi axillares & terminales, compoſiti, pedunculati. Folia duo ſub pedunculis partialibus, ſtructura foliorum caulis. *Pedunculi* partiales terni, trifidi, multiflori. *Pedicelli* capillares, verſus florem bractea ſetacea.

Calyx ſimplex, glaber: *foliolis* quatuor, linearibus.

Corollulæ quatuor.

Semina longitudine calycis. *Pappus* purpuraſcens.

trifidum 13-14. EUPATORIUM foliis tripartitis: floralibus indiviſis, caule ſcandente.

Habitat in Caribæis.

Caulis ſubtiliſſime ſtriatus, vix pubeſcens.

Folia petiolata, alterna, tripartita: *laciniis* lanceolatis, attenuatis, extrorſum ſerratis, glabris; ſumma indiviſa, lanceolata, integerrima, unguicularia.

Corymbi ex axillis ſupremis & terminales, longe pedunculati, compoſiti. *Pedunculi* partiales & pedicelli ſubpubeſcentes.

Calyces glabri, quinqueflori: *foliolis* glabris, circiter 10, linearibus, extimis 5 breviſſimis.

coriaceum 15-16. EUPATORIUM foliis ellipticis coriaceis glabris extrorſum dentatis.

Habitat in America meridionali? ♄.

Folia petiolata, quadripollicaria, elliptica, mucronata, glaberrima, nervoſa: nervis oppoſitis; extrorſum verſus dentibus utrinque tribus remotis.

Petiolus pollicaris, baſi dilatatus.

Corymbi terminales, ſupradecompoſiti. *Pedunculus* communis pubeſcens: *pedicelli* baſin verſus adſperſi ſquamis minutis.

Calyx imbricatus, ſeptemflorus: *ſquamis* exterioribus ovatis, brevioribus, interioribus longioribus, linearibus.

Pappus purpuraſcens, calyce duplo longior, ſubſimplex.

diffuſum 17-18. EUPATORIUM foliis ovatis ſerratis trinervatis, panicula ramoſiſſima diffuſa.

Habitat in America meridionali.

Planta tota glabra.

Caulis herbaceus.

Folia petiolata, oppoſita, utrinque acuta.

Panicula terminalis, magna, pedalis. *Pedicelli* ultimi capillares. Folia anguſta, oppoſita, ad omnes ramificationes, ſenſim minora.

Calycis *foliola* lanceolata, exteriora breviora.

Corollulæ 8.

Pappus albus, longitudine calycis.

EUPATORIUM foliis ovatis denticulatis ſubtus tomentoſis, petiolis auriculatis caule ſcandente, floribus ſpicatis. Tab. LXXII. *auriculatum* 18-19.

Habitat in Braſilia ♄.

Caulis lignoſus. *Rami* ſtriati, tomentoſo-incani, ætate calvi.

Folia petiolata, alterna, bipollicaria vel minora, remota, ovata, acuta, minutim denticulata, ſuprema integerrima, ſupra glabra, ſubquinquenervia, ſubpunctata, ſubtus tomentoſa, incana, ſimpliciter venoſa.

Petiolus tomentoſus, ſemipollicaris; baſi utrinque *auriculo* ſemiovato, tomentoſo, ſemiunguiculari, ad ultima folia floralia rudimentum tantum hujus.

Spica compoſita, flexuoſa, axillaris & terminalis. *Spiculæ* alternæ. *Flores* plerumque geminati, diſtantes; unicus in axillis ramorum Spicæ.

Calyx glaber: *foliolis* 8, linearibus, fuſco-ferrugineis: baſi ſquamis paucis, minutis, tomentoſis.

Corollulæ 7.

Stylus corollula dimidio longior.

Pappus calyce parum longior, albus, ad lentem ſerratus.

EUPATORIUM foliis oppoſitis decuſſatis, ovatis ſubſerratis, ſubtus villoſo-tomentoſis calycibus 8-15 floris, caule fruticoſo. Swartz. prodr. pag. 111. *villoſum.*

Rami molliter villoſi.

Folia petiolata, ſeſquipollicaria vel minora, ovata, parum attenuata, integerrima vel ſubſerrata, obtuſiuſcula, trinervia, juniora utrinque villoſa, inferiora ſupra glabra, ſcabriuſcula.

Corymbi terminales, decompoſiti. *Pedunculi* & *pedicelli* villoſo-tomentoſi. Folia ſetacea, brevia, ad ramificationes.

Calycis *foliola* linearia, pubeſcentia.

Corollulas ſedecim numeravi, parvas.

Semina longitudine calycis. *Pappus* ſordidus, calyce longior.

EUPATORIUM incanum, foliis ovatis ſublobatis integriſque, ſubtus molliſſimis trinerviis, corymbis ſimplicibus. Tab. LXXIII. *caneſcens* 18-19.

Ex Inſula St. Crucis miſit Dn. Dr. Pflug & West ♄.

Frutex ramoſus. *Rami* cortice ſubcineraſcente. *Ramuli* oppoſiti, brachiati, patentes, uti rami ſuperne, incani, molliſſimi.

Folia petiolata, oppoſita: ramorum pollicaria, obtuſiſſima, crenis 1. 2, magnis ſublobata, ſupra viridiora, ſubtus incana molliora: ramulorum unguicularia, ſurſum verſus ſenſim minora, inferiora obſcure lobata, ſuperiora integra, utrinque incana mollia: omnia trinervia nervis ſubtus magis conſpicuis, ſæpe ſubtus obſcure venoſa, plerumque avenia.

Corymbi ex apice ramorum & ramulorum, ſimplices, pauciflori.

Calyx cylindricus, ſubvilloſus: *foliolis* linearibus, obtuſis, pallide ſtriatis, extimis brevioribus.

Floſculi decem.

Semina nigra, ad lentem angulata villiſque minutis adſperſa.

EUPATORIUM foliis cordatis trinervatis ſerratis ſubtus cauleque pubeſcentibus. *macrophyllum* 22-23.
Eupatorium petaſitidis folio. Plum. ſpec. 10. ic. 129.

Eupatorium macrophyllum: foliis cordatis trinervatis ſerratis. Lin. Spec. pl. pag. 1175.

Habitat in Caribæis.

Caulis herbaceus, craſſitie pennæ cygneæ, ſtriatus, pubeſcens. *Rami* axillares, erecto-patentes.

Folia oppoſita, petiolata, magna, cordata, ſupra glabra, venis exceptis, ſubtus pubeſcentia, pallidiora; trinervata, venoſa, obtuſe ſerrata, acuta: ſuprema ſæpe alterna.

Petiolus bi-ſ. tripollicaris.

Corymbi terminales & axillares, pedunculati, decompoſiti, denſi.

Calyx laxe imbricatus: *foliola* lanceolata, pallide viridia, ſubtiliſſime ſtriata.

Corollulæ circiter viginti, longitudine Calycis.

Plumierii Eup. petaſitidis quoad figuram exacte convenit cum mea planta ideoque non dubito quin eadem ſit. Folia quidem quaterna Eup. petaſitidis tribuit Burmannus, ſed nil de numero harum habet Plumierius. Conjicio quod tres partes, propter magnitudinem uti abſciſſæ delineatæ in icone Plumierii, quarum duæ ad ramos potius pertinent, tertia vero ſolummodo ad petiolum, omnes minus recte a Cel. Burmanno pro petiolis ſunt habitæ.

atriplicifolium 23-24. EUPATORIUM foliis triangulari-ovatis obtuſe-ſerratis acutis punctatis trinerviis margine ſcabris.

In Inſula St. Crucis legit Dn. West ♄.

Rami ſuperne cineraſcentes, teretes, vix ſtriati, pubeſcentes.

Folia oppoſita, petiolata pollicaria, acuta, groſſe obtuſe-ſerrata, ſupra viridia, ſubtus pallidiora, nervis ad lentem villoſis, utrinque adſperſa punctis minutis numeroſiſſimis, ſubtus magis conſpicuis purpureoque micantibus.

Corymbi terminales, ſubſimplices: ſeſſiles, vel breve pedunculati.

Calyces cylindrici, glabri, arcte imbricati: *foliolis* linearibus, obtuſis, pallide ſtriatis, apice coloratioribus.

Floſculi circiter 20.

Semina fuſca, glabra, angulata.

Infloreſcentia & calyces Eupat. odorati, diverſum foliis ad apicem usque obtuſe-ſerratis nec tantum baſi dentatis, ſubtus quidem pallidioribus nec molliter villoſis. Eupatorio Plum. ic. tab. 130. fig. 1. haud abſimile, ſpecie tamen differre credo, cum noſtrum gaudet foliis magis elongatis nec latitudine & longitudine fere æqualibus, apice acutis non vero obtuſis, ſerraturis frequentioribus minime vero crenis paucis latis, calycibus minoribus, præſertim vero cum nuper ex India occidentali alium Eupatorium obtinui, in variis a deſcripto diverſum, cum figura Plumierii autem optime conveniens.

conyzoides 23-24. EUPATORIUM foliis ovatis-attenuatis acute ſerratis trinerviis ſupra glabris, calycibus arcte imbricatis.

Habitat in America meridionali? Dn. Thouin.

Rami ſtriati, pubeſcentes.

Folia ovata, acuminata, acute ſerrata, trinervia, ſupra glabra, ſubtus vix pubeſcentia, ſesquipollicaria.

Corymbus terminalis, ſubſimplex, pauciflorus. *Pedunculi* partiales triflori: *pedicellis* unifloris.

Calyx Eupat. odorati at major, cylindricus, ſuperne parum latior. *Foliola* linearia, pallida, apice rotundato fuſco.

Corollulæ

Corollulæ numeroſæ.

Semina triquetra, calyce breviora. *Pappus* calyce parum vix longior, albus.

Calycibus majoribus a reliquis diſtinguitur. Refert quoad folia Eupator. et — differt vero floribus majoribus — Vahl. (T. 87.)

EUPATORIUM foliis lanceolatis triplinerviis integerrimis glabris. *triplinerve* 24·25.

Ex Inſula St. Crucis miſit Dr. Pflug.

Caulis teres, glaber, ſubtiliſſime ſtriatus, ramoſus: *rami* patentes, floriferi.

Folia oppoſita, baſi attenuata, ſubſeſſilia, bi-ſ. tripollicaria, glaberrima, venoſa.

Panicula terminalis, ſubtrichotoma. *Pedunculi* partiales vix pubeſcentes. *Pedicelli* ultimi pollicares, filiformes: *folium minutum ad baſin ſinguli.*

Calyx polyphyllus: *foliolis linearibus, ſubæqualibus, acutis, apice villoſis purpuraſcentibus, extimis brevioribus.*

Floſculi ultra viginti, apice purpurei.

Stigmata corollula dimidio longiora. *Pappus* albidus, longitudine calycis.

Habitu ad Caleam oppoſitifoliam accedit, at receptaculo nudo diverſum, præterea caulis & folia glaberrima nec ut in C. oppoſitifolia ſecundum Dn. Swartz. obſ. pag. 302. pubeſcenti mollia; flores ſinguli pedicellati, nec tres ſeſſiles in pedunculis.

BACCHARIS.

BACCHARIS foliis oblongis ſeſſilibus rigidis argute ſerratis venoſo-reticulatis, corymbo terminali, floribus congeſtis. *arbutifolia* 4·5.

Habitat in Peru. Dn. Schumacher ♄.

Frutex glaberrimus. *Rami* cicatricati, linea utrinque e baſi coſtæ foliorum decurrente.

Folia fere Arbuti modo breviora, lævia, venoſo-reticulata, ſeſſilia, baſi parum anguſtiora, argute ſerrata, inferne verſus integerrima, erecta, ſubimbricata.

Corymbi ſimplices, terminales. *Pedunculi* angulati, folio lanceolato inſtructi. *Flores* globoſi.

Calycis *ſquamæ* ovatæ, apice fuſcæ.

Floſculi plurimi, capillares, foeminei tam in diſco quam in radio.

Pappus obſcure ferrugineus.

BACCHARIS foliis oblongis ſeſſilibus dentatis integriſque, floribus terminalibus ſeſſilibus. *ſeſſiliflora* 4·5.

Habitat in Braſilia ♄.

Tota glabra. *Rami* ſuperne lineis decurrentibus ſubangulati.

Folia ſeſſilia, inferiora alterna, ſuperiora oppoſita, ſemipollicaria vel minora, obovata vel ſubrotunda plerumque dentibus 3-4 utrinque, ſuperiora interdum unico interdum nullo, ſubcoriacea, nervoſa, præſertim ſubtus, lævia, abſque glaucedine ut in halimifolia.

Flores duplo majores quam in B. halimifolia, tres vel quatuor in apice ramorum, ſeſſiles, cylindrici, glabri.

Calycis *foliola* ovato-lanceolata, obtuſiuſcula, intima acuta.

Semina ſtriata. *Pappus* rufeſcens, calyce longior, faſtigiatus.

villoſa 5-6. BACCHARIS foliis lanceolatis petiolatis extrorſum ſerratis ſubtus ramisque villoſo-ſubtomentoſis.

Habitat in monte Chadra Arabiæ felicis. Forsk. ♄.

Odor fragrans. Forsk.

Maxime affinis eſt Bacch. dioſcoridis, cum vero in plurimis ab illa recedit, ſpecie differre omnino perſuaſus ſum. Dignoſcitur a Bac. Dioſcoridis ſequentibus:

Ramis, foliis ſubtus, pedunculis pedicellisque villoſo-ſubtomentoſis.

Foliis anguſtioribus, inferne verſus attenuatis in petiolum, baſi absque ſerraturis vel auriculis ſtipuliformibus.

Corymbis longe pedunculatis, faſtigiatis: *pedunculis* ſpithamæis: *foliis* ſub ramificationibus ſubulatis.

Calycis *foliolis* ſetaceis nec lanceolatis.

Pappo helvolo.

tridentata 7-8. BACCHARIS foliis ſeſſilibus cuneiformibus lævibus apice tridentatis.

Habitat in Braſilia ♄.

Rami teretes, vix villoſi, virgati. *Ramuli* alterni, e linea utrinque a baſi folii decurrente ſubangulati.

Folia alterna, pollicaria, ſuperne & ramulorum vix unguicularia, baſin verſus attenuata, parum infra apicem utrinque denticulo, rarius gemino, obtuſa, ſubcoriacea, ſubtus venoſa, ad lentem quaſi pulverulenta, coeterum glabra.

Corymbi ex apice ramulorum vel ex ultimis axillis, ſimplices: folium parvum ad baſin ſinguli pedicelli, cuneiforme, integerrimum.

Calycis *foliola* ovata, colorata, margine ſubvilloſa.

Floſculi copioſi, tenuiſſimi.

Semina parva, ovata, glabra, ſtriata. *Pappus* purpuraſcens, calyce parum longior.

An dioica? Cum flores tantum femineos inveni in quotquot examinavi.

dioica 7-8. BACCHARIS folis cuneiformibus ſubretuſis integerrimis lævibus trinerviis, floribus dioicis. Tab. LXXIV.

Habitat in Montſerrat. Dn. v. Rohr & Dn. Ryan ♄.

Rami e lineis decurrentibus ſubangulati, ſtriati, glabri.

Folia alterna, ſubſeſſilia, pollicaria vel parum ultra, craſſiuſcula, utrinque ſubavenia, lævia, glabra, trinervia: nervis verſus apicem evaneſcentibus.

Pedunculi ex apice ramulorum, ſolitarii, breves. *Flores* quatuor ad ſeptem ſesſiles, conferti, ſubcapitati.

Calyx imbricatus: *foliolis* ovatis, vix villoſis, acutiuſculis, pallide viridibus.

Flores *maſculi* in diſtincta planta: *corollulæ* plures, quinquefidæ, calyce longiores: *laciniis* lanceolatis.

Anthera cylindrica, corolla longior.

Germina abortientia.

Flores *foeminei* anguſtiſſimi: *laciniis* ſetaceis.

Stylus corolla longior.

Pappus ruffo-ferrugineus, calyce longior.

Hanc omnino eſſe dioicam in ſolo natali obſervarunt viri oculatiſſimi Dn. von Rohr & Dn. Ryan, quod quoque e pluribus ſpeciminibus, a viris illuſt. miſſis, perſpexi. Mas primo

intuitu

intuitu a foemina dignoſcitur corollis majoribus antheriſque pallide flavis exſertis, coeterum quoad reliqua in omnibus ambæ conveniunt.

ARNICA.

ARNICA foliis ellipticis ſubtus tomentoſis baſi emarginatis, ſcapo unifloro, calyce radium æquante. *piloſelloides.*

Arnica piloſelloides foliis ellipticis villoſis, ſcapo unifloro aphyllo, calyce radium æquante. Lin. S. V. pag. 768.

ARNICA foliis ellipticis ſubtus lanatis baſi integris, ſcapo unifloro calyce radio breviore. *hirſuta* 2-3.

Arnica hirſuta; foliis oblongis hirſutis tomentoſis, ſcapo nudo unifloro. Forsk. deſcr. pag. 151.

Caput radicis, uti ſcapi inferne, petioli & folia ſubtus, valde lanatum.

Maxime affinis Arn. piloſelloidi, ut ægre limites inveniuntur. Differre videtur: foliis rigidioribus ſubtus quidem lanatis ut in illa ſed abſque villis denſis in ipſo margine, ad inſertionem petioli integris nec ſinu emarginatis, altero latere baſi parum brevioribus: petiolis foliis duplo longioribus: ſcapis altioribus: radiis corollæ longioribus extus violaceis intus albis, nec flavis.

HYPHYDRA.

HYPHYDRA. Schreb. gen. pag. 666.

Eriocaulon amplexicaule, culmo repente angulato; foliis confertis, canaliculatis, ſemiamplexicaulibus; floribus capitatis difformibus. Rottböl. diſſ. deſcript. plant. rar. Surin. pag. 4. tab. 1. fig. 1. fide herbarii Cel. viri. *amplexicaulis.*

Tonina fluviatilis. Aubl. fl. Guian. pag. 857. tab. 330.

In Cajenna legit Dn. von Rohr & ſpecimen communicavit.

ARISTOLOCHIA.

Ariſtolochia grandiflora Symb. bot. 2. pag. 94. tab. 47. ſpecie differt ab Ariſtol. grandiflora Swartzii monente ipſo viro Cel. uti & Dn. von Rohr; deleatur igitur nomen & ſub ſequenti reſtituatur:

ARISTOLOCHIA foliis cordatis, pedunculis ſolitariis, corollis bilabiatis: labio inferiore lanceolato, ſuperiore ſpathulato *ringens.*

Loco caudæ in deſcriptione corollæ lege: labium inferius dodrantale, lanceolatum, obtuſum.

GARCIA. Rohr in Act. ſoc. h. nat. havn. 2. P. I. pag. 217. tab. 9.

Character eſſentialis.

♂ Cal. bipartitus. Cor. 10-11. petala. *Nectar.* glandulæ binæ ad baſin ſinguli filamenti.

♀ Cal.

♀ Cal. ut in mare. Corol. 7. 8. 9. petala. *Nectar.* margo glanduloſus germen cingens. Caps. tricocca, 3. locularis, 3. valvis. *Sem.* ſolitaria.
Monoecia polyandria.

nutans. GARCIA nutans. Vahl. l. c.
Prope St. Martham Americes legit Dn. Rohr.
Arbor *ramis* teretibus, verſus apicem incanis.
Folia petiolata, alterna, oblonga, glabra, integerrima, acuminata.
Flores in apice ramorum, ſubracemoſi, circiter 6., maſculi in diſtincto ramo a foemineis.
Petala linearia, ſubtus pilis longis denſiſſimis tecta, ſupra purpuraſcentia, pilis brevioribus obſita.
Stamina numeroſa.
♀ Pistillum *germen* obſcure trigonum. *Stylus* unicus. *Stigma* trilobum.

HYDNOCARPUS. Gærtn. de fruct. pag. 288. tab. 60. fig. 3.

Character eſſentialis.
♂ Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala. *Nectarium* ſquamæ quinque.
♀ Bacca ſupera.

inebrians. HYDNOCARPUS.
Makulu. Lin. fl. zeyl. no. 637.
Hydnocarpus venenata. Gærtner. l. c.
Habitat in Ceylona. Dn. König ♄.
Arbor. *Rami* teretes, flexuoſi, glabri, cortice cinereo.
Folia petiolata, alterna, patentia, palmaria vel ſubſpithamæa, pollices duos vel ultra lata, lanceolata, vel lanceolato-elliptica, acuminata, remote & leviter ſerrata, acumine integerrimo, utrinque glabra, ſupra venoſa nitida, ſubtus pallidiora, nervoſa, avenia: venæ ſupra in arbore foemineo obſcuriores.
Petiolus ungicularis.
Pedunculi axillares, petiolo parum breviores, ſolitarii, multiflori. *Flores* maſculi in diſtincta arbore, ſubumbellati, parvi: *pedicelli* breves, e villis denſis, uti pedunculi & calyces griſeo-flaveſcentes.
♂ Cal. *perianthium* pentaphyllum: *foliolis* duobus exterioribus ovatis, interioribus tribus ſubrotundis parum majoribus.
Cor. *petala* quinque, oblonga, longitudine calycis, margine villoſo-albida.
Nectarium ſquama ad baſin ſinguli petali, ovata, extus glabra, intus e pilis brevibus denſis aureo nitentibus tomentoſa, petalis parum brevior.
Stam. *filamenta* quinque, ovata, craſſiuſcula, acuminata, longitudine petalorum. *Antheræ* erectæ, angulatæ, oblongæ, parvæ.
Bacca globoſo-depreſſiuſcula, magnitudine pruni, tomento ſordide flaveſcente tecta.

Flores foemineos non vidi, in ſpeciminibus a Königio miſſis fructus tantum adeſt.

TRIPLARIS.

TRIPLARIS mas. *americana.*

Folia ut in foemina.

Spicæ axillares & terminales, geminæ, ſæpe quaternæ, teretes, breviter pedunculatæ, ſpithameæ vel minores, inæquales, hirſutæ, craſſitie pennæ anſerinæ: *Flores* numeroſiſſimi totam ſpicam obtegentes.

Pedunculus hirſutus: pilis ſubfulvis. *Bractea* late-ovata, bilinearis, intus concava, glabra, extus convexa, hirſuta, florem fovens.

Calyx parvus, vix magnitudine bracteæ, monophyllus, extus hirſutus, intus glaber, 6-fidus: *laciniis* alternis, ovatis, acutis, brevioribus, alternis lineari-bus parum longioribus.

Corolla nulla.

Stamina *filamenta* octo, glabra, calyce parum longiora.

Arbor revera dioica. Corpuſcula tria in planta foeminea, quæ Jacquinio & Rottböllio ſtamina audiunt, minime ſtamina eſſe confirmavit Dn. von Rohr, qui tam marem quam foeminam florentem examinavit & ſpecimina utriusque ſexus cum amico Dn. Lund communicavit. Corpuſcula a me parte 2da Symbolarum p. 100. petala nominata, nectaria ſtamina mentientia vocat optimus von Rohr.

GOUANIA.

GOUANIA foliis ovatis crenatis eglanduloſis glabris, racemis lateralibus. *domingenſis* 1.

Gouania domingenſis. Lin. S. V. pag. 912.

Gouania domingenſis foliis ovatis acuminatis ſerratis ſubglabris viridibus. La Mark Encycl. 3. P. I. p. 4.

GOUANIA foliis ſubcordato-ovatis, ſerrato-inciſis ramisque villoſis. *inciſa* 2.

Gouania mauritiana foliis ſubcordatis acutis inæqualiter ſerratis tomentoſis, tomento juniorum partium ferrugineo. De la Mark Encycl. 3. P. I. p. 4.

Habitat in Inſula Borboniæ. Dn. Jussieu ♄.

Rami teretes, villis ferrugineis, uti petioli ſericei.

Folia petiolata, alterna, bipollicaria, baſi ſinu parvo ad inſertionem petioli, profunde ſerrata, præſertim inferiora: ſerraturis mucronatis, nervoſa, vix venoſa, acuminata, nervis villoſis; tenella conduplicata utrinque ſericea.

Stipulæ lanceolatæ, ferrugineæ. *Cirrhus* ex apice ramulorum, ſimpliciſſimus.

GOUANIA foliis cordato-ovatis glanduloſe ſerratis ſcabriuſculis, racemis terminalibus pubeſcentibus. *tiliæfolia* 3.

Gouania tiliæfolia foliis cordatis acuminatis rariter dentatis utrinque glabris. La Mark. Encycl. 3. P. I. pag. 5.

Habitat in Inſula Borboniæ. Dn. Jussieu ♄.

Rami purpuraſcentes, flexuoſi, teretes, ætate glabri.

Folia petiolata, alterna, bipollicaria & ultra, late ovata, baſi ſinu parvo exciſa, oblique nervoſa, ſcabriuſcula, glabra, obſcure venoſa, obtuſe remotiuſcule ſerrata, ſubtus punctum fuſcum ad apicem ſingulæ ſerraturæ, acuminata: acumine obtuſo. *Petioli* pollicares, piloſi utrinque glandula fuſca. *Cirrhus* inter folium terminale & pedunculum purpuraſcens.

Pedunculus ex apice ramulorum, palmaris, villoſus. *Flores* ſparſi, copioſi. FRUCTUS obovatus, glaber, magnitudine piſi.

MIMOSA.

triquetra 20-21. MIMOSA inermis, procumbens, foliis bijugis, capitulis ſubrotundis, caulibus inferne compreſſis ſuperne triquetris.

Mimoſa natans inermis, procumbens, foliis bijugis, capitulis ſubrotundis floribus decandris: radialibus ſterilibus majoribus. LIN. Suppl. pag. 439. Syſt. Veget. pag. 914.

CAULES tenues, pedales, ſimplices, glabri, inferne compreſſi, ſuperne ſtriati triquetro-angulati.

FOLIA petiolata, bijuga. *Foliola* vix pollicaria circiter 12juga: *pinnæ* lineares, obtuſæ, mucronatæ, glabræ, ope lentis remote ciliato-ſerratæ.

Petioli eglandulosi. *Stipulæ* ſemicordatæ, attenuatæ, glabræ.

Pedunculi axillares, ſolitarii, folio breviores, in medio foliis duobus oblongis.

Flores in capitulo globoſo, magnitudine piperis.

LEGUMINA circiter 6, unguicularia, pedicellata, oblonga, compreſſa, glabra, tetraſperma.

Male inter Mimoſas foliis ſimpliciter pinnatis collocata fuit a Dn. MURRAY.

natans 20-21. MIMOSA foliis bipinnatis bi-ſ. trijugis: foliolis 13jugis, capitulis oblongis, caule flexuoſo inferne radicante.

Nitti-todda-vaddi. RHEED. Mal. 9. p. 35. t. 20.

Neptunia oleracea. LOUREIRO. fl. Cochinch. pag. 655.

Habitat in aquis dulcibus Ind. Orient. caulibus aquæ innatans.

CAULES herbacei, angulati, glabri, inferne ad genicula radiculas fibroſas emittentes.

FOLIA petiolata, bi-ſ. trijuga. *Pinnæ* parvæ, intimæ minores, lineari-oblongæ, integerrimæ.

Glandulæ nullæ. *Stipulæ* ovato-rhomboideæ, obtuſiuſculæ.

Pedunculi axillares, ſolitarii, quinquepollicares, *ſpica* oblonga, ante floreſcentiam nutans; *floſculi* inferiores parum remotiores, ſteriles, majores.

LEGUMINA compreſſa, pollicaria.

Hanc ſub nomine M. natantis ſemper miſit Celeb. KÖNIGIUS; illa vero, quæ ſub hoc nomine in Suppl. occurrit triquetram nominavit. Prior planta aquatica, altera vero minime; nomen igitur triviale LINNÆI peſſimum in altero mutavi & huc transtuli.

odoratiſſima. MIMOSA inermis, foliis bipinnatis: quadrijugis: multijugis, foliolis oblongis obtuſis, paniculis virgatis: ſpiculis globoſis. LIN. Suppl. pag. 437. S. V. p. 915.

Acacia non ſpinoſa ſesban Egyptiacæ foliis, ſubtus glaucis; cherymarum malabarorum. PLUKN. Amalth. pag. 3. tab. 351. fig. 4.

RAMI villoſi, ſubcaneſcentes.

Petioli caneſcentes. *Glandula* oblonga, ſeſſilis, verſus baſin petioli univerſalis.

Pedicelli ſæpe 2. 4. ex eodem puncto.

MIMOSA foliis bipinnatis multijugis, glandula petiolaris interque duo extima, ſpicis axillaribus, leguminibus alatis. *pterocarpa* 33-34.

Acacia non ſpinoſa, floſculis ſtamineis aureis, Tamariſci in modum ſpicatis Owlamarum Malabarorum. PLUKN. mant. P. I. tab. 329. fig. 3.

Mimoſa pterocarpa. LA MARK. Encycl. Tom. I. P. I. pag. 13.

Habitat in Inſula Franciæ. Dn. JUSSIEU ♄.

RAMI inermes, glabri, ſuperne obſcure angulati, punctis rarioribus minutis adſperſi.

FOLIA petiolata, bipinnata, 24juga, intima minora: *foliola* 50juga vel ultra: *pinnæ* minutæ, glabræ, ad lentem venoſæ, acutæ.

Petioli ſupra canaliculati, glabri, baſi purpuraſcentes. *Glandula* oblonga, fuſca, verſus baſin petioli & inter 2 vel 3 paria extima, cava.

Stipulæ ſetaceæ.

SPICÆ inferiores axillares, ſimplices ſolitariæ, folio breviores; ſupremæ ſubracemoſæ, geminatæ, bipollicares. *Flores* alterni, approximati, numeroſi.

CALYX glaber.

LEGUMEN parum compreſſum, pollicare, lineari-lanceolatum, membrana longitudinaliter cinctum.

Facies M. catechu, diverſa abſentia ſpinarum, ſpicis brevioribus, calycibus glabris nec incanis.

ACROSTICHUM.

ACROSTICHUM frondibus ternatis: ſterili folio terminali ovato inciſo, lateralibus trilobis: fructificante lineari. RETZ. obſ. 6. pag. 39. *quercifolium.*

Oſmunda trifida ſcapis radicatis; fronde ternata. JACQU. Collect. Vol. 3. tab. 20. fig. 3.

Foliola lateralia frondis fructificantis interdum bifida: intermedium interdum pinnatifidum apice dilatatum.

PTERIS.

PTERIS fronde ſubtus farinoſo-nivea inferne tripinnatifida ſuperne bipinnatifida: laciniis ovatis obtuſis. Tab. LXXV. *farinoſa.*

Pteris farinoſa; pinnis primariis ſeſſilibus, oppoſitis: ſupremis concatenatis, inferioribus remotis; ſecundariis connatis; ſubtus farinoſo-tomentoſis. FORSK. Deſcr. pag. 187.

STIPES ſemipedalis, niger, lævis, nitidiſſimus, glaber, altero latere convexus.

FRONS ſemipedalis, inferne tripinnatifida, ſuperne bipinnatifida, apice pinnatifida. *Foliola* ſeſſilia, bipollicaria, ſurſum verſus ſenſim minora, utrinque circiter 13. ſubtus pulvere niveo tecta, par infimum remotum: inferiora 6. oppoſita, reliqua alterna. *Pinnæ* lineari-lanceolatæ, obtuſæ, latere inferiore longiores, ſuperiore breviores; inferiores in foliolis infimis ſeſſiles, exteriores ut in foliolis inſequentibus decurrentes, pinnatifidæ: *Laciniæ* ovatæ, obtuſæ, alternæ.

POLYPODIUM.

ſtellatum 2·3· POLYPODIUM frondibus lanceolato-linearibus obtuſis integerrimis ſubtus incanis fructificationibus ſolitariis, ſurculis repentibus hirſutis.

Polypodium ſerpens: frondibus linearibus obtuſis pubeſcentibus, fructificationibus ſerialibus, ſtolonibus repentibus. Forst. prodr. pag. 81. No. 435.

Dedit Dn. Fabricius.

Surculi repentes, tenues, pilis ferrugineis adpreſſis hirſuti. Radiculæ tomentoſæ.

Stipites ſparſi, bi-ſ. tripollicares, altero latere convexi, altero planiuſculi, incani e villis adpreſſis oculo armato videndis.

Frons quadripollicaris, lineari-lanceolata, obtuſa, baſi attenuata acuta, integerrima, plana, ſubtus villis minutis ſtellatis incana, ſupra glabra.

Fructificationes in ſerie ſimplici longitudinali ad marginem, confluentes, ferrugineæ, villoſæ.

A Polypodio ſerpente Swartzii omnino diſtinctum.

immerſum 3·4· POLYPODIUM frondibus oblongo-lanceolatis oblongisve obtuſiſſimis baſi acutis integerrimis glabris, frutificationibus ſerialibus immerſis.

Habitat in India orientali. Dn. Dr. König.

Stipites plures, aggregati, unguiculares vel pollicares, ſupra planiuſculi, ſubtus carinati, glabri, læves.

Frondes indiviſæ, tri-vel quadripollicares, lanceolato-oblongæ, pollicem latæ, interdum oblongæ medio dilatatæ, pollicesque binos latæ, integerrimæ, baſi parum attenuatæ, acutæ, apice obtuſiſſimæ, craſſiuſculæ, vix venoſæ, glaberrimæ.

Fructificationes ratione frondis magnæ, in ſerie duplice longitudinaliter digeſtæ, ſubſtantia frondis immerſæ.

ADIANTHUM.

viride. ADIANTHUM frondibus bipinnatis: pinnulis ovatis integris terminalibus majoribus ovato-lanceolatis ſubhaſtatisve, ſtipite lævi.

Pteris viridis. Forsk. deſcr. pag. 186.

Stipes 5 vel 6 pollicaris, ſemiteres, fuſco-purpuraſcens, læviſſimus, nitidus, baſi ſubvilloſus, ſuperne glaber.

Frons pedalis vel parum ultra, inferne bipinnata, ſuperne pinnata, circiter tredecimjuga. *Foliola* alterna, inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia, ſæpe tripollicaria vel parum ultra, ſurſum verſus ſenſim minora; inferiora pinnata pinnulis 6-10, ſuperiora ternata, ſuprema ſimplicia anguſtiora haſtata, interdum ſurſum auriculo aucta, ultima 4. 5. indiviſa. *Pinnulæ* laterales alternæ, ſubſeſſiles, unguiculares, exteriores parum minores, integerrimæ: terminalis ovata, elongata, pollicaris, indiviſa, vel haſtata: auriculis in pinnulas tandem abeuntibus; omnes glabræ, obliquæ tenuiſſime multi-ſtriatæ, obtuſæ.

Fructificationes marginem totum ſubtus tegentes, ante evolutionem ſquamulis albidis coopertæ.

Fructificatione ſimile Pteridi, totus vero habitus Adianthi. Maxime affine Adiantho pteroidi, differt foliis bipinnatis nec ſupradecompoſitis: pinnulis non crenulatis.

Index Tabularum partis tertiæ.

Tab. LI. Pappophorum alopecuroideum. a. gluma calycis magnitudine aucta. b. floſculi. c. valvulæ corollinæ.

— LII. Ixora parviflora. a. flos magnitudine auctus. b. Piſtillum. c. Anthera.

— LIII. Callicarpa macrophylla. a. Pars paniculæ magnitudine naturali. b. Flos magnitudine auctus.

— LIV. Rondeletia triflora.

— LV. Solanum polygamum. a. Pars folii ope lentis aucta. b. Flos maſculus magnitudine naturali. c. Calyx. d. Anthera magnitudine aucta.

— LVI. Humboldtia laurifolia (Batſchia laurifolia vid. infra in addend. & corrig.) a. Petalum magnitudine naturali. b. Piſtillum.

— LVII. Laugeria lucida. a. corolla magnitudine aucta. b. Calyx cum piſtillo. c. Spica fructifera magnitudine naturali. d. Drupa tranſverſim ſecta. e. Nux. f. Eadem tranſverſim ſecta.

— LVIII. Rhamnus ferreus. a Umbella magnitudine aucta.

— LIX. Cariſſa mitis. a. Flos auctus.

— LX. Vitmannia elliptica. a. Calyx cum piſtillo magnitudine naturali. b. Ope lentis aucti.

— LXI. Jambolifera pedunculata. a. Flos auctus.

— LXII. Bauhinia racemoſa. a Calyx cum ſtaminibus & piſtillo magnitudine naturali.

— KXIII. Erythroxylon ſquamatum. a. Pedunculus cum calyce, ſtaminibus & piſtillis lente auctis. b. Piſtillum. c. Drupa magnitudine naturali.

— LXIV. Prockia crucis. a. Bacca magnitudino naturali.

— LXV. Anemone triternata.

— LXVI. Bignonia lactiflora. a. Corolla magnitudine naturali longitudinaliter aperta. b. Piſtillum. c. Siliqua.

— LXVII. Ruellia hirta. a. Calyx auctus. b. Capſula magnitudine narurali.

— LXVIII. Melochia crenata. a. Calyx. b. Petalum. c. Stamina. d. Piſtillum lente auctum.

— LXIX. Robinia ſquamata.

— LXX. — florida.

— LXXI. Cacalia candicans. a. Floſculus. b. Radius pappi lente auctus.

— LXXII. Eupatorium auriculatum. a. Calyx communis. b. Floſculus. c. Semen. d. Radius pappi magnitudine auctus.

— LXXIII. Eupatorium caneſcens. a. Pars corymbi parum aucta. b. Floſculus magnitudine naturali. c. Floſculus magnitudine auctus. d. Radius lente viſus.

— LXXIV. Baccharis dioica. a. Corolla maſcula. b. Corollula maſcula. c. Eadem longitudinaliter diſſecta. d. Stylus corollulæ maſculæ. e. Corolla fœminea. f. Floſculus fœmineus magnitudine auctus.

— LXXV. Pteris farinoſa.

Corrigenda & addenda.

Pag. 10. Elymus giganteus linea 1. dele *comma inter ſpiculis & ſenis & pone inter arcta & ſpiculis.*

— 13. Callicarpa lanata lin. 1. *ſubdenticulatis* lege *denticulatisque.*

— — ib. lin. 8. dele *dentibus* in priori loco.

— 20. Rupala montana lin. 3. *& caſu* lege *e caſu.*

— 26. Convolvulus platanifolius lin. 11. *auctis* lege *auctis.*

— 28. Convolvulus guianenſis lin. 9. *panta* lege *planta.*

— 28. Convolvulus ſtriatus lin. 12. *duabus* lege *duobus.*

— 29. Convolvulus violaceus lin. 1. *duabus* lege *duobus.*

— 32. Convolvulus venoſus lin. 12. *duabus* lege *duobus.*

— 35. Bertiera guianenſis lin. 13. *glaber* lege *glabra.*

— 36. Codium a Schoepfia Schreb. gen. plant. pag. 129. ſpecie non differre in litteris monuit Cel. Dn. Dr. Swartz. Pericarpium in noſtra certe Drupa eſt, nuce uniloculari.

— 39. Batſchia. Typis jam impreſſa erat hac pagina, cum ad manus pervenit Vol. V. Nov. Act. Upſalienſ. ubi aliam plantam nomine viri laudati inſignitam invenio: Mutatur igitur nomen in noſtra planta utpote ſerius nominata & vocatur Humboldtia *laurifolia* in memoriam Botanici eximii Fr. A. ab Humboldt, auctoris Floræ Fribergenſis.

— 52. Jambolifera pedunculata linea 14. *Calycis* lege *Calyx.*

— 54. Sapindus emarginata lin. 17. *Capſulæ tres, ſubturbinata* adde *coadunata.*

— 56. Caſſia arboreſcens: lin. 10. *glabriruſculi* lege *glabriuſculi.*

— 57. Caſſia mollis, uti Synonymum adde: *Caſſia braſiliana: foliis 15. 20. jugis, foliolis oblongis obtuſis pubeſcentibus, leguminibus maxime compreſſis enſiformibus.* La Mark Encycl. T. I. P. 2. pag. 642. Caſſiam grandem Lin. huc quoque revocat Dn. de la Mark Synonymum vero Lin. omnino diverſam plantam indicat.

— 59. Melaſtoma grandiflora, cum pericarpium capſula eſt nec bacca, potius erit Rhexiæ ſpecies & Rhexia *grandiflora* dicenda cum data differentia.

— 64. Eugenia ſeſſiliflora lin. 4. *folioli* lege *folioſi.*

— 66. lin. 7. *a nſtora* lege *noſtra.*

— 68. Poſt deſcript. piſtilli Elæocarp. copalliferi adde: *Drupa* cylindrica, bipollicaris, craſſitie pollicis, ferrugineo pulverulenta, apice acuta, baſi obtuſiſſima.

— 69. Lightfootia ſerrata lin. 4. *Montſerra* lege *Montſerrat.*

— 70. Lightfootia integrifolia lin. 16. *genns* lege *genus.*

— 71. Linea 10. *margini* lege *marginibus.*

— 72. Dillenia dentata lin. 1. Thunbergii *Act.* lege Thunberg in *Act.*

— 74. Anemone palmata lin. 6. dele: *ſi adeſt & pone: inter pedunculo & foliola.*

— 75. Mentha glabrata linea 7. *pedunculo oppoſito* lege *pedunculi oppoſiti.*

— 76. Phlomis urticifolia lin. 12. dele *folia utrinque concolora.*

— 83. Linea 7. *a. R. Symb. b. &c.* lege *differt a R. intruſa Symb. bot. pag.* 45.

— 89. Linea 2. inter acutum pone, & dele poſt interdum.

— 93. Eupatorio amaro adde ſequentem Synonymum: *Eupatorium vincæfolium: caule volubili, foliis oppoſitis ovatis integerrimis floribus paniculato-racemoſis.* La Mark. Encycl. Tom. 2. P. 2. pag. 407.

— 95. Eupatorium auriculatum uti Synonymum adde: *Eupatorium tomentoſum varietas β. foliis obſolete dentatis ſubintegerrimis baſi rotundatis.* La Mark. Encycl. Tom. 2. P. 2. pag. 407.

— 97. Ad finem deſcriptionis Eupatorii conyzoidis adde: *Refert quoad folia Eupatorium &c.* Plukn. *Tab.* 87. *fig.* 3. *differt vero floribus majoribus.*



Nicol Abildgaard. Prof. Hafn: amicaſman: del: J. G. Schmidt sc. Dresde 1790.

ANDREAE JOHANNIS RETZII
PHIL. MAG. AD REG. ACAD. LVNDENS. HISTORIAE NATVR. ET OECONOM. PROF. R. ET ORD. SOCIET. PHYSIOGRAPHICAE LVND. SECRETARII ETC.

OBSERVATIONES BOTANICAE

SEX FASCICVLIS COMPREHENSAE

QVIBVS ACCEDVNT

IOANNIS GERHARDI KOENIG
M. D. ET HISTORICI NATURALIS CELEB.

DESCRIPTIONES MONANDRARVM ET EPIDENDRORVM

IN INDIA ORIENTALI FACTAE.



LIPSIAE,
APVD SIEGFRIED LEBRECHT CRVSIVM.
cIↄIↄccxci.


ANDREAE IOHANNIS RETZII

PHIL. MAG. AD REG. ACAD. LVNDENS. HISTORIAE NAT. ADIVNCTI
ET BOTANICES DEMONSTRATORIS, SOC. PHYSIOGR. LVND.
SECRETARII

FASCICVLVS OBSERVATIONVM BOTANICARVM

PRIMVS.

CVM FIGVRIS AENEIS.



LIPSIAE
APVD SIEGFRIED LEBRECHT CRVSIVM.
cIↄIↄccLxxix.

AMICIS OPTIMIS

D. IOH. GERH. KÖNIG

MEDICO MISS. TRANQVEBARIENSI.

NATH. GODOFR. LESKE

PROFESSORI LIPSIENSI.

D. LARS MONTIN

MEDICO PROV. HALLANDIAE.

D. IOH. EHRENFR. POHL

PROFESSORI LIPSIENSI.

D. CAR. PETR. THVNBERG

DEMONSTRATORI VPSALIENSI.

D. CHRIST. EHRENF. WEIGEL

PROFESSORI GRYPHISWALDENSI.

Quorum benevolentiae, quae per ultimum quinquennium praecipua incrementa accepit hortus noſter botanicus debentur, has reviſas auctasque obſervationes ſacras voluit

AVCTOR.

Minime ignoras B. L. Botanicam eo majora capere incrementa, quo attentius in ſingulis Plantis earum partes ac proprietates obſerventur. Hinc characteres plantarum certi redduntur; hinc etiam ſcientia diſcentibus facilior evadit. Obſervationibus ſuperſtruuntur ſyſtemata botanica, obſervationibus quoque ſtabilitur ſyſtema jam exſtructum, vel emendatur. Plantae pro ſolo, climate, cultura variant, et uni raro contigit plantam in omni ejus hinc proveniente variatione intueri; neceſſe itaque eſt, ut vegetabilia in diverſis locis deſcribantur, utque Botanici ſua inter ſe obſervata communicent, quibus demum collatis character plantae genuinus, invariabilis conſtitui poſſit. Aliis quidem melius viſum eſt plantam quamvis in ſolo natali vigentem tantum deſcribere; ſed quatenus permultae ſtirpes e ſolo natali translatae, hanc vel illam notam exuunt et maxima earum pars, vel utilitatis vel curioſitatis gratia, hic et illic colitur, facile eſt judicare, nullum abſolute certum characterem plantae dari poſſe, niſi omnes varietates ejus obſervatae ſint. Dum varia denique loca amat haec vel illa planta, non ſemper datum eſt de ejusmodi ſtirpis vero ſolo natali certum eſſe.

Characteres praeterea vel *nomina* ſic dicta *ſpecifica* plantis a ſummis in ſcientia viris impoſita, iis ipſis aliisque in cognitione ſtirpium multum verſatis, quidem ſufficiunt, ideo tamen tyronibus vel in botanicis mediocriter adhuc doctis non ſatisfaciunt, inprimis ſi quis ſine viva manuductione plantas cognoſcere cupiat. His autem optime ſuccurritur deſcriptionibus accurate concinnatis, quibus tota abſolvitur ſtirps. Non cujusvis eſſe opus concinne deſcribere plantas, lubenter fateor, hoc enim requirit habitum omnino proprium et ut, uno quaſi oculi ictu, omne, quod in planta ſingulare occurrat, adſequatur. Sed neque hoc ſolum deſcriptori ſufficiat; conciſe quoque calamo excipiat obſervata et terminis utatur fixis (*a*), ne taedioſae fiant deſcriptiones, Lectoribus ambiguae. Neſcio an hic vel ille conſulto in hac re peccet, ut conſpectior ſit vel aliis doctior videatur; id autem certum eſt, ejusmodi Auctorum operibus multum utilitatis hanc ob cauſam periiſſe.

Pruritus innovandi et invidia gloriae aliorum aliquos etiam commovit, ut nova fingerent ſyſtemata, nulla licet neceſſitate id efflagitante. Donec enim clavis inveniatur genuinae methodi naturalis, ſufficit nobis unum, facillimum, optimum, per totum fere orbem receptum ſyſtema Linneanum. Huic ſyſtemati objiciunt, quod genera dirimat naturali affinitate juncta; ſed arctiorem nexum undenam produ-

(*a*) Miror ſane, magnos in arte viros non magis ad terminos uſu jam receptos attendiſſe, ſed potius novos finxiſſe, obſoletos adoptaſſe. Multitudo haec terminorum, idem ſignificantium, difficultatem ſine dubio non parvam diſcentibus parit, inprimis ſi eadem idea termino non ubique jungatur.

cant novatores iſti! Quantum enim vel optima methodus artificialis diſtat a naturali, tantum ſyſtemata illorum ab hac abludunt, nihil aliud quum ſint, quam ex aliorum laboribus exigui pulveris jactu congeſta et alio, ſaepe deprauato ordine propoſita, ut proprii ſudoris foetus licet divulgentur. Culpandi non ſunt illorum conatus, qui nexum quaerunt naturalem, ſuaque in hac re tentamina cum orbe botanico communicant; ſed eorum tantum, qui abortum faciunt, quando maturum partum eniti ſe credunt: ſcribere enim, ut occaſio ſit ſummos artis magiſtros perpetuo obtrectandi, cavillandi, calumniandi, invidi et mordacis animi eſt indicium, ſcientiaeque plus nocet quam prodeſt. His enim perſaepe contigit, ut multo pejora committant vitia, quam illa ſunt, quae aliis objiciunt, an ex fervore vel ignorantia, vel utrisque, neſcio. Is itaque ſcientiae melius conſulit, qui rite deſcribendis ac determinandis generibus et ſpeciebus cum ſuis varietatibus operam navat, quam qui novam fingit methodum, veteri non praeſtantiorem. Sed ſibi quoque ſolum doctus eſt, qui obſervationes ſuas, ut aliis etiam inſerviant, in vulgus non edit.

Poſtquam Sveciam perquiſiverunt RUDBECKII, CELSIUS, *à* LINNÉ, ut permultos Illuſtriſſimi Equitis diſcipulos taceam, veſtigia tanti praeceptoris arcte prementes, quis crederet patriam noſtram magnis hiſce viris adhuc incognitas, utut indigenas nempe, alere plantas, praeter eas, quae forte nuperrime jus civitatis (*b*) ſibi vindicarunt vel poſthac forſitan vindicabunt. *Novitiae* tamen *Florae Sveciae* in *Faunae* editione altera allatae, nec non *Catalogus* ille, quem Regiae Academiae Scientiarum Svecanae placuit in *Actis* ſuis et quidem pro anno MDCCLXIX trim. 3. p. 243 &c. inſerere ſatis demonſtrant, plantas in locis maxime perluſtratis oculis inveſtigantium ſe ſubduxiſſe. Nil itaque mirum, quod ex orbis noſtri locis, parum vel nihil peragratis, nova quotidie incrementa botanice capiat. Avide ſane exſpectant botanici ut participes fiant rerum rariſſimarum, ſtudio, periculo, et impenſis vere magnis Dni BANKS et SOLANDER in Europam adductarum. Amicus noſter honoratiſſimus D. D. THUNBERG ut et D. D. SPARRMAN jamjam Africae multa domum miſerunt ſpolia, longe plura tamen exſpectamus, quum prior, poſt varia itinera Botanica verſus interiora Africae, jam Aſiae divitias quaerit, alter vero ad ignotas plerumque circa polum antarcticum terras FORSTERORUM peregrinationis ſocius, domum feliciter redux, varia nova adportauit naturae curioſis deſideratiſſima: I. G. KÖNIG M. D. Islandiam peragravit ibique varia nova conquaeſivit ab illuſtri FRIIS ROTTBÖLL S. R. M. Dan. Conſ. Iuſt. et Med. Prof. (*c*) de-

(*b*) Sic *Dracocephalum thymiflorum* hodie Upſaliae tecta turfacea inhabitat. *Gnaphalium undulatum, Geranium carolinianum, Cinna arundinacea, Momordica Elaterium* in horto Academico ſpontaneae jam ſunt et *Carduus Mariae* agros inhabitare coepit.

(*c*) in ejus Afhandling om en deel enten gandſke nye elſer wel forhen bekiendte, men dog for oſſ rare Planter. Vol. X Actor. Soc. Scient. Haffn. inſerta.

ſcripta, dein Africam vidit, poſtea ut miſſionis Danicae medicus Tranquebariae vixit, unde quotannis ſemina ſtirpesque bene multas miſit, tum hortum Hafnienſem, tum ſplendidum opus jam laudati ROTTBÖLL (*d*) ornantes; jam vero exoptatiſſimam ſimul ac rariſſimam nactus occaſionem ſcientiam naturalem locupletandi, quum Regis cujusdam Indiae Medicus conſtitutus ſit, annuo ſtipendio 4000 Thalerorum donatus et ſimul libertatis potitus, regiones illius peragrandi. D. COMMERSON, Medicus fori Sebuſianorum in Gallia, ſpartam ſuam reliquit, Dominique BOUGAINVILLE in itinere ſocius, maximam partem globi noſtri circumivit, inprimis vero inſulas Isle de France, Bourbon et Madagaſcar, perluſtravit. Retulit ille in litteris, ad Aſtronomum longe celeberrimum D. DE LA LANDE datis (*e*), ſibi jam viginti quinque millia plantarum in Herbario eſſe et credit ſuperficiem telluris adhuc ter vel quater hunc numerum alere: quod ſi vel maxime propriam ejus collectionem tertia parte minuere vellemus et de reliquo ejus calculo novies dena millena detrahere, easque partim pro varietatibus, partim pro ſuppoſitis habere, quantumne novi hic vidit Vir curioſiſſimus? Si huic addantur peregrinationes botanicae a CLUSIO, PLUMIER, TOURNEFORT, BARRELIER, BUXBAUM, GMELIN, SLOANE, SHERARD, JUSSIEU, ADANSON, HASSELQUIST, LÖFLING, OSBECK, KALM, JACQUIN, FORSKÅL, FALCK, LAXMAN, PALLAS, GEORGI, ROTHMAN &c. inſtitutae, facile quisquis crederet, poſt tot, plantarum tantum cauſſa factas perluſtrationes, omnes globi noſtri terraquei ſtirpes intra breve tempus detectas fore; ſed quae de Svecia ſola nuper dixi, hanc ſententiam mutare debent; unica enim provincia, quam viri, ſupra laudes meas poſiti, Illuſtriſſ. puta Equitem à LINNE (*f*), Profeſſorem Aboenſium D. LECHE (*g*) et Lycaei noſtri Patres Nobiliſſ. D. EB. ROSENBLAD (*h*) et E. G. LIDBECK (*i*) Equ. Ord. Reg. Waſ. toties tantaque induſtria peragrarunt, incolas dum offert ab his non viſas, quomodo ſperare fas eſt, regiones ſemel et hoc ſaepe feſtinante curſu pervagatas, omnes ſuas prodidiſſe divitias.

Facile largior Sveciam poſt hunc diem vix plantam abſolute novam, h. e. a botanico nullo hucusque viſam oblaturam, niſi cryptantham forte, vel quod plane negari nequeat, ſtirpem aliquam incognitam tractu quodam Lapponiae frigidiſſimo

(*d*) conf. ejusdem deſcriptionum et iconum rariores et pro maxima parte novas plantas illuſtrantium Lib. I. Haffniae 1773. fol. c. Tab. aeneis XXI nitidiſſimis.

(*e*) Supplem. au Voyage de Mſ. de Bougainville. p. m. 172.

(*f*) Vide Ill. Viri Iter Scanicum.

(*g*) in Diſſ. ſub titulo Primitiarum Florae Scanicae. a°. 1744 habita. Lundini.

(*h*) vid. ejus Obſervationes Botanicae circa Plantas quasdam non ubivis obvias &c. Lond. Goth. 1749.

(*i*) Obſervata ſua circa rem Botanicam inprimis Scaniae, variis ſub itineribus Plantationum cauſſa inſtitutis collecta: adhuc quidem non edidit, ſperamus tamen illum brevi voti nos compotes redditurum.

latentem. Nihilo tamen minus omnes florae Sveciae incolas adhuc non eſſe detectas, recentiſſima docent inventa virorum in re botanica meritiſſimorum, medici ſcil. Provincialis Hallandiae D. D. LARS MONTIN et praepoſiti paſtoriſque eccleſiarum Haſſlof et Woxtorp D. PETRI OSBECK, et propria quoque me certum fecerunt obſervata.

Ingratum igitur botanicis non fore praeſens opuſculum ſpero, quod plantas poſt editiones utrasque Florae Svecicae, Faunaeque et denique poſt catalogum noſtrum cum Regia Academia Scientiarum Svecana Anno 1769 communicatum detectas, una cum propriis nonnullis obſervationibus emendationibusque, plantarum cognitionem illuſtrantibus, tradit.

En itaque L. B. obſervationum botanicarum faſciculum primum.

1. CANNA *juncea* foliis linearibus nervoſis.

E. *China* allatum exemplar dedit amiciſſ. D. BLADH.

Folia linearia (graminea) nervoſa, nervis quinque elevatioribus, baſi vaginantia, prope radicem fibris capillaribus obtecta, ſpithamea et pedalia.

Scapus vaginis plurimis lanceolatis inſtructus, pauciflorus.

Corolla parva, obſcure rufa.

Pericarpium muricatum.

Diſtinctiſſima planta a *Canna anguſtifolia*, foliis minime petiolatis, multo anguſtioribus.

2. CIRCAEA *Lutetiana.* Sp. Pl. 12.

Caules rarius piloſi.

Folia ovato-acuminata.

Racemus ſaepius ſolitarius, qualem quoque icon. OEDERI repraeſentat.

Calyx viridis, apicibus rufis.

3. CIRCAEA *alpina.* Sp. Pl. 12.

Caules glabri, geniculis rubris.

Folia cordata.

Racemorum numerus incertus, I-V.

Calyx albus apicibus viridibus nobis viſus eſt, ruberrimus REYGERO.

Poſſideo ſpecimen, in quo *racemi* duo terminales iterum trifidi et ex quacunque folii ala ſimplex racemus. Anne itaque numerus ex charactere ſpecifico excludendus?

4. VERONICA *maritima.* Sp. Pl. 13.

In hortum Academicum introducta, folia inferiora terna, ſuperiora quaterna habuit.

5. VERONICA *latifolia.* Sp. Pl. 18.

Sub hoc nomine duas nobis dedit plantas, ex Anglia adductas, D. KALLSTRÖM Horti Reg. ad St. Jacobum Holmiae Director, quarum

α. *Folia* latiora, hirſuta, aequaliter ſerrata, ſubſeſſilia (adultiora parum, juniora manifeſte petiolata):

Caulis debilis, bifariam hiſpidus:

Racemi laterales, longi:

Calyces tetraphylli aequales, trinervii, ciliati, una cum *bracteis* lanceolati.

β. *caulis* erectus, ſtrictus, leviter tomentoſus.

Folia ſeſſilia, hirſuta, inaequaliter crenata, ſaepius vero (praeſertim florente planta) adeo profunde inciſa, ut pinnatifida dici mereantur.

Racemi laterales quidem ſunt, ita tamen, ut caulis terminum multum ſuperent; adeo praeterea denſi, ut ſpicarum potius nomine inſigniri debeant.

Calyces pentaphylli: foliolis inaequalibus, lanceolatis, piloſis, vix manifeſte nervoſis: quinto minimo lineari. *Bracteae* oblongae ſaepe dentatae.

Corollae magnae purpureo-coeruleae, ſiccatae rubrae.

Si obſervatio D. GOUAN Syſt. Nat. XII. T. 2. p. 58 ad *latifoliam* vere pertineat, neutra harum *latifolia* erit, poſterior vero vulgo pro hac habetur et nulli alii in Syſt. Nat. dato nomini ſpecifico convenit: *Halleriana* tamen *Hiſt. ſtirp. Helv.* T. I. 537 non eſt, cui prior noſtra magis ſimilis eſt.

6. DIANTHERA *bicalyculata* floribus paniculatis, bicalyculatis, paniculis dichotomis. *Act. R. Ac. Svec.* 1775. p. 297. Tab. IX.

Poſtquam hujus deſcriptionem cum Reg. Academia Holm. communicavi, *beat.* FORSKÅL *Floram Ægyptiaco-Arabicam* accepi, in qua duae occurrunt *Diantherae* calycibus duplicatis. Multum ſimilitudinis cum noſtra habet ejus *paniculata* praeter paniculas trichotomas et utrumque calycem pentaphyllum; ſuſpicor autem *Illum* perianthia profunde quinquefida pro pentaphyllis habuiſſe. Trichotomia paniculae minorem parit differentiam, forſitan enim dichotomam in cujus medio adeſt flos ſolitarius, trichotomam cum aliis appellavit.

7. VALERIANA *dioica*, *Mas.* Sp. Pl. 44.

In horto Academico rarius MDCCLXXIV ſemina dedit perfecta, ſi vero ab immixtis foemineis vel hermaphroditis floribus, quos non obſervavi. Sic etiam *Cannabin* et *Spinachiam* in ſpecimine foemineo unum alterumve florem maſculum protuliſſe, ac ſemina dediſſe perfecta; argumentum contra veri ſexus exiſtentiam ALSTONI, MILLERI &c. ſuſpicor. Si enim planta maſcula floſculos foemineos protrudere valeat, cur oppoſitum impoſſibile erit.

Sexum plantarum adhuc oppugnatores habere vix credo, ſed ſi qui ſint, experimentum adducam illorum gratia, quod jam per quadriennium continuavi. RHAMNUS *Alaternus foemina* per 8 annos in horto academico floruit ſine omni fructu. Nono anno quoque flores dedit *maſcula ſtirps*, ſed in tepidario et ad aliquot a foemina orgyarum diſtantiam. Antequam ego illum obſervavi, peracta fere fuit utriusque ſexus floreſcentia; quinque tamen inveni flores foemineos adhuc vegetos, quos polline maſculo foecundos reddere tentavi. Nec experimentum fefellit; quinque habui baccas vegetantes. Sequenti anno tempus melius attendi; dimidium corymborum numerum filo rubro notavi eorumque flores foecundari curavi. Hi baccas dederunt ſemine foeto gaudentes; reliqui omnes, peracta floreſcentia cum pedunculis deciderunt.

8. SCHOENUS *compreſſus*, *Act. Holm.* Vol. 30. p. 245.

A me quoque Holmiae Diurgården prope repoſitorium — pulveris Pyrii N°. 5 viſus eſt. In variis praeterea collectionibus illum vidi ſub nomine CARICIS *uliginoſae*, adeo ut hanc plantam per Sveciam ſat vulgarem eſſe credam. Dein plantam miſit Cl. D. ERHARDT nomine SCIRPI *caricis* inſcriptam, adeo ut Schoeni genus forſan deſeruit.

9. MELICA *uniflora* panicula rara, calycibus bifloris: floſculo altero hermaphrodito: altero neutro.

Radix perennis, fibroſa.

Culmus ſimplex, filiformis, triqueter, laevis.

Folia graminea, vaginarum ſtriatarum oris piloſis.

Panicula rara, pedunculis inferioribus geminis, altero breviore, ſaepius unifloris; ſuperioribus ſolitariis.

Calyx bivalvis, biflorus, coloratus; gluma exterior major, ovata concava; interior minor, lanceolata; muticus, trinervis.

Flores bini, mutici,

hermaphr. ſeſſilis; gluma exterior magna, ventricoſa, marginibus interiorem amplectens, quae planiuſcula marginibus membranaceis reflexis, praecipue prope baſin.

ſterilis pedunculatus, nihil praeter rudimentum floris truncatum, hyalinum, biglume, cucullatum habens.

Stamina 3, filamentis capillaribus, antheris utrinque fiſſis flaveſcentibus.

Piſtillum; germen ovatum, glabrum, nitidum, bicorne, *ſtilis* 2 baſi diſcretis, divaricatis; *ſtigmata* villoſa.

Semen ovatum; nitidum.

Habitat in ſylvis folioſis Scaniae, vulgaris. Creſcit ſaepe cum *Melica nutante* mixta, a qua plurimum differt, pro varietate licet habita fuerit. Paniculam ſimplicem vel, ſi mavis, racemum, in plus quam mille ſpeciminibus obſervatis, nunquam vidi, ſed ſemper ad baſin ramoſam, nec unquam calycem floribus binis perfectis. Per triennium in horto academico floruit, nec genium mutauit, ideoque pro partu hybrido *Melicae nutantis* illa nequit haberi.

10. PANICUM *miliaceum.* Sp. Pl. 86. hujus varietas eſt.

Milium ſemine nigro MORIS. 3. ſ. 8. p. 196. T. 5. f. 2. C. B. Pin. 26.

Culmus teres, geniculatus, erectiuſculus, ramoſus.

Folia pedalia, dimidium pollicem lata, piloſa, vaginis hiſpidis; *ligula* nulla, ſed ejus loco ſetae latiuſculae.

Panicula nutans, pedunculis plerumque binatis, dichotomis, retrorſum ſcabris, flexuoſis. *Flores* in ſingulo pedicello plerumque bini, raro 1 vel 3, pedicellati, rariſſime 1 ſeſſilis.

Calycis glumae ovatae, acutae, nervoſae, tertia, quae tamen magis brevior.

Corolla globoſa, hyalina.

Semen milii, ſed fuſco-nigricans.

11. BROMUS *giganteus.* Sp. Pl. 114.

Figura 19 Tab. V. in SCHEUCHZERI *Agroſtographia* ſpiculas noſtrae plantae perfecte exprimit, ſed deſcriptio non quadrat. *Bromus* hic in horto academico cultus quoad omnem partem, altitudo ſi excipiatur, luxuriat. *Folia* enim unciam lata, *paniculas* feſe bipedales, *ſpiculasque* 6-7-8 floras; rariſſime 4 floras, gerit. *Cel. D.* WEIGEL in *obſ. bot.* p. 11 huic plantae *glumas* ſubhirſutas tribuit, quae in noſtra tam ſpontanea, quam culta, glaberrima ſunt.

12. BROMUS *ſterilis.* Sp. Pl. 113.

Hunc cum *B. Tectorum* Sp. Pl. 114. in unam ſpeciem conjungit *Cel.* WEIGEL l. cit. p. 9. ſub nomine BROMI *grandiflori;* magnitudinem quoque ſi excipias, nullam aliam obſervare licet differentiam, quam quod pedunculi in *ſterili* ſunt ſcabri, non piloſi; in B. *tectorum* vero piloſi, non ſcabri. Creſcit utrumque gramen Lundini et conſtanter hanc, licet levem, diſtinctionis notam offert.

13. AVENA *ſtrigoſa* panicula oblonga, contracta, ſecunda; floſculis geminis apice biariſtatis, dorſo ariſta geniculata.

SCHREB. *Spic. Fl. Lipſ.* p. 52. *c. deſcr.*

Creſcit inter Avenam ſativam, et hordeum; rarius ſecali immixta.

Deſcriprio *Ill.* SCHREBERI optima, ſed *paniculam* contractam dicere nequeo, potius ſubnutantem ex pedunculis 1-4 floris, ſcabris, *Gluma corollina,* maturo ſemine, nigra. *Semen* mediae magnitudinis altero apice barbatum. *Culmus* ut et *folia* nuda.

14. PLANTAGO *albicans.* Sp. Pl. 165.

Non eſt Scaniae indigena, ita licet in Act. Holm. l. cit. indicavi. Synonymia D. LECHE me in hunc errorem induxit. Dum enim plantam in Herbario celeberrimi viri intueor, video eandem omnino eſſe cum PLANTAGINE *ſerpentina* noſtra

Act. cit. p. 246. Utraque ideo eſt varietas procerior PLANTAGINIS *maritimae*, quae juxta vias arenoſas in locis mari vicinis non rara eſt, et ſcapos nonnunquam fert pedales cum foliis ejusdem fere longitudinis planis.

15. ANCHUSA *italica*, foliis lucidis ſtrigoſis, racemis bipartitis diphyllis, floribus ſubinaequalibus, fauce barbatis.

Non nova eſt planta, ſed ut puto cum *officinali* et *anguſtifolia* confuſa.

Radix biennis (forſan alibi longius perdurans.)

Caulis erectus, angulatus, ramoſus, ſtrigoſus, quadripedalis et ultra.

Folia, *radicalia* et *inferiora* caulis bipedalia, lanceolata, in petiolum deſinentia: *media* pedalia lanceolata: *ſuperiora* ſemipedalia, cordata, acuminata, ſeſſilia: omnia integerrima, nitida, ſtrigoſa.

Pedunculi terminales et axillares, diphylli (foliolis cordatis ſeſſilibus), terminati ſpica conjugata, ſecunda, reflexa. *Pedicelli* erecti, longitudine calycis.

Calyx monophyllus ad baſin usque quinquepartitus, laciniis linearibus, uncialibus binis, tribus aliquantulum brevioribus; hiſpidus.

Corolla hypocrateriformis, nonnihil inaequalis, calycis longitudine; *tubus* cylindricus; *limbus* quinquefidus, longitudine tubi: laciniis rotundatis; *faux* clauſae ſquamis 5 erectis, planis, penicillatis.

Nectarium, margo elevatus germina cingens.

Stamina filamentis brevibus in fauce. *Antherae* nigricantes, polline flavo.

Piſtillum germinibus glabris, *ſtylo* altitudine ſtaminum, *ſtigmate* didymo.

Semina ovata, rugoſa, albida, hinc plana, inde convexa, baſi marginata.

Ergo *Anchuſa officinalis* eſſe nequit. Ab *anguſtifolia* etiam differt, magnitudine et foliis integerrimis, convenit vero cum hac *racemis conjugatis diphyllis*. Synonyma plantae ſunt.

Anchuſa officinalis GOUAN *H. Monſp.* p. 81. *Fl. M.* p. 19.? .

Bugloſſum foliis linguiformibus aſperis, ſpicis ſupremis gemellis. HALL. *ſt. Helv.* p. 599. omiſſis ſynonymis *Linnei*, *Lobelii*, *Besleri*, C. *Bauhini* et *Raji*. De *Hillii*, *Cordi* et *Tragi* nihil ſcio.

Bugloſſum vulgare. J. RAJI *Hiſt.* p. 493.

Bugloſſum perenne majus ſativum MORIS. 3 p. 438. ſ. XI. Tab. 26. f. 1. mala.

Bugloſſum anguſtifolium majus. C. B. *Pin.* 256.

Bugloſſum italicum flore coeruleo BESLERI *H. Eyſt. Æſt. Ord.* 8. *fol.* 5.

Bugloſſa vulgaris TABERN. *ed. Bauh.* P. 2. p. 129.

Bugloſſa italica mas et foemina *ibid.* p. 130.

Bugloſſum anguſtifolium LOB. *obſ.* p. 310. *adv.* 246.

Bugloſſum magnum FUCHSII *ed. Bat.* c. 129. *ed. Germ. Baſil.* 1543. c. 129. *icon. bona.*

Bugloſſum vulgare majus J. BAUH. *Hiſt.* T. 3. p. 578.

De allatis ſynonymis omnino certus ſum, excepto GOUANI, ex eo autem quod botanici exteri hujus ſynonyma ad *officinalem* plerumque retulerunt, credo etiam illum noſtram intelligere.

16. ANCHUSA *officinalis.* Sp. Pl. 191.

Quae primo intuitu ab *italica* deſcripta diſtinguitur, ab exteris botanicis parum cognita videtur. Differt vero magnitudine, floribus aequalibus infundibuliformibus, multo magis imbricatis, limbi laciniis ovatis, faucis ſquamis leviter tan-

tum tomentoſis et quaſi cucullatis, calycis laciniis latioribus brevioribus. Hujus ſynonyma, quantum eruere potui, ſunt:

Bugloſſum ſylveſtre majus nigrum. *C. B. Pin.* 256.

Bugloſſum vulgare noſtrum BESL. *H. Eyſt. Æſt. Ord.* 8. *fol.* 6.

Icon OEDERI Tab. DLXXII.

Bugloſſum germanicum FUCHS. l. cit.

MORISON et RAJUS videntur plantam non vidiſſe, uterque enim ſynonyma confundit et deſcriptiones; ceterum figura *Moriſoni* 3, Tabulae 26 cum nomine *Bauhini* ab omnibus notis *Anchuſis* recedit. Ipſe *C. Bauhinus* ſynonyma hujus et anguſtifoliae commiſcuit.

17. CYNOGLOSSUM *linifolium.* Sp. Pl. 193.

Hujus cum *Luſitanico* character in *Syſt. Nat. Ed.* XIII p. 156 mutatus videtur. *Folia* ciliata, imprimis ramea.

18. CYNOGLOSSUM *luſitanicum.* Sp. Pl. 193.

Sub hoc nomine plantam deſcribit *Rev. Abbas* FORTIS in *Oſſerv. ſopra Cherſo* &c. p. 68. quae a *luſitanico Ill.* LINNEI aliquantulum diverſa videtur.

19. PULMONARIA *officinalis.* Sp. Pl. 194.

Varietas hujus *maculata* abunde ſatis creſcit in prato depreſſo ad praedium *Generoſ. D. Baronis.* RUNTH, Ekerö.

20. PULMONARIA *maritima.* Sp. Pl. 195.

Creſcit in inſula Kaelön, Paroeciae Quille in Bahuſia D. D. MONTIN.

21. CAPSICUM *tetragonum* MILL. *Dict.*

Varietas quidem eſt CAPSICI *annui.* L. Sp. Pl. 270. ſed in eo ſingularis, quod fructus conſtanter trilocularis obſervetur.

22. CHENOPODIUM *Ambroſioides.* Sp. Pl. 320.

Creſcit in plateis Halmſtadii copioſe, ut obſervavit Exper. D. MONTIN.

23. PAEDERIA *foetida* Mant. 52.

Collectiunculam meam gratioſiſſime, praeter bene multas alias, auxit *Ill. Eques a* LINNE', ſpecimine, cui *caulis* volubilis, *folia* cordata, acuminata, ſubtus tomentoſa. Sed aliud quoque poſſideo exemplar, dono D. BLADH, cui *rami* ſtricti, *folia* glabra, oblonga, lineari-lanceolata, obtuſa, *panicula* denſior. An vero revera ſint diſtinctae, vel varietates tantum ex aetate, examinent Autoptae. *Flores* utriusque ſeſſiles, racemoſi in panicula di- vel trichotoma.

24. GENTIANA *tenella* FRIIS *Act. Soc. Sc. Haffn.* Vol. X. p. 436 *Tab.* 2 f. 6. et OED. *Fl. Dan. Tab.* 318

Vix eſt varietas *Gentianae campeſtris L.* haec enim gerit *caulem* non tetragonum ſed quadri-alatum et *folia* magis oblonga, minime baſi ſoluta. Ceterum figura FRIISII aptior.

25. GENTIANA *detonſa* FRIIS l. c. T. 1. f. 3.

eſt omnino varietas GENTIANAE *ciliatae.*

26. GENTIANA *involucrata* FRIIS l. c. *Tab.* 1. f. 2. *A. B.* et OED. *Fl. Dan.* T. 344.

Omnino a *Gentiana quinquefolia* L. Sp. Pl. 333. diſtincta: *pedunculi* enim in illa non quinqueflori, ſed 1, 2, ad 10 flori; *folia* obtuſa ſunt et *calyces* minime bre-

viſſimi. Potius ad *auream* LINNEI cum FRISIO, cui exemplar *involucratae* debeo, referrem.

27. GENTIANA *islandica. Ic.* OED. T. 343

examinetur anne *Swertiae* ſit ſpecies.

28. BUPLEURUM *tenuiſſimum* Sp. Pl. 343.

Hujus plantae ſpecimen in Gothlandia lectum vidi apud *Gener. Equit. D. von* ENGESTRÖM Supr. Cancell. Conſil.

29. SIUM *anguſtifolium* Sp. Pl. 1672.

Generoſ. HALLERUM hanc plantam pro SIO *nodifloro* Sp. Pl. 361. habere, nullum eſt dubium, ex allatis in *Hiſt. ſt. Helv.* n° 778 ſynonymis. Ut enim figura *Moriſoni* citata optime refert SIUM *nodiflorum;* ſic etiam *Oederi* SIUM *anguſtifolium*, ſaltem noſtrum, eleganter exprimit. Deſcriptionibus a *Hallero* et *Gouano* datis addam, quod *caulis* apud nos nec erectus, neque humanae altitudinis, ſed potius diffuſus, brachiatus, 2, 3, rarius 4 pedalis. Diſtantiam foliolorum inferiorum, de qua loquitur *ill.* GOUAN, in multis exemplaribus ego non vidi, in *Sio* autem *nodifloro* ſaepius. Non tantum *foliolum impar* mihi ſemper trilobum viſum, ſed quoque reliqua foliola ſaepius utrinque adeo profunde auriculata, ut triloba dici mereantur. *Involucra* et *involucella* mihi potius lanceolata quam ovata. Ceterum *ſerraturae* foliorum argutae, inaequales cum auriculis, faciem dant plantae omnino ſingularem. Synonyma haec erunt,

*SIUM *anguſtifolium* foliis pinnatis inaequabiliter arguteque ſerratis, auriculatis; umbellis oppoſitifoliis pedunculatis.

Sium anguſtifolium LINN. *S. N.* XIII. p. 234.

Sium Berula GOUAN *Fl. Monſp.* 218.

Sium foliis radicalibus ovatis, pinnatis, dentatis; caulinis appendiculatis, umbellis alaribus. HALL. *ſt. Helv.* 778.

Icon OEDERI *Tab.* 247. optima.

Sium IO. ROSÉN *obſ. bot.* p. 14.

Sium nodiflorum WEIG. *obſ. bot.* p. 27. WILLICH *ill. bot.* p. 31. MURRAY *Prod. Gott.* p. 49.

Sium minus RIV. *pert. irreg.*

Sium erectum humilius et ramoſius, foliis profunde ſerratis MORIS. 3. p. 283. S. IX t. 5. fig. 2. minus bona.

Sium majus anguſtifolium GERARD *emac.* p. 256. fig. mala.

Haec itaque floram Svecicam loco ſequentis intrare debet.

30. SIUM *nodiflorum* Sp. Pl. 361.

Planta a me intra patriam nunquam obſervata; optime ad figuram *Moriſoni* reſpondet. *Foliola* ovata lanceolata, aequaliter nec profunde ſerrata, ut ego illa potius acute crenata dicerem, 3 l. 4 parium, inferiora longe remota. Raro unica pinna cum impari coaleſcit. *Umbella* axillaris minime oppoſitifolia, plerumque exacte ſeſſilis, raro pedunculo 1 l. 2 linearum longitudine inſtruitur. *Involucrum* et *involucella* linearia. Synonyma ſunt:

Sium nodiflorum GOUAN *Fl. Monſp.* 219.

Sium aquaticum procumbens ad alas floridum MORIS. 3. p. 283 S. IX T. 5. f. 3. opt.

Sium umbellatum repens RAJI *Syn.* III. p. 211. Quae ſub hoc nomine in GERARDO *emac.* p. 256 et 258 proponitur, noſtra eſt planta, ut a deſcriptione patet, ſed deficit icon.

31. ALLIUM *urſinum* Sp. Pl. 431.

In multis pratis ſylveſtribus Scaniae vulgare, *ſcapum* fert inferne ſemicylindricum, ſuperne triquetrum.

32. ALLIUM *nigrum* Sp. Pl. 430.?

Bulbus allii ſativi, bulbillis nidulantibus, non foetens.

Scapus bi-tripedalis, nudus, laevis, teres, verſus apicem craſſior.

Folia, radicalia, lanceolato-linearia, acuminata, ſesquipedalia, 2-3 digitos lata, integerrima, glabra, nitida, craſſiuſcula, inodora.

Spatha ante explicationem globoſa, mutica, membranacea, ſtriata, in 3 l. 4 partes inaequales finditur, marceſcens.

Umbella maxima, multiflora, conferta, faſtigiata, non bulbifera; *pedunculi* pollicares et ſesquipollicares, teretes; *receptaculi* nulla rudimenta ſpathacea.

Corolla patens, petalis lanceolatis concavis, albis, carina viridi. *Odor* ſvavis ſed debilis.

Stamina; *filamenta* alba; baſi dilatata connata, germen amplectentia, ſubulata, longitudine vix petalorum. *Antherae* erectae, ſubdidymae, flavae.

Piſtillum; *germen* ſubgloboſum, ſulcis tribus profundis, laeve, viridi-nigreſcens; *ſtylus* longitudine fere filamentorum, ſubulatus, albus; *ſtigma* ſimpliciſſimum.

Convenit nomini ſpecifico ALLII *nigri* exceptis petalis, quae erecta dicuntur; in deſcriptione praeterea ſtamina lanceolata et ſpatha acuminata vocantur, quae aliter in noſtro ſe habent. Nec ullo modo cum fig. RUDBECKII *Elyſ.* 2. p. 160. f. 21. quadrat. An ideo ſit

ALLIUM *monſpeſſulanum*, ſcapo tereti ſolido, umbella faſtigiata, petalis linearibus, foliis lanceolatis, ſtaminibus ſubulatis GOUAN *ill. et obſ.* p. 24. T. XVI.

Certe conveniunt noſtrae deſcriptiones, excepta magnitudine, quae ſa cultura dependere queat.

33. SCILLA *italica* Sp. Pl. 442.

Hanc *bifoliam* nominavi in *Act. R. Acad. Sc. Svec.* 1769. p. 246 ex exemplari ſicco paucifloro, quod tunc ad manus eſſet. En deſcriptionem plantae.

Radix; bulbi congeſti, tunicati.

Scapus dodrantalis, nudus, inferne teres, ſuperne ſubangulatus.

Folia, radicalia, linearia, ſcapo fere longiora, vix dimidium pollicem lata.

Racemus conicus, floribus 7 ad 30 et ultra, ſparſis, pedunculatis.

Bracteae 2 ad ſingulum pedunculum coloratae; harum una pedunculo longior, altera brevior.

Corolla patentiſſima, petalis ovatis (pallide coeruleis) lateribus ungvium reflexis.

Filamenta et *Antherae* erectae, coeruleae.

Piſtillum coeruleum, *germine* ſubgloboſo, ſexſulcato: *ſtylo* longitudine ſtaminum, lineari, perſiſtente; *ſtigma* minutum.

Capſula tricocca, trilocularis, ſexvalvis, triſperma.

Huc pertinere credo

Phalangium radice bulboſa, foliis latiſſimis obtuſis, ſpica multiflora, ſtipulis longitudine petioli. HALL. *Helv* 1212 et J. BAUH. *Hiſt.* 2. p. 581 licet *Italicam* eſſe negat *Gen.* HALLER. Folia quidem vocat latiſſima, ſed hoc ratione ad reliqua *Phalangia* factum puto.

Hyacinthus germanicus, liliiflorus, ſtellaris. LOB. *obſ.* p. 53?

34. CONVALLARIA *biſolia* Sp. Pl. 452.

Ut unicam tertiam partem in partitione corollae ſtaminumque numero excludit pulchella planta, in piſtillo quoque idem obſervat; *ſtigma* enim gerit leviter biſidum, *baccam*que producit bilocularem.

35. JUNCUS *effuſus* Sp. Pl. 464.

Singularem hujus varietatem, quae SCHEUCHZERO in *Agroſt.* p. 343 *Juncus* aquaticus, medulla fere deſtitutus, panicula ſparſa, audit, a *Nob.* LECHE ad Fogleſong in Clivo Viperino, lectam vidi. A vulgari, quantum obſervare potui, differt tantum *capſulis* anguſtioribus, auctioribus et *medulla* culmum non farciente, ſed iſthmos tantum formante.

36. JUNCUS *articulatus* Sp. Pl. 465.

Tres hujus priores l. cit. adductas varietates in Scania legi, circa quas id modo monendum eſſe puto, *Gen. de* HALLER in *Hiſt. ſt. Helv.* e *Junco articulato*, ſine ſufficiente ratione *tres* feciſſe *ſpecies*, idque eo minus, quo certior ſum, non omnes has varietates conſtantes eſſe. Cui bono citatio figurae *Tabernaemontani* ſit, non video, adeo enim rudis eſt et mala, ut ad quam ſpeciem pertineat, judicatu foret impoſſibile, niſi expreſſe in deſcriptione dixiſſet folia articulata eſſe.

37. JUNCUS *nodoſus.* Sp. Pl. 466.

Huc pertinere *Gramen* junceum elatius pericarpiis ovatis, americanum PLUK. *Phyl.* T. 92. f. 9 dubito, et hoc praecipue ex eo, quod folia in ejus figura nec articulata pinguntur, neque capitati ſunt flores, ſed omnino diſtincti.

38. JUNCUS *bufonius.* Sp. Pl. 466.

Varietas hujus ε ſeu

Gramen holoſteum alpinum minimum C. B. Pin. 7 in Scania non eſt rara.

39. JUNCUS *campeſtris.* Sp. Pl. 468.

Hujus quoque varietatem ſingularem ad praedium Ljungby in Willandia legi, quae cum nulla ab *Ill. à* LINNÉ l. cit. allata convenire mihi videtur. Tenerior multo eſt *Gram.* hirſ. capit. pſyllii C. B. *Culmus* folio unico, brevi, anguſtiſſimo in medio inſtruitur, *capitulo*que uno vel duplici, pedunculato terminatur. Capitula haec vel ſpiculae ſi mavis, breviores ſunt, quam in varietate lapponica β.

40. ALISMA *ranunculoides.* Sp. Pl. 487.

Eſt quoque Scaniae incola, illam enim in viis humidis per campum arenaceum graminoſum inter Engelholm et Rao *Cel. D.* LECHE legit, ut ex Herbario ejus intellexi. In ſimili loco cum *Myrica Gale* florentem inveni d. 7. Julii inter Helſingborg et Rao.

41. EPILOBIUM *roſeum* foliis oppoſitis alterniſque ovato lanceolatis petiolatis, ſerratis glabris SCHREB. *Lipſ.* p. 147.

Plantam ad ſcaturigines Scaniae et Hallandiae ſatis frequentem ſaepius vidi, ſed pro diverſa ſpecie non habui, varietas enim eſt *Epilobii montani*, quae huic ſimillima, praeter ſtigma, quod habet quadrifidum.

42. EPILOBIUM *parviflorum* foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis, ſeſſilibus cauleque villoſis. SCHREB. *Lipſ.* 146.

Plantam raram unico in loco, nempe ad *Görarps mölla* inveni, optime deſcriptioni *Schreberiana*e convenientem.

43. TROPAEOLUM *minus.* Sp. Pl. 490.

Revera *ſtylos* habet tres, licet inferiore parte connatos, ut ſtylus trifidus dici poſſit, nec tamen aequaliter fiſſus. *Stigmata* depreſſo-plana. Rarius *ſtamen* nonum caſtratum adeſt.

44. PYROLAE Svecanae diſſimili ſtigmate inſtruuntur.

Rotundifoliae eſt incraſſatum, quinquedentatum, dentibus erectis acutis. Huic exacte ſimile eſt

Uniflorae, niſi quod majus ſit et peltatum, ideoque coroniforme appellari poſſit.

Minoris eſt peltatum, convexum, quinquelobum, ut etiam

Secundae, ſed hoc poris ſimul quinque pertuſum.

Umbellatae ſubſeſſile eſt, magnum, orbiculatum, in medio excavatum.

45. SAXIFRAGA *autumnalis*.

Sub hoc nomine plantam in Act. Reg. Ac. Scient. Holm. l. cit. p. 240 propoſui, quae longe alia eſt. Anſam errandi mihi praebuere pili foliorum pro ciliis habiti et a Nob. ROSENBLAD *obſ. bot.* p. 27. deſcripti et a me viſi, una cum icone *Breyniana* ab *Ill. Equ. à* LINNÉ ad *autumnalem* citata. Jam autem dum in *altera Mantiſſa* p. 393 obſervo et figuram BREYNII tranſpoſitam eſſe et mentionem fieri pedunculorum pubeſcentium, video quoque me non SAXIFRAGAM *autumnalem*, ſed *Hirculum* in palude ad Olſeröd collegiſſe. Lanuginis ferrugineae in pedunculis mentionem injecit BREYNIUS *Cent.* p. 105 pedunculoſque etiam in figura hirſutos notavit. Summitatem caulis lanugine rubiginoſa denſiſſima tectam pronunciavit *Nob.* ROSENBLAD l. cit. p. 26. In Tabula CC Faſciculi IV; *Florae Danicae* optime exprimitur hoc tomentum, a nobis quoque in ſpeciminibus omnibus obſervatum. Hinc facile induceremur, ut tomenti hujus mentionem in charactere ſpecifico SAXIFRAGAE *Hirculi* eſſentialem crederemus; quominus autem hoc abſolute ſtatuere poſſimus, impediunt figurae et deſcriptiones in *Gen. de* HALLER *Hiſt. ſt. Helv.* T. I. p. 417 tab. XL. et *Cel.* GMELIN *Fl. Sib.* T. IV p. 165 Tab. XLV. f. 3. ubi omnis tomenti veſtigia exulant. Verum eſt, in *Hiſt. ſt. Helv.* plantae tribui caulem uniflorum et petala latiſſima, nihilo tamen minus ex figura et deſcriptione GMELINI citata, dubitare non poſſum, eandem ab utroque indicari, ideoque ex charactere ejus expungi debere verba *caule unifloro* (in tot ſpeciminibus, quot in Scania lecta vidi, pedunculi 2 l. 3. fuere). Ceterum petala ab utroque multo latiora picta ſunt, quam vel noſtra planta habet vel BREYNII OEDERIque, id autem ſolum vel clima efficere poterit. Exemplar quidem ad manus eſt, pedale, quod in Alpibus Lulenſibus decerpſit *Adm. Rev. Praepos.* HOLLSTÉN, nobis vero amice communicavit *Exper. D. D.* MONTIN, cui unicus eſt flos, ſed petala Hallerianae et Gmelinianae multo anguſtiora et pedunculus manifeſte tomentoſus, licet paulo rarius ſit tomentum, quam in Scanica planta. An ideo ad hanc circumſtantiam non attenderunt Excellentiſſimi Viri, vel vera ſit varietas pedunculis glabris, iis diſquirendum relinquo, quibus datum eſt, plantam Helveticam aeque ac Sibiricam intueri. Si ita, character, hanc ab *autumnali* diſtinguens, difficilis erit. Pilis aliquot gaudent folia *Hirculi*, unde ciliata (*) dici poſſent, ſed differunt haec cilia quam maxime ab illis, quae in SAXIFRAGA *Aizoide* obviae ſunt, de qua infra monendum. *Folia radicalia* nobis ſunt lanceolata: *caulina* lineari-lanceolata, qualia quoque in figuris GMELINI et OEDERI expreſſe videre licet; in ſpecimine Alpino elliptica vidi.

SAXIFRAGAM *autumnalem* ab omni alia diſtinguere vult *Clar.* SCOPOLI, *Ann. Hiſt. Nat.* 2. p. 50. caulibus folioſis, floribus et petalis flavis croceo-punctatis, ſed eosdem habet characteres *Hirculus* noſter, quare aliae ſunt quaerendae diſtinctionis notae.

(*) Cilia haec non bene exprimit figura OEDERI citata: nimis enim crebrae ſunt et non pilorum ſed aculeolorum forma, qualia in *aizoide*, minime vero in *Hirculo* noſtro videmus.

46. SAXIFRAGA *Aizoides.* Sp. Pl. 576.

In charactere ſpecifico hujus plantae ciliorum nullam fecit mentionem in foliis *Ill.* à LINNE; ſed ea nuda inermia dixit. Plantam eo modo occurrere non audeo negare, quum fieri poſſit; ut in alio ſolo, aliove climate ciliis diſtituatur. Hoc autem omnino certum eſt, SAXIFRAGAE hujus ſpecimina, et a *Cel.* D. D. SAHLBERG (in Jemtia lecta puto) benevole communicata et ab amiciſſimo D. MONTIN accepta, manifeſte ciliata eſſe, qualia ea repraeſentat Tab. LXXII Florae Danicae. Hinc quoque factum autumo, ut SAXIFRAGAE *autumnalis* nomen figurae ſuae adderet *Nob.* OEDER. Cilia haec, ſi ope microſcopii intueantur, non pilorum ſed aculeolorum forma apparent. Si eadem denique eſt proportio inter petala et calycem in *autumnali*, quam in hac obſervamus, ſententiae Excellentiſſimorum Virorum *de* HALLER, JACQUIN et WILLICH ſubſcribere non dubitamus, qui ſcilicet contendunt, has meras eſſe varietates. *Folia* in noſtris ſpeciminibus minime ſubulata dici queunt, ſed ovato-linearia ſunt, et breviter acuta.

47. SAXIFRAGA *tridactylites* Sp. Pl. 578.

β. foliis omnibus lanceolatis integerrimis.

In Inſula Skeppsholmen prope Holmiam copioſe ſatis creſcentem offendi.

48. SAXIFRAGA *petraea* GUNN. *fl. Norv.* 2. p. 30 et deſcr. p. 53. N°. 544. c. ic. Tab. IX. f. 1, 2, 3. OED. *fl. Dan.* Tab. 68.

Diſtinctiſſima omnino planta a

SAXIFRAGA *petraea* LINN. *S. N.* XIII. 345. WILL. *obſ.* 59. p. 30 et GOUAN *obſ.* p. 29. T. 18. f. 3.

In GUNNERI enim *folia* omnia ſeſſilia cuneata, tri-quinquedentata et *calyx* tantum quinquedentatus, omnino ut in *tridactylite*; in GOUANI vero *folia* longe petiolata, fere digitata, et *calyx* ad dimidium fiſſus, laciniis linearibus. Exemplar noſtrum cum icone *Nob.* GOUANI egregie convenit, ſi excipias, quod foliorum lobos et ipſa petala nimis acuta picta ſint. Ceterum planta noſtra prope caulis baſin plures emittit ſtolones, quos *Nob. Vir* non annotavit. An planta GUNNERI, *ajugaefolia* vel *adſcendens*, vel ſaltem *tridactylitis* varietas inſignis ſit, neſcio; a *Saxifraga* caule folioſo multifloro, foliis palmatis hirſutis HALL. *fl. Helv.* T. I p. 422 non multum diverſa, quantum ex deſcriptione conjicere poſſum.

49. STELLARIA *ceraſtoides* GUNN. *fl. Norv.* 2. p. 119 *Tab.* VI. f. 2.

Vix differt ab illa, quam depingi curavit *Nob.* FRIIS in *Act. S. R. Sc. Hafſn.* T. X. tab. 3. f. 12. Ait quidem Rev. GUNNERUS l. cit. foliola calycina deſtituta eſſe membrana nitida marginali, quae in exemplari Islandico a *Nob.* FRIIS benigne communicato, adeſt. An vero haec ſufficiant, ut diſtinguentur plantae? Figura FRIISI quoque multo major eſt, ſed etiam in hac circumſtantia cum noſtro ſpecimine convenit. Ceterum inter LINNEI, FRISII et GUNNERI plantas nullam video differentiam.

50. SEDUM *ſexangulare.* Sp. Pl. 620.

Radix biennis vel perennis?

Caules plures, ramuloſi, patentes.

Folia ovata, gibba, conferta, imbricata, (ante floreſcentiam et in ramis ſterilibus ſexfariam) in latere interiori baſeos adnata, pallide virentia, inſipida.

Cyma terminalis, trifida, floribus pedunculatis, tribus rarius quatuor in ſingulo ramulo, unico in trichotomia cymae. Singulo flori ſubjicitur foliolum reliquis ſimile.

Calyx pentaphyllus, rarius tetraphyllus, foliolis etiam adnato-ſeſſilibus, baſi flaveſcentibus, corolla multo minoribus.

Petala 5 (etiam 4) ovato-lanceolata, concava, flava.

Stamina 10 (rarius 8) capillaria, longitudine petalorum.

Piſtilla communiter 5, ſaepe 4, rarius 3, germinibus erectiuſculis, ſubulatis, angulatis, in ſtylum brevem deſinentibus. Stigmata ſimplicia.

Pericarpium ſtellatum ex capſulis 5. 4. 3. figura *Sedi acris.*

Floret ſerius quam *acre*, cum annuo.

51. SEDUM *annuum.* Sp. Pl. 620.

Radix annua, fibroſa.

Caulis ramoſus, glaber, ſubſtantia corticali pellucida.

Folia ſparſa, ovata, gibba, ſeſſilia, purpureo-maculata.

Cyma proprie nulla, ſed rami recurvati florentes. *Flores* in interiori vel ſuperiori ramorum latere breviter pedunculati, alterni, cum folio plerumque ſingulis floribus adpoſito.

Calyx pentaphyllus, foliolis ovatis, gibbis, maculatis.

Petala 5 ovato-lanceolata, concava, calyce, minora, flava.

Stamina 10, capillaria, petalis paulo breviora.

Piſtilla 5, germinibus erectis compreſſis, lanceolatis, ſtylis breviſſimis, ſtigmatibus breviſſimis.

Pericarpium ſtellatum ex capſulis 5 divergentibus, rubromaculatis, ſupra ſulco notatis.

52. OXALIS *corniculata.* Sp. Pl. 623.

In urnis locata ac per hyemem in frigidario ſervata per plures annos durat, ut perennare videatur a gelu defenſa, ſed habitum decumbentem retinet, quo a *ſtricta* diſtingui ſolet. Elaſticitas, qua proſiliunt matura ſemina, in arillis reſidet.

53. SPERGULA *saginoides.* Sp. Pl. 631.

Tenellam hanc plantam SAGINÆ *procumbenti* multum ſimilem ad Haſſlöff Hallandiae creſcere obſervavit *Plur. Rev. Praepoſ.* OSBECK inque hortum ſuum introduxit, unde ſpecimina et ſemina amiciter nobis praebuit.

Gen. de HALLER videtur hanc cum STELLARIA *biflora* confundere. *Hiſt. ſt. Helv.* 362. a qua tamen abunde differt ſtylis 5. Nec de icone OEDERI *Flor. Dan.* T. 12. certus eſt D. GOUAN, dum ad utramque plantam illam refert, *Ill. et obſ. bot.* p. 30 et 31. quam autem auctoritate *Ill. Equ. a* LINNÉ Sp. Pl. 604 et *Nob.* FRIIS ROTTBÖLL, *Rar. Plant.* p. 447. ad STELLARIAM *bifloram*, ut fecit ipſe auctor, referimus.

54. EUPHORBIA *exigua acuta.* Sp. Pl. 654 *α.*

Hac juxta ſepem inter *Höjebro* et *Knäſtorp* prope Lundinum parce proveniente planta, Scaniae, floram auxit *Exper. D. D. C. F.* PALM. Spontanea palmaris eſt, erecta et inordinate ramoſa, in horto vero culta, pedalem acquiſivit longitudinem et prope radicem emiſit ramos ſimplices patentiſſimos. Quoad numerum pedunculorum in umbella, variat haec ut in ſpontanea obſervavit *Clariſſ.* D. WEIGEL loc. cit.

55. ROSAE *villoſae* Sp. Pl. 704 varietas maxima e Belgio allata, anno praeterito (1772) in loco pingui vigens, fructus tulit glaberrimos minimeque hiſpidos, dein vero, dum interea in terram minus pinguem transportata fuerit, germina protruſit plurimum hiſpida. Repetita experientia eundem non edidit effectum.

56. ROSA *Eglanteria.* Sp. Pl. 703. eſt

Roſa foetida HERRM. *Diſſ. de Roſa* p. 18.

Roſa lutea. DU ROI *obſ. bot.* p. XVII. MURR. *Prod. Gott.* p. 159.

Roſa eglanteria. SCHOLL. *fl. barb.* 399.

Roſa flava Lobelii. HALL. *H. ſt. Helv.* T. 2. p. 39.

Noſtra parum abludit a deſcriptione HERRM.

Folia obovata, biſerrata, quina aut ſeptena, ſubtus etiam glabra.

Caulis non hinc inde, ſed denſe aculeatus, aculeis rectis.

Calycis laciniae intus tomentoſae, rarius pinnatifidae.

Petala magna, obcordata, vel biloba ſinu magno rotundato praedita, odorem ſpargunt cimicinum.

57. ROSA *rubiginoſa* S. N. XIII p. 333. *Mant. alt.* p. 564 eſt

Roſa ſpinis aduncis, foliis ſubtus rubiginoſis. HALL. *ſt. Helv.* T. 2. p. 39.

Roſa eglanteria GOUAN *Hort. Monſp.* p. 245. DU ROI *obſ.* p. XV.

Roſa eglanteria HERRM. *diſſ.* p. 17 excluſis ſynon. Linneanis.

Nomen C. B. in *Mantiſſa* l. c. allatum ad praecedentem omnino ſpectat.

58. ROSA *muſcoſa* MILL. *Dict.* DU ROI *obſ.* p. XXVI.

Caulis denſiſſime aculeatus, ſimulque hiſpidus.

Pedunculi longi, *germina* et *calices* ſtrigis crispis globulo reſinoſo terminatis, ſaepius ramoſis, obſiti.

Petioli minus hiſpidi, inermes.

Folia omnium Roſarum, quot vidi, maxima, ternata, quinata, glabra.

Pulcherrima ſane varietas, ſi non diſtincta ſpecies. Cum *centifolia* in multis convenit praeſertim pedunculis longis trifloris, quos ei adſcribit HERRM. l. c. p. 13. immo crederem *illum* noſtram loco *centifoliae* deſcripſiſſe.

59. RUBI *Chamaemori* Sp. Pl. 708 flores ſexu diſtinctos eſſe extra dubium eſt, ſed utrosque ex una radice ortum ducere, obſervare voluit *D.* SOLANDER. Contendit e contra D. OEDER. in *Litt.* radicem maſculi floris a foeminei diſtinctam eſſe: facile diſcuti poterit haec differentia a botanico quodam, boreales plagas inhabitante.

60. POTENTILLA *Norvegica.* Sp. Pl. 715.

Creſcit ſpontanea quaſi in horto botanico, ibique pedunculos ſuperiores ex dichotomia ramorum, inferiores vero ex ipſo ramo, ſpatio ab axilla remoto, emittit. Synonymon *Moriſoni* in flora Svecica allegatum vix huc pertinere credo.

61. LAGERSTROEMIA.

Aut hujus binae ſunt ſpecies, vel ſaltem maximae varietates. Utramque habeo benevolentia *D.* BLADH ad Soc. Ind. Or. *Commerc. Aſſiſt.*

α. *Minor*, Chinenſis, ex aſſe convenit cum *Tſiin-kin* RUMPH. *Amb.* 7. tab. 28. *Folia* habet glaberrima, venoſa, ovata, emarginata, alia lanceolata, acuta, unius ad ſesquipollicis longitudinem. *Calyces* glabri, fuſci. *Petalorum* ungues capillares, longitudine limbi.

β. *Major*, Javanenſis, *flores* plus duplo majores, unguibus ratione limbi brevioribus. *Color* quantum ex ſicco exemplari videre licet, coeruleus. *Calyx* tenui tomento albo extus obductus. *Folia* coriacea, ſubtus glabra, ſupra ſubrugoſa, ovato-oblonga, 5 ad 8 pollicum longitudine, 2 ad $2\frac{1}{2}$ latitudine.

62. RANUNCULUS *reptans*. Sp. Pl. 773.

In humentibus Scaniae frequens.

63. RANUNCULUS *repens*. Sp. Pl. 779.

Pilis raris hujus aſperſus eſt caulis. *Caulis* et *rami* teretes, hirſuti. *Petioli* etiam hirſuti ſed rarioribus pilis et ſulcati. *Folia* ternata, foliolis trilobatis inciſis, ad inciſurae baſin macula pallida (qualem in *lanuginoſae* obſervavit *de* HALLER) notatis.

64. RANUNCULUS *hederaceus*. Sp. Pl. 781.

Circa Halmſtadium in foſſis collegit *Exp. D. D.* MONTIN ad Oeſſiö vero Scaniae *Perex. Cand. D.* SÖDERBERG.

65. TEUCRIUM *trifidum* foliis lanceolatis trifidis, pedunculis axillaribus trifloris.

Habitat ad Cap. B. Spei, unde habui, dono D. BLADH.

Caulis tetragonus, hirtus, ramoſus, folioſus.

Folia oppoſita, lanceolata, majora lobo, minora dente utrinque acuto inciſa, ceterum integra, ſupra ſcabra, ſubtus tomentoſa; tomento flaveſcente vix conſpicuo.

Pedunculi oppoſiti, axillares, triflori, longitudine internodiorum.

Calyx campanulatus, patens, quinquedentatus: dentibus lanceolatis, ſubaequalibus; pubeſcens.

Corolla purpuraſcens, labio extus pubeſcente, profunde trilobo, lobo medio reflexo, concavo, emarginato.

Stamina longa.

Stylus longior. *Stigma* bifidum, lacinia altera breviore, utraque reflexa.

Semina ſubrotunda, rugoſa, ratione calycis magna.

66. TEUCRIUM *Chamaedrys*. Sp. Pl. 790.

α. *Chamaedrys* major repens. C. B. Pin. p. 242.

Caules decumbentes, piloſi, pilis rectis diſtinctis.

Folia acuta, inciſo-ſerrata, utrinque hirta, internodiorum plerumque longitudine.

Bracteae utrinque piloſae: inferiores foliis ſimiles, ſuperiores integerrimae concavae, acutae, intermediae ſerraturis rarioribus.

Flores ſecundi: inferiores bini, ſuperiores terni ex quavis bractea.

Calyx hirſutus.

Corolla pallide purpurea, labio inferiore truncato, cavo.

Genitalium apices purpurei.

β. *Chamaedrys* minor repens C. B. Pin. 248. humilior planta.

Caulibus etiam decumbentibus ſubtomentoſis, praeſertim ad genicula.

Folia obtuſa, minus profunde ſerrata, lucida, prope baſin ciliata, internodiis longiora.

Floreſcentia prioris, ut etiam *Bracteae*, *Calyx* et *Corolla*, niſi quod bracteae obtuſae ſint et *color* corollae genitaliumque albus.

Odor praecedentis, ſed multo debilior.

Utraqne horti noſtri alumna eſt. Ultima, media quaſi inter *Teucrium Chamaedrys* et *lucidum*.

67. PRASIUM *minus*. Sp. Pl. 838.

Meliſſa fruticoſa ſicula, calyce amplo patulo RAJI *Hiſt*. p. 568.

Caules fruticoſi, virgati, tetragoni, foliosi, laeves ramoſi.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, ſerrata, venoſa utrinque glaberrima, laevia.

Flores terminales ramorum, axillares, ſolitarii, breviter pedunculati, calyce longiores, albi, in fauce pallide rubropunctati.

Calyx infundibuliformis, patentiſſimus, glaber; ariſtatus, bilabiatus, labio ſuperiore planiuſculo tridentato: inferiore minore bidentato. Nonnunquam utrumque labium aequale tridentatum.

Corolla laevis; *tubus* compreſſus, longitudine fere calycis; *faux* ſtriata: *labium ſuperius* erectum, fornicatum, bifidum; *inferius* trifidum, lobis lateralibus verticalibus obtuſis, intermedio majore cordato lateribus deflexis.

Semina 4 baccata in calyce ampliato.

Odor foliorum Dracocephali Moldavicae ſed debilis.

Ergo nullus character, *minus* a *majore* diſtinguens, a foliis vel illorum crenis. *Rami* virgati et odor lubricam dant, ſed unicam diſtinctionis notam.

68. LUNARIA *rediviva* Sp. Pl. 911. ſiliculis lanceolatis, radice perenni.

Illa eſt, quae ad Gudmuntorp inter Diverſoria Hurfwa et Hörby creſcit, quamque indicavit *Beat*. LECHE *Primit. florae Scan*. p. 12, n. 48. altera.

69. LUNARIA *annua*. Sp. Pl. 911 ſiliculis ellipticis, radice bienni.

Non inventa in Scania.

70. CARDAMINE *parviflora*. Sp. Pl. 914.

Creſcit in pratis ad Hunnemara Blekingiae.

71. ARABIS *Thaliana*. Sp. Pl. 929.

Varietas quae prior eſt *D. de* HALLER *Hiſt. ſt. Helv*. 452, cujus *folia* radicalia ſubdentata, creſcit vulgaris per Scaniam. In utraque varietate pars inferior dimidia caulis hirta eſt, reliqua glabra.

72. GERANIUM *diſſectum*. Sp. Pl. 956.

Lundini copioſe creſcit et corollas profert purpureas, minime pallide incarnatas; variat itaque florum color in hac planta, an clima hujus ratio?

Caulis geniculatus, una cum petiolis pedunculisque hirtus.

Folia oppoſita quinquepartita, lobis lanceolatis trifidis, glabra, margine et nervis ſubtus piloſis.

Stipulae ſubulatae, rubrae.

Pedunculi axillares, alterni, biflori, petiolis breviores.

Calycis foliola ovato-acuminata, trinervia, hirta, ariſtata, petalis longiora.

Petala leviter emarginata.

Styli purpuraſcentes: *Antherae* coeruleae.

Arilli hirti, nigricantes.

73. GERANIUM *Carolinianum* Sp. Pl. 956.

Hujus neceſſario binae ſint varietates. Arillos enim nigros, hirſutos ait *Ill. Equ. a* LINNÉ *Mant. alt.* p. 434. et DILLENIUS *hort. Eltb.* p. 162.; in noſtro vero arilli pallide fuſci. Figura DILLENII etiam parum a noſtro recedit, quod lobos magis rotundatos obtuſosque habet. Varietatem quidem in *Diſſ. de Geraniis* p. 27. indicat *Nob.* BURMANNUS, ſed ex ſola denominatione Boërhaviana nil certi colligere poſſumus. Calyx, foliorum figura, ſplendor et tota facies hoc cum GERAnio *lucido* ita conjungit, ut facile ſola varietas videatur.

74. GERANIUM *phaeum.* Sp. Pl. 953.

Prope Norra Wram Scaniae invenit antea laudatus D. OSBECK, indeque in hortum proprium transtulit.

75. GERANIUM *paluſtre.* Sp. Pl. 954.

Ad Norra Wram D. OSBECK. ad Ramlöſa Scaniae et Åkerö Sudermanniae *Nos.*

76. SIDA *piloſa* foliis ſubrotundis cordatis, ſerratis, ſupra piloſis, ſeminibus ecornibus.

Radix annua nobis.

Caulis ramoſus, procumbens, teres, piloſus.

Folia ſubrotunde cordata, ſerrata, ſubtus ſcabra, ſupra piloſa, petiolata: petiolis longis piloſis.

Stipulae filiformes, aliquantulum recurvae.

Pedunculi ſolitarii (rariſſime bini) uniflori, axillares, petiolo longiores.

Calyx ſimplex, monophyllus, pentagonus, quinquepartitus, piloſus.

Corolla Sidae, parva, flava. *Stam.* et *Piſt.* generis.

Pericarpium. Arilli 5, membranacei, angulati, apice perforati, monoſpermi, mutici.

Althaea morifolia Ind. Or. ad foliorum ſinus capitulis ſingularibus parvis PLUK. *Phyt.* T. 132. f. 1. plantam cultam optime refert, ut

Althaea minima ſurrecta Veronicae villoſae foliis ibid. f. 3. ſpontaneam e Tranquebaria.

Sida cordifolia LINN. Sp. Pl. 961. non eſt, noſtra enim a figura DILL. in omnibus nimis diſtat et deſtituitur praeterea omnino corniculis ſeminum.

Habitat ad Tranquebar, unde ſemina ad hortum Hafnienſem et ſpecimina ſicca miſit *Praeclar.* KÖNIG.

77. GENISTA *Germanica.* Sp. Pl. 999.

In Hallandia ſponte creſcentem invenit ſemper cum laude nominandus D. MONTIN ejusque tam ſpecimina ſicca, quam ſemina, benique nobis communicavit.

78. ONONIS *arvenſis.* Sp. Pl. 1006. ſub nomine *ſpinoſae.*

Ad eandem ſpeciem referuntur *ſpinoſa* et *mitis* et ab *Ill. de* LINNÉ l. c. ex auctoritate LOESELII et a *Gen. de* HALLER *Hiſt. ſt. Helv.* T. 1. p. 155. no. 356, nec tantis Viris contradicere animus eſt; dicam modo propria experimenta: *Mitem* in hortum transtuli anno 1773 ibique laete crevit et quotannis floruit, etiam nunc 1776 mitis ac inermis. Semina *ſpinoſae* anno praeterito collegi et praeſenti terrae commiſi; prodierunt plantae plures julio, auguſto et ſeptembri florentes, omnes ſpinis armatae et propriam faciem ſervantes. Negat quoque oculatiſſimus MILLER in *Dict. mitem* et *ſpinoſam* mutari.

79. OROBUS *tuberoſus.* Sp. Pl. 1028.

Gaudet *caule* bialato. Varietas hujus pulchra ad Fogleſong nobis obvia fuit, *caule* plus quam pedali, foliis latis, magnis, ovatis, obtuſis, ſtipulisque grandibus, baſi eroſo-dentatis.

80. LATHYRUS *paluſtris.* Sp. Pl. 1034.

In meridionalibus Sveciae provinciis rara, in Sylvula Lingenaeſet prope Chriſtianſtadium creſcit. Erant huic *cirrhi* hexaphylli, *internodia* alata, *folia* lanceolata, *ſtipulae* ſemiſagittatae, *pedunculi* ſubtriflori, *corollae* coeruleae.

81. VICIA *dumetorum.* Sp. Pl. 1035.

Folia hujus ovata villoſa apice emarginata, deſcribit D. REYGER *Tent. fl. Ged.* T. 2. p. 116. In ſpecimine vero ad Kaddeſiö prope Yſtadium a Cl. D. M. JÖRLIN lecto et nobis communicato, folia omnino glabra ſunt, tenuiſſime tantum ciliata et obtuſa cum acumine. *Stipulae* profunde ſerratae.

82. VICIA *Caſſubica.* Sp. Pl. 1035.

Inter Halmſtad et Sperlingsholm illam collegit D. D. MONTIN et ſemina nobiscum communicavit. In Blentarps lille wong quoque creſcere ex Herbario LECHEI intellexi. Haec eadem eſt, quam *Viciam militantem*, nomine ad genium inventoris reſpondente, vocavit infelix novator et meritiſſimorum virorum perpetuus cavillator, ac ſimul cum *Vicia ſylvatica* confundere ſtuduit.

83. VICIA *Lathyroides.* Sp. Pl. 1037.

Cirrhis inſtruitur et deſtituitur.

84. CORONILLA *cretica.* Sp. Pl. 1048.

Quos pro charactere eſſentiali plantae ponit *Rev.* FORTIS *libr. cit.* p. 68 ſcil. *petiolos a baſi ad dimidium usque lanuginoſos*, ego in culta obſervare non potui.

85. TRIFOLIUM *Melilotus Meſſanenſis Mant. alt.* 275.

Hujus Synonymon, ni valde fallor, eſt

Melilotus minima, recta, lutea, ſiliquis craſſis curtis in capitulum congeſtis, ſemine Foenugraeci. MORIS. 2. ſ. 2. p. 162. T. 16. f. 9.

86. MEDICAGO *circinata.* Sp. Pl. 1096.

Varietatem colimus in horto academico, quae *legumina* habet integerrima. Ad hanc ſpeciem quoque referenda videtur

MEDICA *Hiſpanica* MILL. *Dict.* et

MEDICA *cretica ejusdem.*

87. MEDICAGO *obſcura*, pedunculis racemoſis, leguminibus reniformibus integerrimis, caule diffuſo hirto. Tab. I.

Radix annua.

Caules decumbentes, diffuſi, longi, tetragoni, piloſi.

Folia petiolata, ternata: foliolis obovatis, argute ſerratis, rarius piloſis. *Petioli* longi, ſupra canaliculati.

Stipulae ciliato-dentatae.

Pedunculi axillares longitudine folii, multiflori, poſt floreſcentiam elongati.

Flores Medicaginis polymorphae, flavi, vexillo dilutiore.

Legumina in racemo brevi congeſta, reniformia, compreſſa, carinata integerrima, venoſa, diſperma. *fig. a*, fructum naturali magnitudine, *b*, vero lente auctum, ut margo et venae appareant, exhibet.

Semina oblongo-reniformia, glabra.

Ex unico ſemine, quod aliis immixtum inveni, excrevit et jam per aliquot annos in horto academico viguit. Florens planta *polymorpham* omnino refert, ſed legumina differentiam produnt. Germaniae incolam credo, nam exinde primum ſemen fortuito caſu habui.

Medica italica. MILL. *Dict.?*

Medicago polymorpha cochleata lenticularis WILCKE *Hort. Gryph.* 72?

Medica lunata quaedam minor. I. B.?

Trifolium ſiliqua falcata, alterum *C. B. Pin.* 330 an ſit neſcio, quum deficiant CLUSII opera citata. RAJUS in *Hiſt. Plant.* I. p. 966. 32 dubios nos facit.

Obſ. Legumina, quoad figuram proxime conveniunt cum fructu MEDICAGINIS *circinatae*, ſed dimidio minora, rigidiora, magis inflexa, ut extremitates ſibi incumbant, quare etiam circumſcriptio fere orbicularis. MEDICAGINIS *polymorphae* varietas eſſe nequit, ob fructum minime cochleatum.

88. MEDICAGO *polymorpha.* Sp. Pl. 1097.

Speciei character facilis, varietatum difficilis. Figuras nonnullarum dedit MORISONUS, ſed deſcriptiones ad illas non ubique pertinent, vitium an Chalcographi, vel ſcriptoris neſcio. Quum vero vix niſi ex iconibus forma leguminum diverſa, difficillime verbis exprimenda, intelligi poſſit, optandum foret, ut, qui omnes colit varietates, ſculpturam illarum curare vellet. *Rev. D.* WILCKE in *horto Gryphico* XXIII quidem deſcripſit varietates, ſed leguminum tantum fecit mentionem, reliqua omiſit, quae tamen aeque neceſſaria. Non niſi ſeptem varietates hactenus aluit hortus Lundenſis, quarum deſcriptiones ſubpingere lubet.

88. A. MEDICAGO *polymorpha orbicularis?*

Moris. 2. ſ. 2. t. 15. f. 2.

Caules erectiuſculi, ramis decumbentibus hirſutis.

Folia ovata, acuta, leviter dentata, ſubpiloſa.

Stipulae ſerratae.

Pedunculi uniflori, ariſtati, piloſi.

Legumina cochleata, depreſſiuſcula, anfractibus piloſis, nitidis, imbricatis.

88. B. MEDICAGO *polymorpha nigra?*

Moris. 2. ſ. 2. t. 15. f. 19.

Caules decumbentes, laeves, ſubangulati.

Folia obcordata, emarginata, dentata, laevia, fuſco-alboque maculata.

Stipulae ciliato-lacerae.

Pedunculi 2-4 flori.

Legumina cochleata: anfractibus disjunctis dorſo biſpinoſis, ſpinulis divaricatis hamuloſis.

88. C. MEDICAGO *polymorpha arabica?*

Moris. 2. ſ. 2. t. 15. f. 17? nam noſtra legumina majora.

Caules decumbentes, tetragoni, piloſi.

Folia obcordata (trifolii pratenſis) retuſa, ſubdenticulata, macula fuſca diſci.

Stipulae ciliato-dentatae, hirſutae.

Pedunculi 2-4 flori, ariſtati.

Legumina cochleata, ſubgloboſa, utrinque truncata, anfractibus dorſo biſpinoſis, ſpinis longis divaricatis.

88. D. MEDICAGO *polymorpha intertexta.*

Moris. 2. ſ. 2. t. 15. f. 7.

Caules decumbentes, tetragoni, glabri.

Folia obovata, dentata.

Stipulae ciliato-dentatae.

Pedunculi 3-4 flori, ariſtati, abortientes excepto unico.

Legumina ſolitaria, maxima, globoſa, cochleata, anfractibus dorſo biſpinoſis, ſpinis divaricatis, appreſſis, longis, ſubulatis.

88. E. MEDICAGO *polymorpha coronata.*

Moris. 2. ſ. 2. t. 15. f. 21.

Caules decumbentes, ſubtetragoni, glabri.

Folia inferiora obcordata, ſuperiora obovata, ſubdenticulata.

Stipulae ciliato-lacerae.

Pedunculi 2-3 flori, ariſtati.

Legumina duo, ſubcylindrica, cochleata, anfractibus disjunctis dorſo biſpiculoſis, ſpinulis breviſſimis divaricatis.

88. F. MEDICAGO *polymorpha.*

Moris. 2 ſ. 2. t. 15. f. 10?

Caules decumbentes, ſtriati, glabri.

Folia inferiora obcordata, ſuperiora obovata, ſubdentata.

Stipulae ciliato-lacerae.

Pedunculi 2-7 flori.

Legumina plura, cochleata, anfractibus disjunctis, dorſo bimuricatis.

88. G. MEDICAGO *polymorpha tornata.*

Moris. quidem hujus figuram non habet, ſed *fig.* 11 in *tab.* 15 et *fig.* 2 in *tab.* 16 quae utraque ad *Medicaginem ſativam* pertinet, legumina etiam hujus bene exprimit.

Caules decumbentes, laeves, vix angulati.

Folia obovata et obcordata, denticulata.

Stipulae dentatae.

Pedunculi 2-6 flori, mutici.

Legumina plurima, cochleata, cylindrica, utrinque plana, laevia, inermia.

89. LEONTODON *autumnale.* Sp. Pl. 1123.

Planta ſat vulgaris, ſed polymorpha et ſaepe aequivoca, quare accuratam deſcriptionem mereri videtur.

Radix praemorſa.

Folia radicalia, ad baſin vaginis fuſcis obtecta, lanceolata, dentata; dentibus longis vel antrorſum vel retrorſum ad angulum acutum verſis, adeo ut in genere runcinata dici nequeant. Apex longus, haſtatus. Pili albi, rari, praecipue circa coſtam.

Caulis foliis duplo altior, teres, ſtriatus, nudus, ramoſus. *Folium* lineare, integerrimum (raro uno alterove dente) parvum ad quamlibet ramificationem.

Pedunculi ſuperne incraſſati, villoſi, ſquamati: ſquamis lanceolatis, carinatis, appreſſis.

Calyx polyphyllus, villoſus, foliolis imbricatis, erectis, carina hiſpida ex pilis longis fuſcis.

Receptaculum planum, nudum, punctatum.

Semina ſubcylindrica, tenuiſſime transverſim ſtriata: *pappus* ſeſſilis, ſubplumoſus.

Planta in ſteriliori ſolo ſpithamea, nonnihil ramoſa, foliis runcinatis: in fertiliori bipedalis foliis *Scorzonerae laciniatae*, caule multum ramoſo.

Picridi ſuae *Hiſt. Helv.* p. 12. n° 28 calycem lividum glabrum tribuit *Gen. de* HALLER, quem in noſtra nunquam vidi.

Aliam varietatem foliis uno alterove dente tantum inſtructis et caule unifloro vide apud *Nob.* GOUAN. *Obſ. et Ill.* p. 56.

90. HIERACIUM *ſylvaticum* caule ramoſo folioſo, foliis radicalibus ovatis acutis petiolatis: caulinis ſeſſilibus, pedunculis multifloris. GOUAN. *Obſ. et Ill. Bot.* p. 56.

Plantam anno 1771. circa Ulricsdal legi, quam cum GOUANI eandem eſſe, omnino perſuaſus ſum, *Tabernaemontana* licet citata figura non convenit, ejusdem vero *Pulmonaria gallica tenuifolia* ed. Bauh. 1525 p. m. 487. quae ad *Hieracium* 46 HALL. *ſtirp. Helv.* δ allegatur, noſtrae multo melius reſponderet, ſi folia paullo minus dentata et caules plures fuiſſent. Ait autem ipſe *Gen.* HALLER folia vix dentata eſſe. Baſis petiolorum etiam minus piloſa alba eſt, quam indicare videtur deſcriptio *Nob.* GOUAN; in eo autem variare poteſt e loco, planta ceterum ſatis polymorpha. In noſtra planta

Radix fere praemorſa, fibrisque ſolum conſtare videtur.

Caules plures ex eadem radice, folioſi, piloſi, multiflori.

Folia radicalia petiolata, ovato-lanceolata: alia integerrima, alia denticulata, margine et nervo praeprimis piloſa, in diſco rarius et tunc parciſſime. In petiolos multum hirſutos decurrunt baſi dilatatos: *caulina* lanceolata ſunt et ſeſſilia.

Bracteae ad exortum pedunculorum inque ipſis pedunculis ſubulatae.

Flores HIERACII *murorum*, ſed minores et pallidiores.

Si varietates praedictae ſpeciei dividentur, *ſylvatico* GOUANI adjungatur noſtra, ſin minus ſingularis varietas erit HIERACII *murorum* Sp. Pl. 1218. β.

91. SERRATULA *arvenſis.* Sp. Pl. 1149.

Hujus binae in Scania occurrunt varietates ſat vulgares quarum

α foliis utrinque unicoloribus,

β foliis ſubtus albidis eſt.

92. CARDUUS *peregrinus* foliis decurrentibus ſinuatis ſpinoſis, ſubtus pedunculisque ſubaphyllis tomentoſis, multifloris, calycibus ſpinoſis deciduis.

Carduus leucographus. L. Sp. Pl. 1149?

Carduus lacteus peregrinus Camerarii. RAJI *Hiſt.* T. 1. p. 312 c. deſcr. bona.

Radix annua.

Caulis tripedalis, ramoſus, ſtriatus, alatus, nudus, ſed rami terminales tomentoſi.

Folia ſinuato-dentata, ſpinoſa, ſeſſilia, decurrentia, ſupra nuda albo-maculata, ſubtus tomentoſa.

Pedunculi terminales et axillares; terminales ramoſi tomentoſi, alati, longi, multiflori, floribus 3-6; axillares breviſſimi.

Calyces ſeſſiles et pedicellati, oblongi, fere cylindrici, molliter ſpinoſi, ſubtomentoſi, maturi decidui.

Corollulae paucae, rubrae, vix calyce longiores.

Semina parva, alba, gummi tenaci oblinita, unde pappo arctiſſime adhaerent et difficillime extricantur.

Carduo albis maculis notato exotico MORIS T. 3. p. 155 eadem ſynonyma adjecit, qua RAJUS ſuo tribuit, ſed deſcriptio et figura S. 7. tab. 30. aliam plantam indigitare videntur.

Sub nomine *Cardui Leucographi* ſemina accepi, ſed a charactere ſpecifico in *Spec. Pl.* l. c. obvio recedit noſtra et auctores praeterea diſtinguunt.

93. BIDENS.

Planta in Scania aeque ac Hallandia vulgaris eſt, quam pro BIDENTE *frondoſa* haberi debere plurimae ſuadent rationes, praeſertim magna illa folia calyci ſubjecta, ſed cum promiſcue cum tripartita creſcat et hujus frondes calycinas plurimum obſervaverimus variare, ejus quoque progeniem credimus.

94. BIDENTIS *tripartitae* Sp. Pl. 1165. quoque nobis eſt

var. β. *pumila* teneraque caule ſimpliciſſimo unifloro, quam pro *minima* Sp. Pl. 1165. ne habeant Tirones moneo. *Pumilae* noſtrae *radix* eſt ſimplex, *folia* ſerrata, *calyx* folioſus foliolis plurimis; *Minimae radix* repens, *folia* aut integra, aut crenata ſaltem, et *calyci* folia tantum duo ſubjiciuntur.

95. CONYZA *anthelminthica* Sp. Pl. 1207.

Specimen ſiccum in Bengala collectum et a *Nob. D.* ARV. ADR. STJERNECRANTZ amiciſſime communicatum, ſemina ſuppeditavit hujus plantae.

Radix annua.

Caulis erectus, teretiuſculus, ramoſus, leviter tomentoſus, purpureo-maculatus; ramis erectis ſparſis.

Folia alterna, ovato-lanceolata, ſerrata, dentibus acutis inaequalibus, baſi in petiolum anguſtata, ſupra ſcabra, ſubtus venoſa, glabra.

Inflorescentia paniculata, terminalis ramorum; pedunculis longis ſuperne incraſſatis, folio unico inſtructis. Pedunculus ſolitarius caulem terminat.

Calyx communis, polyphyllus, ovatus, ſuperne connivens; ſquamis linearibus, interioribus longitudine tubi corollarum: exterioribus elongatis quaquaverſum divergentibus.

Corolla compoſita uniformis, floſculis tubuloſis, numeroſis 25-40 aequalibus, hermaphroditis, rubris; radii reflexis.

propriae tubus tenuiſſimus verſus limbum anguſtatus; *limbus* oblongo-ovatus, quinquefidus, laciniis lanceolatis, erectis, fere conniventibus.

Stamina, *filamenta* 5, brevia e fauce tubi. *Anthera* cylindrica alba, lineis 5 nigris.

Piſtillum, *Germen* oblongum, ſtriatum. *Stylus* filiformis longitudine corollae. *Stigmata* 2 reflexa.

Semina oblonga, obconica, longitudinaliter ſtriata. *Pappus* ſimplex, ſetoſus, longitudine tubi corollae.

Receptaculum nudum, punctatum.

Sapor foliorum amariſſimus.

Quum nullae adſint corollae foemineae, potius *Serratulae* ſpecies erit.

96. TUSSILAGO *alpina*. Sp. Pl. 1213.

Scapus fere pedalis, ruber, ſtriatus, tomentoſus, uniflorus, bracteis 1-3

Calyx erectus, apicibus patulis rubris, prope baſin auctus bracteolis coloratis.

Corollae foemineae radii 10-13, tubo anguſtiſſimo, truncato, vix dimidium ſtylum veſtiente. *Stamina* omnino nulla: *ſtylus* recurvus, *ſtigmate* bifido, reflexo, extus rubente.

— *hermaphroditae* 30-35 *generis.*

97. TUSSILAGO *alba.* Sp. Pl. 1214.

Creſcit etiam ad Gudmuntorp.

Folia exacte Petaſitidis: multoties licet minora ſunt.

Scapus ſemipedalis, plus minus tomentoſus, foliis veſtitus ſublanceolatis, acuminatis, nervoſis.

Thyrſus faſtigiatus, bracteis lineari-lanceolatis ſub quovis pedunculo, longitudine fere florum. *Bractea* minor in medio pedunculi.

Calycis folia 12-15 carinata, margine membranaceo.

Corollae hermaphroditae 15-30, *tubulo* lineari, anguſtiſſimo, *limbo* campanulato, quinque-rarius quadri-dentato, dentibus reflexis. *Stigma* craſſiuſculum, acutum, bifidum, laciniis erectis. *Filamenta* tubulo adnata; *anthera* ex 4 l. 5 connatis, ſupra limbum eminens, apice acuto. *Pappus* ſimplex, ſeſſilis.

— *foemineae* 1-3 in radio, conflatae ex rudimento tubuli ſtylum dimidium veſtiente. *Stylus* longitudine corollae hermaphroditae; *ſtigma* parvum, bifidum, reflexum, plerumque ſphacelatum. *Pappus* prioris.

98. TUSSILAGO *ſpuria* foliis triangulari-cordatis, denticulatis, lobis ſinuatis: thyrſo faſtigiato, floſculis foemineis ſubpetaloideis plurimis. *Tab.* 2.

Creſcit copioſe ad *Boſärja* juxta Ringſiöa in Scania.

Radix longiſſime repens, geniculata, alba.

Folia radicalia, longe petiolata, triangulari-cordata, fuſco-denticulata, in junioribus utrinque, adultioribus ſubtus lanata, cucullata vel lobis (ſinu magno mox acuto, mox rotundato, exciſis) convergentibus.

Scapus et *Thyrſus* T. alba N° 97.

Calycis foliola 14-19 planiuſcula, margine membranaceo.

Corolla hermaphroditae 34.39. ut in *alba*, niſi quod *ſtigma* in hac magis craſſum, minus fiſſum occultetur fere intra cylindrum antherae apice quinquedentatae. vid. Tab. II. f. a. in *alba* vero magis acutum eminet totum ſupra antheram.

foemineae 12-13 in radio, tubuloſae, lineares, longitudine corollas hermaphroditas aemulantes; *limbus* etiam tubuloſus ſine anguſtato, oblique apertus, (vid. *Tab.* 2 b. magnitudine aucta) *ſtylus* corollulae multo brevior, *ſtigmate* parvo, obſolete bifido, ſterili, terminatur.

Apud nullum inveni Auctorem niſi ſit

Petaſites minor alter Tuſſilaginis folio MORIS. 3. p. 95 et PLUK. *Phyt.* Tab. 206. f. 3.

Quocum foliorum figura quadantenus convenit, thyrſi autem non. A *hybrida* diſtincta eſt et thyrſi et foliorum forma, ab *alba* floſculorum foemineorum numero, figura, ut et foliorum conformatione.

99. TUSSILAGO *hybrida.* Sp. Pl. 1214?

Etiam horti academici noſtri alumna. Hujus vero folia a figura DILLENII *Hort. Elth.* t. 230. f. 297. plurimum differunt, cum foliis enim *ſpuriae* n° 98. exacte

conveniunt, niſi quod minora ſint et facie magis obſcura ludant. Suſpicor illam a *hybrida* diverſam eſſe et eandem cum

Petaſitide floribus ſpicatis erectis, foliis calycinis lanceolatis, floſculis pauciſſimis androgynis. HALL. *H. ſt. Helv.* T. 1. p. 62 n° 141.

100. TUSSILAGO *Petaſites.* Sp. Pl. 1215.

In hac flores foeminei ſaepe deſunt omnino.

101. CINERARIA *alpina.* Sp. Pl. 1243.

Polymorpha ſane planta, cujus character vel emendari debet, vel varietates in plures dirimi ſpecies, ut jam fecit *Nob.* GOUAN, *Ill. et Obſ. Bot.* p. 68.

Unam eandemque hujus ſpeciei varietatem invenerunt in coemiterio Egnabergenſi oculatiſſimus D. *Praepoſitus* OSBECK, et juxta Annelof verſus Käflinge *Clar. D. Cand.* SÖDERBERG, cujus deſcriptio haec eſt.

Caulis ſolitarius, ſimplex, erectus, tomentoſus, ſpithamaeus vel pedalis, terminatus corymbo 5 ad 8 florum, minime vero umbella involucrata.

Folia, *radicalia* petiolata, ovata, dentata dentibus parvis acutis, fuſcis; tomentoſa (tomentum vero *Tuſſilaginis Farfarae* in modum exuunt); *caulina* ſeſſilia, ſemi-amplexicaulia, fere adpreſſa, linearia, integerrima, alterna.

Flores lutei, inaequaliter pedicellati, ſingulo pedunculo ad baſin bractea lineari tomentoſa inſtructo. Reliqua generis.

Ideoque γ. vel *integrifolia* erit: ſed nullum ex allatis ſub hac varietate ſynonymon, praeter GMELINI, quadrat, neque hoc tamen, niſi ſimul conferatur deſcriptio et figura *A* in *Tab.* 71. Planta enim MORISONI, RAJI, GERARDI, J. et C. BAUHINI quae eadem eſt cum *Jacobaea 2 Pannonica* CLUSII et ex quo et figuram et deſcriptionem mutuarunt, folia habet multo majora, lato-lanceolata, acuminata, plantam dimia longitudine aequantia; noſtrae vero vix ſeſquipollicaria et fere rotundata. Auctorum planta flores habet in umbella involucrata pauciores, noſtra plures bracteatos in corymbo. Nec *Senecio* 63 *Hiſt. ſt. Helv.* T. 1. p. 29 noſtra eſt planta, GMELINI licet ſynonymon ibi adducatur, folia enim cordata et calyx tomentoſus abſunt. Recte vero hanc HALLERI *Senecionem* ad *Cinerariam cordifoliam* ſuam refert GOUAN l. cit. cum qua nihil commune habet *Solidago* GMELINI. Erit noſtra haec *tomentoſa* JACQUINI *Miſc. Vind.* p. 287, niſi diceret figuram CLUSII bonam eſſe, quod reſpectu noſtrae plantae non eſt.

102. ORCHIS *bifolia.* Sp. Pl. 1331.

Columna ſtaminea, proprie ſic dicta, nulla; ſed *ſtigma* maximum fornicatum, cujus latera fiſſa includunt partes maſculas. *Stamina* omnino libera, id eſt, nullo loco adnata, ſed in rima piſtilli laterali abſcondita, filamento anthera longiore, pelta laterali prope baſin viſcida inſtructo.

103. ORCHIS *Morio.* Sp. Pl. 1333.

Plurimum variant hujus flores, in eodem enim tractu eos obſervavi *labio nectarii* inflexo et plano, quadrifido, indiviſo et leviter tantum emarginato, *cornu* praeterea obtuſo et gibbo, cylindrico, compreſſo vel ſubcompreſſo.

103. ORCHIS *maſcula.* Sp. Pl. 1333.

Nec minus variabilis; vidi enim *nectarii labium* integrum, emarginatum et quadrilobum plus minus; *cornu* conicum et cylindricum.

104. ARUM *ſpirale* acaule, foliis lanceolatis, ſpatha ſpirali, ſeſſili.

Habitat ad Tranquebar. KÖNIG.

Radix geniculata, repens.

Folia lanceolata, acuta, nuda, petiolis ad baſin dilatatis membranaceis, venoſis.

Spatha ſeſſilis, ſpiraliter convoluta, perpetua.

Spadix brevis.

105. AMARANTHUS *hybridus.* Sp. Pl. 1406.

In horto academico per plures annos ſpontanea.

Planta tota cum floribus pallide virens.

Caules, petioli et nervi hirſuti.

Folia, cordata, lineata, margine undulata, apice deorſum ſpectantia.

Racemus terminalis, decompoſitus, erectus, ad baſin folioſus; racemuli ex foliorum alis.

Flores maſculi triandri, tetrandri, rariſſime pentandri.

— *foeminei* trigyni, minores.

106. JUGLANS *oblonga* foliis cordato lanceolatis inferne nervoſis; pediculis foliorum pubeſcentibus. MILL. *Dict.* 3.

E ſeminibus a *Rev.* D. D. KALM ex America allatis excrevit arbor, quae anno 1774 primum tulit fructum, ex quo videre licuit diſtinctam eſſe ſpeciem a JUGLANDE *nigra* Sp. Pl. 1415. pro qua habita fuit. Differt enim et figura et colore fructus odoreque foliorum.

Folia pinnata, 6-8 parium, foliolis alternis ſeſſilibus, ovato-lanceolatis, obliquis, acutis, ſerratis, ſupra nudis, ſubtus pubeſcentibus, inodoris.

Petiolus et nervus ſuperior tomentoſi.

Drupa ovalis, tomentoſa, viſcida.

Nux oblonga, acuminata, profunde ac acute ſulcato-ſinuoſa, colore *Jugl. regiae.*

Obſ. Juglandis nigrae folia etiam in Anglia odora, teſte *Millero* l. cit.

107. VERATRUM *Sabadilla.*

E racemo ſicco inter ſemina reperto, quem in Muſeo ſuo ſervavit Cl. D. Fr. ZIERVOGEL, *Pharm. Aul.* ſequentem formavi deſcriptionem.

Racemus ſpicatus, ut videtur, ſimplex, floribus ſecundis ſubnutantibus, pedunculatis, nigro-purpureis.

Flor. Hermaphr.

Calyx nullus.

Corolla hexapetala, petalis tribus exterioribus, omnibus ovatis.

Stamina ſex baſi corollae inſerta, filamentis inferne latioribus, perſiſtentibus.

Piſtilla tria, *germinibus* oblongis, glabris, *ſtylis* breviſſimis. *Stigmata* ſimplicia.

Capſulae 3 ovato-oblongae, acutae, intus dehiſcentes.

Semina 2. 3. oblonga, altero apice truncata.

Flor. Maſculi

Omnia ut *Hermaphrod.* praeter *piſtillum*, cujus modo rudimentum adeſt.

108. ATRIPLEX *pedunculata.* Sp. Pl. 1675.

Creſcit in Urbe LandsCrona, loco depreſſo arenoſo cum *Salicornia.*

109. ATRIPLEX.

Hujus generis ſpecies floruit in Horto Academico, ex Seminibus ſub nomine *Spinaciae ferae* ab Amico miſſis. Quod autem, licet polygama non ſit, ſed monoica, ad Atriplicis genus pertineat, e florum foemineorum fabrica patet.

Radix annua.

Caulis tripedalis, ſublignoſus, flexuoſus, ſulcatus, ramoſus, patens, folioſus.

Folia oblonga, ſinuata, nuda, albo-micantia, praecipue ſubtus ex infinitis atomis nitentibus: inferiora ſubhaſtata, ſuperiora linearia.

Inflorescentia racemoſa, monoica.

Racemi terminales ex glomerulis maſculis, immixtis paucis floribus foemineis. Reliqui flores foeminei ſeſſiles, congeſti, axillares.

Corollae maſculae calyx turbinatus, pentaphyllus, foliolis membranaceis apice inflexis, carina viridi. *Corolla* nulla. *Stamina* 5 filamentis filiformibus calyce nonnihil longioribus; antherae ſubrotundae.

foemineae calyx diphyllus, compreſſus, quadridentatus, denticulis inaequalibus, micans. *Germen* ſubrotundum compreſſum, *ſtyli* 2, rarius 3, calyce triplo longiores; *ſtigmata* reflexa villoſa. *Semen* ſolitarium orbiculatum, compreſſum, in ſinu calycis magnitudine parum aucti, laevis.

Figura tenus convenit cum

ATRIPLICE foliis ex ſinuato-haſtatis, ſpicis arctiſſimis, valvulis ſeminum dentatis GMEL. *Fl. Sib.* III. p. 69. *tab.* 14. f. 1. nec multum abſcedit deſcriptio

SPINACIAE foliis ex deltoideo-ovatis, ſubſinuoſis, capſulis in orbem poſitis. *ibid.* p. 86.

110. OSMUNDA *criſpa.* Sp. Pl. 1522.

In alpibus Dalecarlicis lectam vidi in Herbario B. LECHE.

111. ASPLENIUM *Breynii* frondibus ſubbipinnatis, foliolis oblanceolatis alternis, apice ſerrulatis.

Aſplenium Germanicum WEIS *Crypt. Gott.* p. 299 *.

Aſplenium caule pinnato, pinnis imis trifoliatis, ſuperioribus ſimplicibus, dentatis. HALL. *ſt. Helv.* T. 3. p. 8.

Adianthum foliis in oblongum ſciſſis, pediculo viridi. MORIS. 3. ſ. 14. p. 585. *tab.* 5. f. 25.

Adianthum novum germanicum Rutae murariae facie. BREYN. *Cent.* p. 189. f. 97.

Filicem hanc in rimis petrarum circa Ulricsdal offendimus, promiſcue cum *Acroſticho ſeptentrionali* creſcentem.

Radix fibroſa, fibris longis ramoſis.

Stipites multi, baſi ferrugineo-nigricantes, ſuperne virides.

Frondes ſubbipinnatae. *Pinnae* inferiores foliolis conſtant 2. l. 3 petiolatis: intermediae bifidae ſunt, reliquae ſimplices: terminalis longior dentibus 2. 3 reflexis; omnes alterni in petiolum deſinentes.

Fructificationes lineares 2. 3. in ſingulo foliolo, verſus petiolum convergentes.

Frondes praeteriti anni cum icone BREYNII exacte conveniunt, et nullus dubito, quin noſtra planta eadem ſit cum illa *Cel.* WEISSII, parum licet varient deſcri-

ptiones noſtrae. Ejus enim exemplar forte ut et BREYNII adultius fuit, hujus enim menſe ſeptembris lectum, noſtrum Julii. MORISONI figuram, quam ipſe quidem a Breyniana filice diſtinxit, ad *Oſmundam criſpam* retulit *Gen. de* HALLER, ſed ad noſtram potius pertinere ac neutiquam ad *Oſmundam* referri debere perſuaſus ſum.

112. POLYPODIUM *criſtatum.* Sp. Pl. 1551.

Polypodium filix femina ſpinoſa WEIS *Cr. Gott.* p. 316.

Polypodium MÜLL. *Fl. Fridr.* p. 193. no. 841. T. 2. fig. 2.

Creſcit in Sylvis Gotungiae.

113. PILULARIA *globulifera.* Sp. Pl. 1565.

In Hallandia prope amnem, qui trans Haſſlöf fluit, legimus.

114. LICHEN *ſulphureus*, *Act. Holm.* 1769. p. 249. eſt

Lichen capitatus SCHREB. *Spic. Lipſ.* p. 134 et

Mucor furfuraceus Lin. Sp. Pl. p. 1655.

Color enim viridis et luteus in Lichenibus multum ludit.

115. TREMELLA *Agaricoides*, *Act. Holm.* l. c. p. 250

Peziza palymorpha OED. *faſc.* 8. T. 464. fig. non bona.

HALL. *H. ſt. Helv. Tab.* 48. f. 8. icones bonae, nomen non invenio.

Lycoperdon truncatum LINN. *Syſt. Nat.* XIII. p. 824 eſt initium noſtrae Tremellae.

116. TREMELLA *granuloſa* β. *Act. Holm.* l. cit. p. 250. eſt

Sphaeria Mori WEIG. *obſ. bot.* p. 45. t. 2. f. 11.

117. ULVA *radicata*, *Act. Holm.* l. cit. p. 250 eſt

Ulva granulata SCHREB. *Spic. Lips.* 141.

118. BOLETUS *Bugloſſum Act. Holm.* l. cit. p. 253.

Boletus asbeſtinus SCOP. *Ann. H. N.* IV. p. 148?

Polyporus ſanguineus ſeſſilis, craſſus, mollis, obſcure lobatus. HALL. *H. ſt. Helv.* 2315.

119. CLAVARIA *ophiogloſſoides* Sp. Pl. 1652.

Raro hoc fungo, in Weſtrogothia lecto, me donavit *Nob.* D. J. A. GYLLENHAHL.

129. LYCOPERDON *aggregatum Act. Holm.* l. cit. p. 254.

Mucor lycoperdioides SCOP. *An. H. N.* IV. T. 1. f. 11.

Trichia breviſſime petiolata purpurea piriformis *de* HALL. *H. ſt. Helv.* 2167. *tab.* 48. f. 5.

121. LYCOPERDON *gregarium* paraſiticum, congeſtum, ſphaericum, cortice fuſco nitente, farina aurea.

Hoc in ligno putrido prope Upſaliam naſcens mihi amiciſſime obtulit D. GYLLENHAHL.

Ad *Trichias Gen. de* HALLER pertinet. Fungus eſt parvus, capitulo aciculae vix major, farina foetus ſeſſilis; hac autem amiſſa, ſat longe petiolatus apparet, ſtipite nigro capillaceo, capitulo hemiſphaerico, concavo, inani, ac tum cum *fig.* 3, *d* in Tab. 48 HALLERI apprime convenit.

122, BYSSUS *bombycina Act. Holm.* l. cit. p. 251. eſt

Byſſus floccoſa SCHREB. *Spic. Lips.* 144.

APPENDIX.

SOPHORAE, foliis ſimplicibus.

Nemo ſane botanicorum Caput bonae ſpei adiit, quin plurima omnino nova ibi invenerit, imo regio iſta prae aliis, plantarum dives videtur. Mihi ſaltem ignota eſt terra, quae intra tam parvas limites, tot ſibi propria et numeroſa Genera alit; exempli gratia ſint *Ixiae*, *Gladioli*, *Proteae*, *Ericae*, *Meſembryanthema*, *Gerania*, *Gnaphalia*, *Xeranthema*, *Pteroniae*, *Aſpalathi* &c. ſtirpes, quae plane ſingulari et pulcherrima facie, omnes etiam Botanices ignaros in admirationem rapiunt.

Sophorae omnes, ſi unica ſpecies, quae *Lupinoides* dicitur, excipiatur, Indiarum ſunt incolae, ſed *Sophorae monophyllae* hactenus nullibi, niſi circa Caput Bonae Spei viſae ſunt creſcere. Harum quatuor mihi ſunt in Herbario obviae, quae diſtinctae videntur, licet character *Sophorae biflorae* Syſt. Nat. Ed. XIII. p. 325 omnibus quadantenus competit.

Facile contingit botanico etiam ſummo, ejusmodi characterem, plures ſpecies ſub ſe comprehendentem, unicae ſpeciei imponere; ignotis enim reliquis, quis de notis diſtinctivis ſomniare poſſit, quaeſo? Et haec eſt ratio, cur continue neceſſum habemus, characteres non tantum Generum ſed etiam ſpecierum emendare; quo plures enim deteguntur ſpecies, eo quoque plures difficultates occurrunt eſſentiales inveniendi notas, quamcunque ſpeciem abſolute diſtinguendi.

Maxime ſimiles quamvis mihi videntur hae quatuor *Sophorae*, ut ex deſcriptionibus ſequentibus patebit, ideo tamen negare non audeo, varietates intermedias dari, quibus 1. 2. et 3. in unam conneсtuntur ſpeciem; ſed quamdiu hae ignotae ſunt, vix me errare credidero, ſi illas diſtinguo.

1. SOPHORA *buxifolia*, foliis ſimplicibus ovalibus, ſupra glabris, ſubtus ſericeis; pedunculis unifloris; calycibus baſi intruſis, tomentoſis, coloratis.

Geniſta africana fruteſcens, nummularia hirſuto folio, floribus parvis purpureis. RAJI *Dendr.* p. 105?

Brevis haec deſcriptiuncula, quam e SHERARDO mutuatus eſt RAJUS huc pertinere videtur, ſynonyma vero ab *Ill.* à LINNÉ et a *Nob.* BERGIO ad *Sophoram biflorам* allata, hujus ſpeciei non ſunt; de HERMANNI nihil judico. Deſcriptio haec eſt:

Caulis ſuffruticoſus, laxus, teres, folioſus, tomentoſus, ramoſus; ramis brevibus, patentibus, magis tomentoſis.

Folia ſimplicia, ſparſa, breviſſime petiolata, ovalia, 6 linearum longitudine, 3 autem latitudine, integerrima, obtuſiuſcula, ſupra glabra ſulco longitudinali exarata, ſubtus tomentoſo-ſericea, carinata: carnoſa. Tenera autem folia, praeſertim margine et ſubtus rufo-tomentoſa, nitentia.

Stipulae 2, filiformes, intra petiolares, petiolo triplo longiores.

Flores ex ſummitate ramulorum axillares, ſolitarii, pedunculati; pedunculo longitudine folii ſubjacentis, rufo-tomentoſo.

Calyx campanulatus, quinquedentatus, baſi intruſus, hirſutie rufa extus, alba vero intus veſtitus; laciniis acutis.

Corolla purpurea, aliis pallidioribus.

Germen maxime hiſpidum. *Stylus* terminatur capitulo parvo.

Obſ. Petalorum mentionem minus neceſſarium facere credo, niſi ſingulare quid in figura occurrat.

2. SOPHORA *myrtillifolia* foliis ſimplicibus obovatis, utrinque ſericeis, obtuſis cum acumine; pedunculis unifloris; calycibus baſi intruſis, tomentoſis.

Sophora biflora LINN. *Sp. Pl.* T. 2. p. 534.

Sophora rotundifolia BERGII *Cap.* p. 138.

Plantam a *Nob.* BERGIO habui.

Caulis fruticoſus, teres, folioſus, laevis, ramoſus; ramis erectiuſculis, tomentoſis, verſus apices ſubangulatis.

Folia ſimplicia, ſparſa, breviter petiolata, obverſe ovata, longitudine 10, latitudine 4 linearum, integerrima, apice rotundato cum acumine reflexo inſtructa, utrinque tomentoſo-ſericea, ſupra ſulco longitudinali, infra carina elevata praedita, coriacea.

Stipula ſubulata, tomentoſa, petiolo duplo longior, utrinque ad petioli latus.

Flores verſus fines ramorum erumpunt ex foliorum axillis, ſolitarii, pedunculati; pedunculo longitudine folii adjacentis, albo-tomentoſo, raro biflori.

Calyx campanulatus, quinquedentatus, baſi intruſus, pedunculo concolor.

Corolla purpurea, carina pallidiore.

Germen maxime hiſpidum. *Stigma* ſimplex, nigreſcens.

3. SOPHORA *biflora*, foliis ſimplicibus, ovatis, ſubtomentoſis; pedunculis bifloris; calycibus baſi intruſis, tomentoſis, coloratis.

Diſtincta a reliquis, foliorum figura ovata, non obovata, neque obtuſa. Vexillum non maximum, nec color ruber.

Caulis fruticoſus, teres, folioſus, laevis, flavus, ramoſus: ramis teretibus, tomentoſis.

Folia ſimplicia, ſparſa (in ultimis ramulis nonnunquam oppoſita) breviter petiolata, ovata, longitudine 11, latitudine 6 linearum, integerrima, acuminata: acumine reflexo; glabra; teneriora ſubtus, tenerrima utrinque tomentoſo-ſericea, omnia ſupra ſulco, ſubtus carina elevata inſtructa, coriacea.

Stipula ſubulata, tomentoſa, petiolo vix longior ad utrumque petioli latus.

Flores terminales ramorum ex ultimorum foliorum axillis.

Pedunculus communis longitudinem habet folii proximi, dein finditur in duos pedicellos unifloros, articulatione communi junctos; pedicelli hi ſenſim verſus ſuperiora incraſſantur et tomento flaveſcente, ut ipſe quoque pedunculus, induuntur.

Calyx campanulatus, quinquedentatus, gibbus, baſi intruſus, ſtrigis longis criſpis flavo-rubentibus denſe veſtitur, unde amplior corolla videtur.

Corolla praecedentium major, pallide flava (ut videtur), ſtriis purpureis picta.

Germen hiſpidum. *Stigma* capitatum.

4. SOPHORA *calyptrata* foliis ſimplicibus ſubovatis pubeſcentibus, pedunculis unifloris; calycibus tomentoſis; florum calyptra decidua.

Crotalaria foliis ovatis, petiolis ſimpliciſſimis, ramis teretibus. *Hort. Cliff.* 357. 3. *

Geniſta africana arboreſcens, calyce ſcabro, foliis Salicis capreae rotundifoliae, floribus amplis purpureis. RAJI *Dendr.* 106. n. 49.

Geniſtella arboreſcens, ſtyracis folio major, flore coeruleo PLUK. *Phyt.* T. 185. f. 2. neque figura nec colore cum noſtra convenit: ita etiam res ſeſe habet cum *Myrtogeniſta* Cap. B. Spei, BREYNII *Cent.* p. 68. t. 27, cujus flos aureus, alae parvae et ſimilis floribus Cytiſi vel Geniſtae. An *Arbor* ſiliquoſa africana Geniſtae ſemine BARTHOL. *Act. Haffn.* T. 2. Obſ. 131 noſtra ſit, nec ne, ab icone determinari nequit.

Singulare forſan alicui videtur, me Nomina ſpecifica *Specierum Plantarum* et *Horti Cliffortiani* ita diſtribuiſſe; ſed *Myrtillifoliam* noſtram, *rotundifoliam* Nob. BERGII eſſe ex illius Herbario intellexi, et deſcriptio in *Horto Cliffort.* data, optime cum hac noſtra convenit. Calyptras a nemine Auctorum obſervatas fuiſſe, facile explicatu eſt, ſpecimina enim tantum florentia illis oblata, certo certius credo.

Caulis fruticoſus, ramis ſtrictis, obſolete angulatis, folioſis, tomentoſis, ramuloſis.

Folia ſimplicia, ſparſa, petiolata, ovata, (teneriora obovata) longitudine 22, latitudine 12-13 linearum, integerrima, aucta, rarius acumine parvo reflexo inſtructa, utrinque creberrime venoſa, ſupra ſcabra e pilis breviſſimis vix conſpicuis, ſubtus villoſa, non autem mollia aut ſericea. Venae ſubtus et coſta cinereo-tomentoſae.

Stipulae 2 ſubulatae, petiolo breviores, caducae.

Flores axillares, pedunculati, ſolitarii: pedunculis tomentoſis folio proximo brevioribus, verſus florem genu unico praeditis. *Rudimentum* floris tegitur *calyptra* globoſa, villoſa, ad genu pedunculi adnata, vid. Tab. IV. a. a. a; increſcente flore diſcedit haec a baſi ſua et decidit ante floris explicationem.

Calyx villoſus reflexus, minime intruſus.

Corolla maxima generis, purpurea.

Hanc licet calyptratam vocavi, reticere tamen non poſſum, quod geniculum pedunculorum, omnibus his quatuor commune, ſuſpicionem mihi movit, cunctas calyptra inſtrui poſſe, licet ego in hac ſola illam obſervavi.

Calyptra quum ſimili omnino cum calyce gaudet colore et villoſitate, difficile ab inſcio obſervatur, antequam a geniculo diſceſſerit. Hoc ita procedit, ut circa pedunculum ſolvatur totum, praeter punctum, quod ſub labio ſuperiori calycis eſt; in hoc loco, quod primariam cum vaſis ſuccoſis pedunculi communicationem habere videtur, diutius adhaereſcit, donec incrementum floris illius quoque rupturam promovet. Flore demum dimidium perfecto, decidit omnino.

Ut nihil ſuperfluum etiam floribus dedit ſapientiſſimus Creator, ita neque haec uſu carere poteſt. Qui mox in mentem intuenti cadit, eſt, quod calyptrae illae, tenues adhuc flores ab ardente Sirio et forſan pluvia ſub illo tempore cadente, praeſervent.

Corrigenda.


p. 7. lin. 4. locuptetandi lege *locupletandi*
— 9 — 13 poſt: *icon* deleatur.
— 14 — 31 *perr.* leg *pent.*
— 16 no 37. lin. 3. *Phyl.* leg. *Phyt.*
— 17 lin. 43 obviae l. *obvia*
— ibid. not. lin. 1. crebrae. leg. *crebra.*
— 19. lin. 5. *aris* leg. *acris.*
— — lin. 15 poſt: calyce del.,
— — no. 54. lin. 3. poſt: Scaniae del.,
— 22. lin. 1. Vtraqne leg. *Vtraque.*
— 23. n. 77. lin. 3. benique leg. benigne
— 27. no. 90. lin. vlt. poſt *ſin minus* ponatur;

ANDREAE IOHANNIS RETZII

PHIL. MAG. AD REGIAM ACADEMIAM LVNDENSEM PROFESS. REGII,
SOCIET. PHYSIOGRAPHICAE LVNDENSIS SECRETARII &c.

FASCICVLVS
OBSERVATIONVM BOTANICARVM
SECVNDVS.

CVM FIGVRIS AENEIS.



LIPSIAE.
APVD SIEGFRIED LEBRECHT CRVSIVM.
cIↄIↄccLXXXI.

ILLVSTRI

IOSEPHO BANKS

ARMIGERO

REGALIS SOCIETATIS LONDINENSIS

PRAESIDI &c.

Secundum hunc Obſervationum Faſciculum conſecrat

AVCTOR.

L. B.

Prodit nunc alter Obſervationum Botanicarum Faſciculus, mole minor, quam ſperaveram; animus enim erat, totum Aſpalathi genus deſcribere iconibusque coloratis illuſtrare. Id vero propoſitum mutare coactus fui, poſtquam Camoenis noſtris valedixit humaniorum litterarum & Hiſtoriæ Naturalis ſtudioſus indefeſſus *Ioh. Schwartz*, in arte pingendi dexterrimus. Centuriá itaque hac utere interea Lector humaniſſime & continuationem, ſi Deo placet vitam & vires largiri, exſpecta. Plus quam tertiam plantarum in hocce Faſciculo deſcriptarum partem fruſtra in ſcriptis Linneanis quæris; reliqua vel notarum ſtirpium perfectiores, quam quæ, quantum ego ſcio, alibi proſtant, deſcriptiones, vel etiam erronearum emendationes ſiſtit.

Neceſſitatem deſcribendi etiam notiſſimas vulgo creditas plantas, alibi urſi, nec crederem aliquem genuinum Botanicum contradicere. Si quis vero ſit, qui hæc ſuperflua iudicet, attendat modo quæſo, quod adhucdum binæ vel tres, forſan nonnunquam plures plantæ in diverſis regionibus ſub eodem nomine legantur, colantur, ſerventur; alibi vero una eademque ſtirps ſub diverſo nomine pro diverſa ſpecie ter quater & ultra a diverſis Botanicis habeatur, ſeponatur.

Evitari non potuit confuſionis huius cauſa, idque exemplo illuſtrem. Sit mihi novi generis ſpecies unica: genericum characterem e fructificatione deſumo, ut mos eſt & ſana ſuadet ratio, ſpecificum vero determinare nequeo, quamdiu unica ſpecies nota ſit, nec adhuc ſpecificus exiſtit character. Poſt tempus alia detegitur huius generis ſpecies, quam folia gerere oppoſita obſervo, prior vero alterna habet: ſic ſimpliciſſima erit ex his & facillima ſpecifica nota. In herbario autem vel horto &c. aliquis habet generis huius binas plantas, foliis in vtraque oppoſitis, huius vero ſimul dentatis, illius integerrimis &c. quaenam harum a me determinata erit ſpecies? Confer Anchuſas, Sia, Selina, Ononides &c.

Optantem non una vice audiui *Ill.* LINNEVM, ut ſibi tempus viresque ſuper- eſſent omnes in Herbario ſuo obvias plantas ea, qua vſus eſt, methodo in Mantiſſa deſcribendi, vel ſaltem e diſcipulis aliquem ſatis in Botanice verſatum, cui hunc concredere poſſet laborem, haberet. Niſi, ut in verum chaos, unde tot illuſtrium celeberrimorumque Virorum laboribus ſurrexit, iterum ruat Botanica, velint, vo- tum immortalis Viri ſolvant, quibus datum eſt poſſe! Quotidie fere augetur ſpe- cierum numerus & cum illo de illis incertitudo, usque dum nullius ſpeciei dudum notae deſideretur deſcriptio.

1. VALERIANA *ſaxatilis* Linnei, Iacquini & Scopoli planta eſt dioica, *Val. dioicae* ſic dictae proxima.

2. PANICVM *Caffrorum*, panicula verticillatim ramoſa, corollis nullis, nectariis villoſo-laceris.

Radix annua, fibroſa.

Culmus erectus 3–4 pedalis, cylindricus, farctus, tectus vaginis foliorum: geniculatus, geniculis tumidis.

Folia ſesquipedalia, patentia, ſesquipollicis fere latitudine, ſubſecunda (in caldario) glabra, margine ſcabra, prope baſin ſeu ad ligulam vaginae ſuperne villoſa. *Vaginae* non raro farina alba aranearum telas referente conſperſae obſervantur.

Panicula verticillatim ramoſa: ramis patentibus multifloris. *Rachis* ſulcato-ſexangulata, glabra; ſed ad exortum ramulorum barbata. *Pedicelli* flexuoſi, piloſi, multiflori.

Calyx exalbido-hyalinus, hirſutus, viridi-ſtriatus, membranaceus vel potius cartilagineus, rigidus, triglumis. *Glumae* binae exteriores aequales, ovatae, acutae, altera alteram marginibus amplectens, utraque tertiam minorem lanceolatam includens.

Corolla nulla, eius loco *Nectarium* vel membrana tenuis, lacera, villoſa, germen veſtiens.

Germen lenticulare*, viride. *Styli* 2 hyalini longitudine germinis. *Stigmata* ſaturate flava, undique piloſa.

Filamenta 3 filiformia. *Antherae* longae, ſagittatae, flavae.

Semen ſubrotundum, parum compreſſum.

Obs. Flori omni perfecto adſidet unus vel alter *calyx* biglumis parvus plane vacuus. Facies *Holci*, calyx *Panici* inverſus, Nectarium loco Corollae. Si placet *Holci* ſpecies erit. In Cap. B. ſpei ſub nomine *Cafferkorn* notum Africanae originis.

3. PASPALVM *hirſutum*, ſpicis alternis ſubbinis, rachi membranacea, calycibus multinerviis laevibus, foliis pedicelliſque hirſutis.

Culmi erecti, folioſi, ſuperne piloſi.

Folia & *Vaginae* undique piloſa; oris barbatis, plana nervoſa.

Spicae erectiuſculae, ſubſeſſiles, alternae, in meo exemplari binae. *Rachis*, quam in ſcrobiculato, anguſtior.

Flores ſecundi, alterni, glabri, pedicellati: pedicellis piloſis, calycibus 3–5 nerviis.

E *China* miſit Cel. BLADH.

Obs. In *Paſpalo diſſecto*, quod e Tranquebaria accepi, folia glaberrima ſunt aeque, ac in culto.

4. BROMVS *montanus*, panicula nutante, ſpiculis ſub ſexfloris, ariſtis longioribus. Prodr. Fl. Scand. 124. Poll. Hiſt. Pl. Pal. I. 116.

Br. montanus, panicula ſuberecta; pedicellis ſimplicibus diſtichis: ariſta petali longitudine. Scop. Fl. Carn. ed. 2. 117.

Br. ramoſus, panicula nutante ſcabra, ſpiculis villoſis ariſtatis, foliis ſcabris. Linn. Syſt. Nat. ed. 13. p. 102.

Br. aſper. Murr. Pr. Gott. p. 42. ex ſpecimine ab oculatiſſimo *Ehrhart* communicato.

Br. nemoralis panicula ramoſa nutante ſcabra, ramis binatis, ſpiculis linearibus teretibus ariſta longioribus. Hudſ. Fl. Angl. ed. 2. I. p. 51.

Br. glaber, panicula nutante, locuſtis quadrifloris, glumis ſubhirſutis. Hall. Hiſt. Helv. 1506. (non 1507 err. typogr. in Prodr. noſtro.)

Gramen bromoides montanum, hirſutum, panicula, minus ſparſa, corniculata, Scheuchz. Agr. p. 263. t. 5. f. 16. fide Halleri, cui repugnare videtur *hirſutum.*

Feſtuca avenacea ſpicis ſtrigoſioribus, e glumis glabris compactis. Raji Syn. 3. p. 414.

Obs. Synonyma Bauhini & Moriſoni omnino dubia ſunt. Nomen *Raji* & ad hunc & ad 1503 ſeu *verſicolorem* Pollichii (qui in Anglia, teſte Cl. *Dryander*, non creſcit. Huic amico ſpecimen *Br. montani* ſub nomine *Br. ſerotini* debeo) citavit *Haller.* Bromos hos transpoſuerunt *Pollich* & *Hudſon.*

5. HEDYOTIS *fruticoſa* Linnei?

Rami tetragoni, glabri, veſtiti *ſtipulis* rhombeis caulem amplexantibus, e quarum ſinubus prodeunt:

Folia oppoſita, vix petiolata, lanceolata, integerrima.

Flores in thyrſo brachiato vel panicula more *Galiorum* diviſa.

Involucra nulla, ſed ad ramificationes foliola 2 ſubulata.

Calyx quadrifidus.

Corolla tubuloſa, limbo quadripartito, intus tomentoſa.

Stamina 4. in medio tubi, filamentis breviſſimis, antheris linearibus.

Piſtillum; germen biloculare, *ſtylus* corolla longior, *ſtigma* capitatum.

Capſula ovata (infera) quadridentata calyce, bilocularis.

Semina ſolitaria, oblonga.

Obs. In variis haec noſtra a deſcriptione Linneana in Fl. Zeilan. p. 26. recedit. E. China ſpecimen accepimus.

6. PLANTAGINEM *mediam* cum *maiore* nullibi coniunxit, vel ſub vna ſpecie comprehendit *Ill. a Linné* id quod ſine omni ratione illi obiicit *Cl. Scopoli* in Fl. Carn. ed. 2. 1. p. 108. vbique illas diſtinxit cumque illo *Royenus, Hallerus* & quantum ſcio omnes.

7. HELIOTROPIVM *ſcabrum*, foliis lanceolatis ſtrigoſis, caule ramoſo diffuſo, floribus congeſtis.

Radix ſimplex, fuſiformis.

Caules ſubdichotomo-ramoſi, diffuſi, ſtrigoſi.

Folia alterna, lanceolata, plerumque obliqua, in ſummis ramis quandoque oppoſita, integerrima, ſtrigoſa.

Flores ramulos terminant congeſti, parvi, albi, foliis obvallati: calycibus ſubaequalibus hiſpidis.

Semina 4 ſubrotunda, glabra, apice nonnihil rugoſa.

Ab amiciſſimo KÖNIG accepi. Facies fere *Sherardiae.*

8. HELIOTROPIVM *marifolium*, foliis lanceolatis hiſpidis, caulibus procumbentibus fruticuloſis, ſpicis ſimplicibus alternis.

Radix lignoſa.

Caules fruticuloſi, procumbentes, ramoſi, hiſpidi.

Folia alterna ſparſaque, lanceolata nonnihil ad ovatam figuram accedentia, acuta (Teucrii Mari, licet minora) hiſpida.

Spicae copioſae, inordinatae, minus compactae, bracteis forma foliorum.

Flores albi, extus ut et calyces hirſuti.

Hanc etiam dedit, *Cl.* KÖNIG.

9. HELIOTROPIVM *Coromandelianum* foliis obovatis villoſis integris, ſpicis ſimplicibus conjugatisque, ſeminibus punctatis.

Radix ſimplex, fuſiformis.

Caules erecti & proſtrati, hiſpidi.

Folia obovata, integerrima, villoſo-hiſpida, alterna & oppoſita.

Spicae ſolitariae & conjugatae, laterales & terminales.

Calyx inaequalis, hiſpidus.

Flores parvi, albi.

Semina 4 punctata.

Dedit quoque *Cel.* KÖNIG.

10. MYOSOTIS *ſquarroſa*, ſeminum angulis ſetoſo-uncinatis, foliis lanceolatis, piloſis, apice calloſis.

Radix annua, ramoſa.

Caulis (in culta) bipedalis, teretiuſculus, piloſus, denſe ramoſus: ramis inferioribus brevioribus.

Folia alterna, lanceolata, integerrima, obtuſa, apice calloſa, piloſa: pilis punctis calloſis inſidentibus.

Flores in racemis longis laxis alterni, parvi, coerulei fauce flava, bracteis minutis lineari-lanceolatis ſuffulti.

Calyx monophyllus, quinquepartitus, erectiuſculus, piloſus, tubo corollae longior; fructifer major, patentiſſimus.

Semina ſubtrigono-pyramidata. Horum anguli bini exteriores ut et angulus baſeos binis ordinibus ſetarum apice uncinatarum pulchre veſtiuntur.

An *Myoſotis echinophora* Pall. it. T. III. p. 717. tab. Ii f. 1. A?

11. ECHIVM *violaceum.* Lin. Mant. Pl. p. 42.

Radix annua, ſimplex, fuſiformis.

Caulis ramoſus, hiſpidus, erectiuſculus.

Folia inferiora lanceolata obtuſa: ſuperiora oblongo-cordata, acuta; omnia hiſpida, pilis e baſi tuberculata non exeuntibus.

Flores racemoſi, ſecundi: racemo revoluto, elongato, bracteis lanceolatis, ciliatis, alternatim lateralibus.

Calyx ſubſeſſilis, quinquepartitus, ſparſim piloſus, laciniis lineari-lanceolatis, patentibus.

Corolla violacea, ſtriata, irregularis, tubo calyce multum breviore, ad dimidium albido; rarius piloſa.

Stamina inferiora longitudine labii ſuperioris: ſuperiora longitudine labii inferioris: quinto breviore, omnia verſus labium ſuperius arcuatim flexa. *Filamenta* carnea, bina longiora nuda, reliqua pilis longis raris aſperſa. *Antherae* parvae, nigrae.

Piſtillum, *Stylo* piloſo rubro, longitudine filamenti brevioris, tandem ad longitudinem corollae excreſcente. *Stigma* bifidum, tenue.

Semina parva, nigro – fuſca, punctato – ſcabra, acuminata.

12. PRIMVLA *calycantha*, foliis crenatis, rugoſis, mollibus, calycibus hypocrateriformibus coloratis.

Vulgatiſſima in hortis planta inter varietates *Primulae veris* numerata, a qua meo ſaltem judicio omnino diverſa. *Calycis tubus* anguſtus, tubuloſus, minime inflatus, vix niſi angulis ſubvilloſus dilatatur in *limbum* amplum, corollae figura atque colore ſimilem ſed magnitudine excedentem. *Variat* pedunculis radicalibus unifloris & ſcapis umbellatis, colore cinnabarino, coccineo, chermeſino.

13. PRIMVLA *veris*, foliis crenatis, rugoſis, mollibus, calycibus villoſis, inflatis, pentagonis, dentatis.

Primula veris Lin. S. N. ed. 13. p. 162.

Obſ. *Calyx* pentagono – ſubcampanulatus ore quinquedentato, in medio inflatus, ut quaſi ſaccatus appareat, viridi - albus, villoſus. *Variat* limbo majore & minore, plus minus concavo, albido, flavo, luteo, coccineo; ſcapo umbellato vel pedunculis radicalibus unifloris.

14. ANDROSACE *elongata*, foliis lanceolatis dentatis, umbella fructifera elongata, corollis calyce angulato brevioribus.

Androſace elongata Lin. S. N. ed. 13. p. 162. excluſa *Gmelini* figura, quae omnino aliam deſignat plantam.

Radix ramoſa, tenuis, fibroſa.

Folia radicalia, congeſta, ſublanceolata, acute dentata; dentibus inaequalibus.

Scapi numeroſi usque ad 40, bi vel tripollicares, filiformes, teretes.

Vmbellae ſimplices 8 - 16 florae; pedicellis longis ſcapo conformibus, poſt floreſcentiam elongatis, ut altitudinem ſcapi aequent, divaricatis.

Involucra polyphylla, lanceolata, integerrima, involucris *Androſaces ſeptentrionalis* plus duplo majora.

Calyx angulatus vt in *Androſace ſeptentrionali*, ſed corolla duplo major. Dentium apices rubent.

Corolla alba, *tubo* brevi ovato ſuperne coarctato, *limbo quinquepartito: laciniis* linearibus parum bifidis, calyce dimidio brevior. *Glandulae* quinque dimidiatae flaveſcentes ad faucem perviam poſitae.

Capſula & *Semina* Androſaces ſeptentrionalis.

Obſ. Perquam ſimilis *Androſace ſeptentrionali*, differt *ſcapis* numeroſioribus humilioribus, *calycis* magnitudine relativa, *foliis* minus incanis, magis longiusque dentatis, *involucris* majoribus, *habitu* teneriore.

15. ANDROSACE *filiformis*, foliis ovatis, dentatis, petiolatis, umbellae radiis capillaribus, corollis calycem campanulatum excedentibus.

Eadem (ſcil. Androſace ſeptentrionalis) foliis petiolatis rotundioribus. Gmel. Fl. Sib. T. IV. p. 81. tab. 44. f. 4. minus bona.

Radix fibrilloſa, brevis.

Folia radicalia, (proprie radicalia non ſunt, nam caulis, licet breviſſimus, adeſt) petiolata, ovata, denticulata, glauca.

Scapi 2 – 4, teretes, ſtriati, filiformes.

Involucrum polyphyllum; foliolis filiformibus breviſſimis.

Vmbella ſimplex, 6 - 16 flora, radiis inaequalibus capillaceis.

Calyx campanulato - pentagonus, breviſſimus.

Corolla alba, parva, calycem tamen limbo ſuperans, laciniis integerrimis.

Obs. Pro *Androſaces ſeptentrionalis* varietate habuit B. GMELIN, ad *elongatam* retulit *Ill.* LINNE ab utraque diverſiſſimam plantam, quam ſiccam benevolentia Cl. PALLAS poſſideo.

16. CONVOLVVLVS *copticus*, Lin. Mant. Plant. 2. p. 559.

Plantam hoc nomine inſignitam miſit egregius KÖNIG cum deſcriptione a B. LINNEO data, egregie convenientem, ſequentia ſi excipias:

Caules ſpithamaei vel breviores, proſtrati, minime volubiles.

Folia potius palmata vel ad baſin fere quinqueloba, unguicularia, ceterum deſcriptis ſimillima.

Pedunculi vix compreſſi.

Bracteae foliis ſimiles figura & magnitudine, laciniae autem nonnihil anguſtiores.

Capſulae ratione plantae magnae.

An diſtincta ſpecies?

17. RIBES *alpinum* Linn. S. N. ed. 13. p. 201.

Hujus fruticis binas notatu dignas habet varietates Hortus Lundenſis.

α. Suetice *Mabåer.*

Foliis latioribus, obtuſioribus, minus profunde trifidis.

Racemis erectis, imbricatis, multifloris, ovato - oblongis.

Floribus majoribus; *bracteis* ovato - lanceolatis longitudine florum.

β. Suetice *Corintbuſke*

Foliis anguſtioribus, acutioribus, ultra dimidium fere trilobis.

Racemis patentibus paucifloris.

Floribus dimidio minoribus: bracteis ovatis florum longitudine dupla.

18. MANGIFERÆ certe plures ſpecies ſunt. Numerus *ſtaminum* in quibusdam duplicatur. *Racemi* in aliis compoſiti. *Fructus* reniformis, globoſus, carnoſus, fere exſuccus, &c. differentias ſpecificas prodere videntur. Examinent Botanici Indiae.

19. RHAMNVS *Oenoplia* Linn. folia ovata, non raro obliqua, quod *aculeatis Rhamnis* ſatis familiare vidi, minime ſemicordata gerit.

Foliis huius, Terminaliae & Iamboliferae victitat *Phalaenae Atlantis Larva*, non autem Citri vel Aurantii, obſervante accuratiſſimo KÖNIG.

20. RHAMNVS *Xylopyrus* caule aculeato, aculeis recurvis, foliis ovatis ſubtus tomentoſis, floribus corymboſis.

Arbor vix homine altior in deſertis ad radices montium Indiae orientalis creſcens.

Rami e pellicula tomenti albidi, rarius aculeo parvo ſolitario recurvo ſub petiolo armati.

Folia late ovata, ſaepe ad cordatam accedentia, non raro obliqua, inaequaliter ſerrata, ſuperne obſcura, inferne tomento albo tenuiſſimo obducta.

Flores in corymbis axillaribus pedunculatis, calycibus tomentoſis.

Fructus, *Drupa* ſicca Ceraſo major, inſipida, ſubadſtringens *nuce* inaequali.

Obs. Hic & reliqui drupacei a *Rhamni* genere forſan ſeparari debent.

21. LYCIVM *indicum* inerme, foliis ovatis utrinque acutis nervoſis.

Mantees. Kaempf. Amoen. p. 780.

Frutex laevis, inermis, ſtrictus, ramis brevibus patentibus.

Folia parva, ovata, nervis elatis utrinque ornata, aucta, integerrima, ſubtus pallidiora, in petiolos tenues deſinentia, oppoſita.

Stipulae fuſcae, ſpiniformes, molles, binae.

Flores obſcure purpurei, ſeſſiles ad apices ramorum.

Calyx minutus, quinquedentatus, ſuperus.

Corolla infundibuliformis, *tubo* lineari curvato; *limbus* ampliatus, quinquefidus, laciniis ovatis trilobis, lobo medio productiore. *Faux* villoſa.

Stamina quinque longitudine tubi.

Stylus bifidus. *Stigmata* parum incraſſata, compreſſa.

Dedit *Cel.* KÖNIG.

Obs. Rami ſub exſiccatione ſaepe caeruleum induunt colorem. Quae de odore ſtercoris refert *Kaempfer* l. cit. falſa eſſe in Horto Hafnienſi obſervavi, & ad ſingularem Botanicisque ignotam arborem, a Batavis *Struntbout* dictam, referri debere, monuit *amiciſſ.* THVNBERG.

22. STRYCHNOS *colubrina.* Linn. S. N. ed. 13. p. 189.

An a *Nuce Vomica* diſtincta? Exemplaria miſit *Cl.* KÖNIG ſub nomine: *Strychnos colubrina vel Nux Vomica*, cui:

Folia ovata, trinervia, nitida.

Flores cymoſi, terminales ramorum: cymis pedunculatis, intus laeves, ſtigmate magno peltato.

Aliam ſimul ſpeciem dedit ſub nomine

STRYCHNOS *Tetankotta*, cui;

Folia ovata - lanceolata, venoſa, obſcuriora.

Flores in umbellis ſeſſilibus ad latera ramorum, intus hirſutiſſimi, recentes odoratiſſimi, ſtigmate ſimplici.

23. ACHYRANTHES *echinata*

Num nova ſpecies, an varietas tantum *Achyranthes lappaceae?* Vnicam plantam invenit *Cl.* KOENIG prope montem Apuhr; ſed exemplum ejusdem plantae ex Horto tam Vindobonenſi, quam Vpſalienſi, habeo. Differt a nominata *Achyranthe Lappacea Linn.*

Foliis ovatis cum brevi acumine, utrinque nitide villoſis.

Spicis craſſioribus, e

Floribus magis approximatis, majoribus, magis albo - tomentoſis.

Faſciculis ſetarum uncinatarum ſtramineis, divaricatis.

24. ACHYRANTHES *polygonoides* caule decumbente tetragono, foliis ovato - cordatis, ſpicis laxis laevibus.

Digera arvenſis Forsk. Fl. Æg. Ar. p. 65. deſcr.

In Arabia FORSKÅHL, in graminoſis Malabariae KOENIG vidit. Similis *Polygono Orientali* foliis & ſpicis, minus licet compactis, ab *Illecebro ſanguinolento* diſtinctiſſima planta.

25. CELOSIA *polygonoides*, foliis cordatis, caule hiſpido, racemo ſpicato laxo, floribus trigynis.

Caulis herbaceus, erectiuſculus, ſtriatus, hiſpidus.

Folia cordata, obtuſa, petiolata, alterna, ſcabra.

Racemi ſimplices, ſpicati: glomerulis alternis, remotis, ſeſſilibus, ſubbifloris, laevibus.

Flores trigyni, calycibus ſcarioſis.

Capſula urceolata: ore contracto, operculata, calyce longior, polyſperma.

E Tranquebaria miſit *Cl.* KÖNIG. Planta ſimilis *Achyranthae polygonoidi. Celoſia trigyna Linn.* a noſtra differt 1) magnitudine tripla. 2) caule laevi. 3) foliis ovatis, acuminatis, 4) glomerulis multifloris pedunculatis. 5) capſula globoſa.

26. CELOSIA *Monſonia*, caule proſtrato, divaricato, tomentoſo, foliis filiformibus, ſpicis cylindricis.

Radix ſubramoſa, lignoſa.

Caulis proſtratus, divaricatus, tomentoſus, ramis brachiatis.

Folia Celoſiae corymboſae, nuda. *Stipulae*, ſi quae, foliis ſimillimae.

Spicae numeroſae, ſolitariae, pedunculatae (raro ſeſſiles) craſſitie pennae corvinae, albae, rubore ſaepius tinctae.

Floſculi imbricati, extus lanati, calyce pentaphyllo.

Obs. Facie tenus *Achyranthes* erit, deficit vero in meo exemplari, quod amicitiae D. KÖNIG debeo, fructus, e quo certius determinandum genus.

27. CELOSIA *corymboſa*, foliis linearibus, corymbo dichotomo. Simillima *Achyranthae corymboſae*, ſed:

Caules erecti, nec dichotomi proſtrati; an ſemper?

Folia plura, linearia, verticillata, longiora.

Stipulae majores, numeroſiores.

Calyx pentaphyllus, membranaceus, longior.

Corolla tripetala, foliolis ſubrotundis concavis, calyce dimidio brevior, rubra.

Modo haec ſufficiant. Character *Achyranthae*, *Celoſiae*, *Illecebri* inconſtans, lubricus, nec in hortis Europaeorum e plantis facile morboſis eruendus.

28. ILLECEBRVM *lanatum* Linn. S. N. ed. 13. p. 206.

In aridis petroſis Malabariae varietas occurrit notatu digna

β. foliis rotundis.

29. GARDENIA. In hoc genere conſtituendo ſitus verticalis laciniarum calycis nihil valet. Certiorem characterem dant *Corolla* contorta coriacea, *Stylus* clavatus, bilobus, *Bacca* infera, ſicca, polyſperma. Sicque *Gardeniae* genus intrabunt THVNBERGIA *florida* Montin. Act. R. Ac. Svec. 1774. p. 288. t. 11. vel *Bergkias* Sonnerat. it. ed. Germ. p. 20. numero licet diſpar, & ROTHMANNIA *capenſis* Thunberg Act. R. Ac. Svec. 1776. p. 65. t. 11. quibus ſequentes novae ſpecies addi poſſunt. *Nandi Ervatam* Rumphii Amb. IV. t. 39. eſt contorta fructu folliculato.

30. GARDENIA *Iasminoides.*

Frutex oppoſite alterneque ramoſiſſimus, ſpinis ſupra-axillaribus brevibus.

Folia oppoſita ſparſaque, ovata, integerrima, magnitudine *Gardeniae dumetorum*

Flores terminales ramulorum, ſubſolitarii, pedunculati, omnino *Iaſmini odorati*; ſed

Stamina & *Piſtillum* Gardeniae

Calyx etiam *Iasmini*, ſed uti etiam *Corolla* magis coriaceus.

E China ramulum dedit Cel D. P. I. BLADH.

31. GARDENIA *dumetorum.*

Frutex ramis teretibus, ſpinis pollicaribus oppoſitis, ſimplicibus, ſupra-axillaribus.

Folia obovata, integra, *Buxi* paulo minora.

Flores ſolitarii, breviter pedicellati, parvi.

Calyx tubo campanulato, limbo quinquelobo, laciniis ovatis.

Corolla coriacea, limbo quinquepartito, laciniis rotundatis, utrinque hirſuta.

In ſpinetis Indiae Or. creſcit, unde eam miſit *Cel.* KÖNIG.

32. GARDENIA *uliginoſa.*

Frutex ramis ſubtetragonis fuſcis, ramulis oppoſitis brevibus, apice folioſis & biſpinoſis.

Folia elliptica, obtuſa, glabra.

Corolla craſſa, coriacea, laciniis rotundatis cavis, tubo brevi, intus hirſuto.

Calyx carnoſus, quinquedentatus, denticuls brevibus obtuſis.

Stamina & *Piſtillum* generis.

Obtulit ſpecimen *egregius* KÖNIG in paludoſis Indiae lectum.

1. GARDENIA *Thunbergia*, inermis, foliis ovatis, corollis obtuſis novemfidis.

2. GARDENIA *florida*, inermis, foliis ovatis, corollis obtuſis quinquefidis.

3. GARDENIA *Rothmannia*, inermis, foliis lanceolatis, corollis acutis quinquefidis.

4. GARDENIA *uliginoſa*, ſpinoſa, ramis apice ſpinoſis, corollis intus tubo hirſutis.

5. GARDENIA *dumetorum*, ſpinoſa, ſpinis ſupraaxillaribus, corollis utrinque hirſutis.

6. GARDENIA *Iasminoides*, ſpinoſa, ſpinis ſupraaxillaribus, corollis glabris.

33. VINCA *parviflora*, caule herbaceo erecto, foliis lanceolatis, floribus geminis involucratis.

Caulis herbaceus, palmaris, ramoſus, angulatus, laevis.

Folia lanceolata, ſinuato-dentata, ſcabriuſcula.

Flores ſub-binati, breviter pedicellati, axillares, involucro ſetoſo; minuti, tubo longo.

Folliculi lineares, ſtriati, quaſi articulati.

E Tranquebaria miſit indefeſſus KÖNIG.

34. PERIPLOCA *emetica*, caule fruticoſo diffuſo, foliis lineari-lanceolatis.

Caulis fruticoſus, ramis diffuſis, virgatis, laevibus.

Folia lineari-lanceolata, integra, glabra, breviter petiolata, oppoſita.

Pedunculi breves, multiflori, ſquamoſi bracteolis, praecipue ad fines ramorum.

Flores parvi, glabri.

E Tranquebaria miſit *Cel.* KÖNIG. Radicem hujus loco Ipecacuanhae in India Orientali adhiberi retulit *oculatiſſ.* THUNBERG.

35. PERIPLOCA *tunicata*, floribus umbellatis, foliis cordatis.

Caulis volubilis, lævis.

Folia oblongo-cordata, acuminata, oppoſita, petiolata, utrinque glabra.

Stipulae cordatae, petiolatae.

Flores glabri in umbellis axillaribus paucifloris (2-5).

E Tranquebaria miſit *optimus* KÖNIG.

36. PERIPLOCA *ſylveſtris*, floribus umbellatis, foliis ovatis.

Caules fruticoſi, tomentoſi.

Folia ovata, utrinque hirſutula, integra.

Flores parvi in umbellis oppoſitis axillaribus, intus laeves.

Calyx tomentoſus, laciniis ovatis obtuſis.

Quoque hanc dedit *Cl.* KÖNIG.

37. CYNANCHUM *cordifolium*, caule volubili hirto, foliis cordatis utrinque glabris acutis, floribus cymoſis.

Caulis ramoſus, diffuſus, volubilis, hirtus.

Folia longe petiolata, ſubrotundo-cordata, rarius ſubangulata, acuta, utrinque glabra oppoſita.

Flores cymoſi: cyma longe pedunculata; pedicellis tenuibus filiformibus e tuberculo exeuntibus, bracteola brevi filiformi ſub quocunque pedicello.

Miſit *Cel. D.* KÖNIG.

38. CYNANCHUM *reticulatum*, caule volubili inferne ſuberoſo rimoſo, foliis ovatis acutis.

Caulis lignoſus tectus cortice craſſo, albido, ſuberoſo, rimoſo; ramis volubilibus, ſtriatis, glabris.

Folia longe diſſita, petiolata, glabra, ovata, acuta, ſuprema lanceolata.

Flores parvi, *extus hirti*, inæqualiter pedicellati in umbellis pedunculatis axillaribus.

Dedit *Cel. D.* KÖNIG cum multis aliis.

39. Gentiana *verticillaris* Linn. S. N. ed. 13. p. 222.

Binas miſit plantas *honor.* KÖNIG, quibus character Linneanus competit, inter ſe tamen plurimum diſtinctas.

α. *Caulis* baſi angulatus, ſuperne teres; ramoſus, ſtriatus.

Folia lanceolata, trinervia.

Flores verticillati, e ſummis alis.

Hanc l. cit. deſcripſit *Ill. a* LINNE.

β. *Caulis* exacte tetragonus, ſimpliciſſimus.

Folia lineari-lanceolata, carnoſa, enervia.

Flores ex omni ala verticillati, figura & magnitudine prioris.

Centaurium anguſtifolium, floribus ex alis ſeſſilibus. Burm. Dec. Afric. p. 206. t. 74. f. 3. huc ſine dubio pertinet.

40. LIGVSTICVM *peloponenſe* L. S. N. ed. 13. p. 233.

Caulis tripedalis, flexuoſus, teres, glaber, leviter ſtriatus.

Folia radicalia duo vel tria tripinnata. Petiolus fiſtuloſus, teres, trifidus; petioli partiales bipinnati, pinnis trium vel quatuor parium: infimo pari petiolato, reliquis ſeſſilibus. Pinnae oblongæ, lanceolatæ, acuminatæ, ad nervum uſque inciſæ ceterumque profunde dentatæ. *Caulinum* plerumque unicum folium vel duo.

Pedunculus terminalis; ad hujus vero baſin quatuor alii verticillatim poſiti. Infra hos demum alii bini remoti alterni, cum folio bipinnato.

Vmbella univerſalis hemiſphærica, involucro 2 vel 3 phyllo inciſo, ſed involucrum umbellæ terminalis 6-8 phyllum, lineare.

Vmbellulæ 24-30 pedunculatæ, ſubgloboſæ, involucellis ſubtriphyllis linearibus vel lineari-lanceolatis radiantibus more ÆTHVSÆ.

Flores 24-30 pedunculati, æquales, petalis lanceolatis, candidis, involutis, integerrimis, carinatis, in umbellâ tantum terminali fertiles.

Fructus trigonus, lucidus, compoſitus e binis ſeminibus, quorum unum quaſi dimidiatum latere abſciſſo alterius lateri latiori adjungitur: oblongis, obſolete ſulcatis, marginatis; altero hinc carinato concavo, illinc convexo: altero dimidiato, margine uno exſtante, altero obſoleto & leviter canaliculato.

Odor debilis Chærophylli ſylveſtris, ſed ſeminum odor & ſapor Angelicæ Archangelicae ſimilis.

Obs. Ita ſe in horto Lundenſi geſſit planta, cum Liguſtico GMEL. Fl. Sib. T. I. p. 196. tab. 45. certe nihil communis habens. De ipſa *Halleri* planta, *Liguſticum* &c. Hiſt. Stirp. Helv. 758 dubium mihi exortum eſt, quum de particulari ſeminum ſtructura ne verbum fecerit, illisque hirſutiem ſemiſpongioſam tribuerit in noſtris minime obviam; nec bacillos hirſutos vidi. *Radix* tertio quartove anno apud nos demum floret, & *Semina* poſt biennium excreverunt.

41. SELINVM *ſibiricum*, foliis tripinnatis, involucro univerſali partialibusque decoloribus enneaphyllis.

Radix biennis, fuſiformis.

Caulis erectus, tripedalis, fiſtuloſus, ſtriatus, glaucus.

Folia tripinnata: pinnis laciniatis acutis apice albis, petiolis compreſſis ſupra canaliculatis; vaginis ſuperiorum albis.

Pedunculi ſulcati.

Involucrum enneaphyllum, radiis appreſſum, foliis lanceolatis membranaceo-albis pellucidis, longitudine circiter dimidia radiorum, coſta viridi.

Involucella ſimilia, enneaphylla, parum latiora & flores ſuperantia.

Vmbella radiis 20-30, *umbellulis*, floribus totidem albis.

Semina coſtis tribus dorſalibus præter alas marginales, oblongo-rotunda.

Odor Radicis Dauci recentis. Plantæ facies ſingularis ab involucellis albis umbellulas ante perfectam explicationem plane involventibus. Semina inter alia Sibirica accepi.

42. SELINVM *Carvifolia*. Sub hoc titulo certiſſime tres latent Plantæ diverſæ.

1ª *Sel. Carvifolia* Linnei, Halleri t. 20. & Mulleri Fl. Dan. 667.

2ª *Sel. Carvifolia* Iacquini, cujus iconem equidem non vidi, ſed ſpecimen ſiccum ex ejusdem collectione poſſideo, benevolentia *Ill.* BANKS acceptum.

3ª *Sel. Carvifolia* Crantzii Faſc. Auſtr. 3. t. 3. f. 2.

Obſ. SELINUM Gmelini Fl. Sib. T. I. p. 204 t. 48. folia habet *Selini* IACQUINI licet minora & in icone vaginæ longæ, latæ, apice ſimpliciter pinnatæ deſiderantur; potius tamen ad hoc pertinet quam ad *carvifoliam Linnei.* In *carvifolia Crantzii* eadem vaginarum conformatio quam in *Iacquini*, folia vero diſſimilia.

43. PEUCEDANI *Silai* involucrum in horto noſtro non diphyllum, ſed polyphyllum foliolis linearibus apice fuſcis.

44. BULBOCODIUM *vernum.* Linn. Sp. Plant. 2. p. 422.

Bonam hujus iconem deſcriptioni Linneanæ, in Generibus Plantarum datæ, addere ſuperfluum non duxi: vide Tab. I. Fig. 1. totam plantam, 2 florem ſingulum explicatum ſiſtit.

45. ALLIUM *multibulboſum* D^ni^ Iacquini omnino eſt *Allium nigrum* Linn., in faſciculo primo deſcriptum.

46. ORNITHOGALUM *unifolium*, folio radicali ſolitario, carnoſo, oblongo, ciliato, ſcapo nudo, racemo brevi.

Radix, bulbus ovatus magnitudine Avellanae.

Folium unicum, erectum, planum, lato-lanceolatum, obtuſum, nudum, ciliatum, baſi vaginans ſcapum.

Scapus erectus, teres, folio longior, nudus, terminatus racemo paucifloro brevi.

Flores pedunculati, alterni, bracteati. *Bractea* pedicellum æquans, baſin amplectens, ſubulata, ſub quovis flore.

Corolla ſordide flaveſcens, patentiſſima, petalis lanceolatis obtuſis.

Stamina filamentis lato-lanceolatis, integerrimis: alternis anguſtioribus. *Antherae* verſatiles, luteæ.

Piſtillum, *germen* ſubrotundo-trigonum, angulis canaliculatis. A baſi hi anguli albent & germini quaſi impoſiti in *ſtylum* ſubulato-trigonum terminantur; his interjecti ſinus profundi virides melliferi ſunt. *Stigma* ſimplex.

Floruit in Horto Lundenſi Ao. 1776. *Bulbos* e Capite bonæ ſpei miſit *honor.* THUNBERG.

47. HYACINTHUS. Numerus, ſitus & forma bractearum in bulboſis attentius obſervandus.

H. orientalis ſub pedunculo binas gerit bracteas parvas:

H. Muſcari bracteam unam ſub pedunculo, alteram ſupra illum:

H. racemoſus autem plerumque ſolitariam breviſſimam. Huic etiam Flores ſummi ſteriles. *Corolla* deorſum imbricatæ, ovatæ, nigro-cæruleæ, ore trigono albo. *Scapus* ſub floribus caeruleus, apice compreſſus. *Odor* debilis Prunorum vel Iridis gramineæ.

48. *Saxifraga trichodes* Scop. Fl. Carn. 2. T. 1. p. 295. ab *Aizoide* Linn. omnino diverſa, quantum ope deſcriptionis ac iconis tab. 15. judicare potui. Confer etiam priorem Faſciculum & Prodromum noſtrum Fl. Scandinaviæ.

49. SAXIFRAGA *umbroſa.* Linn. Sp. Pl. 2. p. 574.

Radix filamentoſa.

Folia radicalia roſacee expanſa, oblongo-cuneata, obtuſa, ſubcarnoſa, glaberrima, cartilagineo-crenata, in petiolos longos ciliatos deſinentia, lucide viridia.

Caulis ſub foliis breviſſimus, ſtolonifer. *Scapus* erectus, e centro foliorum, ruber, plane aphyllus, piloſus, pilis apice globigeris.

Flores paniculati. *Panicula* pedunculis cauli ſimilibus 6-7 floris, foliolo lineari, integro, ciliato, ad baſin pedunculorum & pedicellorum.

Calyx inferus, poſt floris explicationem reflexus.

Corolla fere plana, *petalis* oblongis apice rotundatis, albis, in medio punctis parvis coccineis, prope baſin duabus citrinis non raro confluentibus, pictis.

Filamenta lanceolata, longitudine circiter petalorum, *antheris* didymis.

Piſtillum generis, rubrum.

Capſula in medio coarctata.

Obs. Vulgaris in Hortis noſtris Planta vario ſub nomine mox enim *S. punctata*, mox *cuneifolia*, immo *hirſuta* nuncupatur. Non dubito, quin *S. punctata* Friis Rottb. Kiöb. Selsk. ſkrift. D. X. p. 445 t. III. f. X. noſtra ſit. Figura etiam *S. cuneatæ* Scop. Fl. Carn. 2. tab. 13. noſtrae ſat bene reſpondet, ſi deſcriptio pag. 291. &c. ſimul conferatur.

50. CVCVBALVS *glutinoſus*, petalis bipartitis, calycibus clavatis, panicula dichotoma patentiſſima, genitalibus rectis.

Radix altero anno florens.

Caules erecti, dichotomi, ſubvilloſi, hinc inde viſco tenaci obducti.

Folia lanceolata, acuta, integerrima, hiſpida, præcipue carina; ſuprema linearia.

Flores paniculati, albo-viridiuſculi in panicula dichotoma patentiſſima.

Calyx infundibuliformis, decemangulatus, viſcidus; fructifer clavatus.

Petala unguibus longitudine calycis; lamina bipartita fere ad baſin.

Stamina recta, longitudine corollæ vel paulo longiora, antheris incumbentibus.

Piſtillum. Germen pedicellatum, cylindricum, obtuſum, calyce altius. *Styli* 3 divergentes. *ſtigmata* ſimpliciſſima, obtuſa.

Capſula globoſa, (clavata videtur ob pedicellum) longitudinaliter ſemitrilocularis, apice ſexdentato revoluto dehiſcens.

Semina plurima, reniformia.

Obs. E ſeminibus ſub nomine *Cucubali viſcoſi* miſſis excrevit ignotae mihi patriæ planta. An *Lychnis viſcoſa* Scop. Fl. Carn. T. I. p. 306 ab hac diſtincta?

51. SEDVM *anglicum* Hudſ. Fl. Angl. 2. V. I. p. 196 & SEDVM *annuum* Gunn. Fl. Norw. 331. eandem ſine dubio conſtituunt plantam, ab *annuo* Linn. diverſam.

52. SPERGVLA *laricina* & *saginoides* Linn. vix diverſas credo. *Sp. laricina* Hudſ. Angl. 2. V. I. p. 203. cum *ſaginoide* Prodr. Fl. Scandin. 523. perbelle convenit, rarius vero ciliæ & vix niſi armato oculo apparent. Si *laricina* Gmelini vere diverſa ſit planta, quod in dubio relinquo, Hudſonis ab illa neceſſario diverſa & *ſaginoides* Linnei erit.

53. CLEMATIS *chinenſis*, foliis quinato-pinnatis, foliolis lanceolatis. *Tab.* II.

Caules debiles, ſuſtentandi, tetragoni, vix ſcandentes.

Folia pinnata. foliolis quinis: paribus longe remotis, petiolatis, lanceolatis baſi ovata.

Pedunculi oppoſiti, axillares, tri-vel quinqueflori, pedicellis lateralibus bracteolis binis a flore longe remotis inſtructi: terminali nudo.

Flores parvi, tetrapetali, petalis lineari-lanceolatis obſcure purpureis, margine interiore linea tomentoſa pictis. *Pappus* piſtillorum antheris vix brevius.

Raram & ni fallor novam ſpeciem e China miſit *Cl. D.* BLADH.

54. ANEMONE *alpina* Scop. Fl. Carn. 2. T. 1. n° 662. t. 26. eſt.

Anemone baldenſis Linn. Mant. Plant. 1. p. 78. cui ſemina vix caudata. Locum potius habet inter *Anemones caule folioſo* Linn. vel in eadem cum *A. hortenſi* & *coronaria* familia.

55. RANVNCVLVS *nivalis* Linn. a *lapponico* ejusdem ſatis diverſus *calyce* hirſuto *foliis* caulinis ſeſſilibus, *caule* firmiore, *flore* majore. De exiſtentia *R. lapponici* nullum noſtris eſt dubium, aliter licet ſentiat *Cl. Scopoli*, quem puto *R. monſpeliacum* pro nivali habuiſſe, quod *caulis hirſutus* ſuadet.

56. AIVGA *pyramidalis* Linn. Sp. Pl. 2. p. 785.

Neque *Cel.* SCHREBERO, qui hanc cum *genevenſi* & *alpina* conjungit, multo minus *Gen. de* HALLER, qui fere omnes LINNEI *Ajugas* commiſcet, aſſentiri poſſum. Duratio, creſcendi modus, partium proportio & figura optime *genevenſem* a *pyramidali* diſtinguunt. HALLERVS n° 223 nomen *pyramidalis* adfert, ſed *genevenſem* deſcribit & ſub varietate β *alpinam* illi adjungit, *genevenſem* vero ſeu *carneam Cluſii* iterum 282 cum *reptante* confundit.

57. MARRVBIVM *candidiſſimum* Linn. Sp. Pl. 2. p. 816.

Certe confuſio ſubeſt, planta enim, quæ *folia* gerit nitide ſericea, ovato-lanceolata, ab apice ad dimidiam partem ſerrata, ceterum integra, *calycumque* dentes ſubulatos omnino eſt *Marrubium Hiſpanicum ſupinum foliis ſericeis argenteis.* Dill. Hort. Elth. p. 219. t. 174. f. 215.

58. MARRVBIVM *africanum* Linn. S. N. ed. 13. p. 449. an?

Radix fibroſa, annua.

Caulis bipedalis, erectus, tetragonus, ſubtomentoſus, lateribus oppoſitis, ſulco profundo exaratis. *Rami* oppoſiti.

Folia oppoſita, cordata, rugoſa, crenata, ſubtomentoſa.

Flores verticillati: verticillis remotis, involucratis; albi.

Involucra polyphylla, linearia, ciliata, longitudine fere calycum.

Calyx tubuloſus, curvus, hiſpidus, 9 l. 10 ſtriatus, 9 l. 10 dentatus, denticulis brevibus ſubulatis: ſuperiore longiore ſpinuloſo.

Corolla calyce minor. *Lab. ſuperius* utrinque villoſum, parum bifidum; *inferius* tripartitum, laciniis lateralibus ſemiovatis, integris, divergentibus: intermedia reflexa, truncata, ſubbiemarginata. *Tubus* longus, linearis.

Stamina alba longitudine tubi; *antheris* flavis, inſperſis punctis nitentibus, per microſcopium tantum obſervandis.

Obs. Hanc deſcriptionem e planta ſemimortua anno 1773 concinnavi. *Involucra* Phlomidis, *Corolla* Marrubii, *Antheræ* Leonuri dubium me & de genere & ſpecie reddiderunt. Primo anno floruit, ſed ſub floreſcentia contabuit, nec dein viſa.

59. PHLOMIS *chinenſis* foliis ovatis ſerratis tomentoſo-ſericeis, calycibus verticillatis decemdentatis.

Caulis fruticoſus, ramis tetragonis hiſpidis.

Folia oppoſita, ovata & ſubcordata, petiolata, ſerrata, tomentoſo-ſericea.

Verticilli 5-6 flori, axillares, floribus pedicellatis.

Calix infundibuliformis, decemſtriatus, dentibus decem ariſtatis.

Flos albus, labio ſuperiore compreſſo extus hirſuto, imprimis margine: inferiore trilobo nudiuſculo.

Stamina & *Piſtillum* generis.

E China accepi.

60. GLECOMA *hederacea* Linn. S. N. ed. 13. p. 445.

Omnino ſingulare eſt, quod *Cl. Scopoli* in Fl. Carn. 730. huic ſitum cruciformem antherarum deneget plus millies a noſtris Botanicis obſervatum. Primo vere antheræ ſæpius plane deſunt.

61. CARDAMINE hirſuta Scop. Fl. Carn. 2. T. 2. p. 21. t. 38. anne a *Linnei* diverſa?

CARDAMINEN *bellidifoliam* Linn. cum ARABI *bellidifolia* ejusdem male confudit idem *Cl. Scopoli* loc. cit. p. 31. quas optimo jure quoque diſtinxit *Gen. de Haller* Hiſt. Stirp. Helv. no. 446 & 476.

62. ERYSIMVM *hieracifolium* Linn.

Radix biennis.

Caules erecti, ſtricti, quandoque ramoſi, multanguli, glabri.

Folia alterna, lanceolata, glabra, remotius dentata, minime ſerrata.

Flores racemoſi, flavi, debiliter odorati.

Calyx erectus, connivens, viridi-flavus, apicibus fuſcis.

Petala fere linearia, truncata.

Nectarii glandula parva ad ſtamina minora.

Siliquæ erectæ, ſtrictæ, exacte tetragonæ, ſtigmate emarginato terminatæ.

Ab *hoc* differt *Scop.* Fl. Carn. 2. p. 28. 831. Poll. Hiſt. Plant. t. 2. p. 242.

63. ERYSIMVM *campeſtre* Scop. Fl. Carn. 2. T. 2. p. 27. minime eſt *Braſſica campeſtris* Linn. ſed potius

Braſſica turrita Weigel. Obs. Bot. p. 32. &

Braſſica orientalis Poll. Hiſt. Pl. 2. p. 247.

64. ERYSIMVM *Cheiranthoides* Linn.

Radix biennis.

Caules erecti, ſtricti, ramoſiſſimi, multanguli glabri.

Folia alterna, lanceolata, oblique verſa, glabra, remote dentata.

Flores racemoſi, citrini, parum odori.

Calyx erectus, minus connivens, totus flavus apicibus concoloribus.

Corollæ limbus brevior, latior, emarginatus.

Siliquæ patentes, tetragonæ, ſtigmate minuto terminatæ.

Obs. A *hieracifolio* ergo præcipue differt *foliis* parcius dentatis, oblique ſitis, proportione ac colore *florum* ac defectu maculæ in apicibus *calycis*. A noſtro differre videtur *Eryſ. Cheiranth.* Pollich. II. p. 241.

65. BVNIAS *aſpera*, ſiliculis muricatis quadrangulis, foliis lanceolatis ſubdentatis, pilis furcatis.

Radix annua, ſubramoſo-fibroſa.

Caulis palmaris-pedalis, ſubramoſus, aculeolis minutis aſper.

Folia inferiora oblanceolata, ſuperiora lanceolata, parcius dentata, pilis albis furcatis trifidisque hinc inde adſperſa.

Flores racemoſi, flavi, Generis; calycibus nonnihil ventricoſis conniventibus.

Siliquæ breviſſimae, fuſco-muricatæ, angulis quatuor oppoſitis ſerratis criſtatæ; ſtylo pyramidato capitato longitudine ſiliquæ terminatæ.

Obs. Similis *Buniae Erucagini*, quantum ex brevi definitione Linneana ac deſcriptione Halleriana patet, diſtinctam tamen puto.

66. CROTALARIA *juncea* Linn. Mant. 2. p. 439.

Quae ex benevolentia D. KÖNIG in Herbario meo reponitur, calycis labium inferius cymbiforme quidem habet, ſed nullo modo obſolete tridentatum dici poteſt, quum ad baſin fere in lacinias tres lanceolatas fiſſum ſit.

67. ONONIS *arvenſis*, floribus racemoſis geminis, foliis ternatis: ſuperioribus ſolitariis, ramis inermibus ſubvilloſis. Prodr. Fl. Scand. 731.

Caules erectiuſculi, villoſi, virides, viſcidi, ſequentis duplo craſſiores, inermes.

Folia ſimplicia & ternata, ovata, circumſerrata, ſubtus nuda, ſupra villoſa: pilis apice globigeris. *Petioli* alati, ſtipuliformes: alis magnis, ſerratis, ſubamplexicaulibus.

Flores duplo fere majores ſequentis, in racemo terminali, plerumque gemini: utroque pedunculo ex uno puncto prodeunte.

Calyx villoſus, quinquefidus, dentibus linearibus, acuminatis, ſtriatis, quorum ſupremi 2 vexilli dorſum ſequuntur: intermedii bini vexilli marginibus incumbunt & quintus hiatum carinæ inferne operit.

Vexillum parum emarginatum. *Alæ* longitudine carinæ.

Tota *planta* ſequenti major, magis ſuccoſa, pallidior, hircino inſtructa odore, nunquam ſpineſcit, nec repit. Conf. Act. Soc. Phyſiogr. Lund. V. I. p. 128 &c. quibus ex litteris *Clar.* DRYANDRI Lond. Angl. d. 24. Iulii 1778 addere lubet.

„Ononis *tua* arvenſis *eſt* mitis *Clyſii* & hircina *Iacquini Hort. Vind. p.* 40. *t.* 93. *D. Iacquin plantam ex Hungaria habuit, uti etiam a D. Lipp circa Briſgaviam inventam. Neque Angliæ, nec Helvetiæ indigena eſt; binæ ideoque in Europa* Onon. mites *hactenus confuſæ.*„ An *Ononis mitis* Anglica, Gallica, Helvetica, a *repente* Linn. diverſa?

68. ONONIS *ſpinoſa*, floribus racemoſis ſolitariis, foliis ternatis ſolitariisque, ramis ſpinoſis. Prodr. Fl. Scandin. 732.

Caules decumbentes, villoſi, rubentes, ſpinoſi, inprimis a baſi ad mediam. *Spinae* bipollicares, ſubulatæ, pungentes, rarius foliolo uno alterove donatæ.

Folia & *Petioli* præcedentis, at minora foliolaque obovata, utrinque piloſa, nec per totam circumferentiam ſerrata.

Flores remoti ad pollicis 1. l 2. diſtantiam, ideoque vix racemoſi, plerumque ſolitarii; ſed ſi bini adſunt, pedunculo communi bifido adhærent.

Calyx ſimilis antecedentis.

Vexillum minime emarginatum, apiculo molli, ſubulato inſtructum. *Carina* ſubtus magis hians *alis* nonnihil longior.

Planta longitudine excepta, minor, magis lignoſa, obſcurior.

De hac, obſervante eodem *Cl.* DRYANDRO, dicit LÖSEL p. 16. „*lævis eſt vere & prima æſtatis parte, poſt aculeos contrahit*„ quæ verba perperam lecta & intellecta occaſionem dederunt *ſpinoſam* cum *arvenſi* confundendi. Conf. Act. Soc. Phyſiogr. l. cit.

69. CORONILLA *Valentina* Linn.

Folia novena, undena, oblongo-cordata vel cuneata retuſa, mucrone vel nullo vel parvulo, glauca, ſubcarnoſa.

Stipulæ magnæ, cordatæ, albæ margine viridi.

Flores minores, ſaturatius flavi.

Vexilli unguis vix recedens.

Alæ conniventes occultant

Carinam.

70. CORONILLA *glauca* Linn.

Folia quina & ſeptena cuneata, rarius obcordata, mucrone parvo, reflexo.

Stipulæ parvæ, ſublanceolatæ.

Alæ ſubtus multum hiantes ut

Carina tota appareat.

71. ASTRAGALVS *ſeſamoideus* Linn.

Radix annua.

Caules proſtrati, decumbentes, appreſſe piloſi.

Folia pinnata: pinnis 7 l. 8 parium ovatis, emarginatis, piloſis.

Flores capitati, axillares, ſeſſiles, violacei albique, 6-7.

Calyces ariſtati.

Legumina bilocularia.

72. ASTRAGALVS *Onobrychis* Linn.

Sola, quam ego vidi, planta, cujus pinnulæ non raro in folia ternata mutantur.

73. ASTRAGALVS *arenarius* Linn. *S. N. ed. 13. p. 568.*

Radix perennis, filiformis.

Caulis erectiuſculus, ſemipedalis, ſæpe ramoſus, tomentoſo-albus.

Folia alterna, pinnata, tomentoſo-alba; foliolis novem vel undecim lineari-lanceolatis, integerrimis.

Stipulæ oppoſitifoliæ, bifidæ, ſcarioſæ, tomentoſæ.

Pedunculi axillares folio longiores, ſubquadriflori, floribus non arcte congeſtis, pedicellatis, bracteolis minutis forma ſtipularum.

Calyx campanulatus, oblique truncatus, denticulis quinque parvis, quorum ſupremus breviſſimus & quaſi abſens; viridi-nigricans, hirſutus.

Corolla coerulea albaque ſtriis coeruleis.

Legumina intra calycem pedicellata, tumidiuſcula, tomentoſa, acuminata, dorſo canaliculata, bilocularia, polyſperma.

Obs. Non itaque eſt ſubcauleſcens, ſed cauleſcens. Icon RAJI Syn. 3. p. 326. t. 12. f. 3 peſſima eſt omni reſpectu, ut pro longe alia haberem, niſi eandem citaſſet *Cl. Hudſon.* Nec optima illa eſt, quae in Fl. Dan. Faſc. XI. t. 614. proſtat. Foliola enim a 13 ad 21. haecque nimis lata pingit, capitulum juſto

juſto majus & multiflorum, calycemque omnino alienum, niſi haec omnia a ſpecimine, in ſolo luxuriante lecto, pendeant, vel alia ſit ſpecies.

74. LOTUS *medicaginoides*, leguminibus umbellatis arcuatis, foliolis obcordatis denticulatis.

Radix annua.

Caulis proſtratus, ſulcatus, hirtus.

Folia ternata, longe petiolata, obcordata, denticulata, glabra, lineata.

Stipulae ſemiſagittatae, integrae, baſi lobo bidentato.

Pedunculi axillares, elongati, 5-6 flori, umbellati, floſculis parvis luteis.

Legumina 4-6, linearia, arcuata, toruloſa.

Obs. Planta e ſeminibus Sibiricis enata, florens ſimillima *Medicagini polymorphæ*, licet minor, leguminibus Trigonellae. Dubius etiamnum ſum, an revera Loti vel Trigonellae ſpecies.

75. MEDICAGO *polymorpha marginata*

Caules proſtrati, decumbentes, teretes, ſulcati, glabri.

Stipulæ multipartitae: laciniis ſubulatis.

Folia utrinque glabra, obcordata, circumdenticulata: teneriora hirta ciliata.

Pedunculi ſolitarii 1 l. 2 flori, mutici.

Legumina 1. ſ. 2. orbiculata, depreſſa, cochleata, anfractibus binis ternisve compreſſis, marginatis, nervoſis.

Variet. duplex

α. *major* leguminibus majoribus pubeſcentibus

β. *minor* ———— minoribus glabris.

76. MEDICAGO *polymorpha tuberculata*

Caules proſtrati, decumbentes, angulati, pubeſcentes.

Stipulæ ſemiſagittatae, dentatae.

Folia utrinque pubeſcentia cuneata & ovata, ultra dimidium tenuiſſime dentata.

Pedunculi ſolitarii, axillares, 2 flori, ariſta molli terminati.

Legumina 1. l. 2. ovato-cylindrica, *anfractibus* quatuor bituberculatis.

77. MEDICAGO *polymorpha hirſuta* Linn. S. N. ed. 13. p. 578.

Caules proſtrati, angulati, glabri.

Stipulæ ſemiſagittatae, laciniato-dentatae, dentibus linearibus.

Folia glabra, glauca, oblonga, inaequaliter dentata.

Pedunculi ſolitarii, laterales, 2 l. 3 flori, ariſta molli terminali.

Legumina 2 l. 3, magna, cochleata globoſa, echinata ſpinulis ſubulatis villoſis.

78. MEDICAGO *polymorpha rigidula.* Linn. S. N. ed. 13. p. 578.

Caules proſtrati, decumbentes, ſubangulati, tenuiſſime pubeſcentes.

Stipulæ ſemicordatae, praeter laciniam terminalem quatuor dentibus inſtructae.

Folia utrinque pubeſcentia; inferiora obcordata: ſuperiora ovata, ad dimidium inaequaliter denticulata, rarius prona parte rufo-maculata.

Pedunculi ſolitarii, axillares, 2. vel 4. flori, ariſtati, hirſutuli.

Legumina 2 l. 4, anfractibus tribus, oblonga, echinata, ſpinulis brevibus craſſis carnoſis.

F 2

79. CREPIS *pulchra* Linn. Sp. Pl. 2. p. 1134. β.

Radix annua, ramoſa.

Caulis erectus, ramoſus, 2-5 pedalis, ſulcatus, glaber, paniculatus.

Folia infima lyrata, ſuperiora oblongo cordata, reliqua haſtata; omnia ſeſſilia, ſinuato-dentata, pubeſcentia praeter ſuprema, quae linearia integra.

Flores paniculati, flavi, pedicellis nudis.

Calyx cylindricus, glaber, decaphyllus, foliis linearibus, carinatis, baſi auctus ſquamis 5 brevibus marginatis.

Floſculos 24 numeravi, calyce paulo altiores, flavos.

Receptaculum nudum.

Semina oblonga, cylindrica, laeviſſime ſtriata.

Pappus ſimplex, ſeſſilis.

80. HIERACIVM *heterophyllum*, caule repente, foliis radicalibus trilobis: caulinis ovatis.

Prenanthes repens Linn. Sp. Plant. 2. p. 1122. Amoen. Acad. 2. p. 360. t. IV. f. 23.

Caulis repens, radicans.

Rami adſcendentes, folioſi, glabri.

Folia radicalia longe petiolata, tripartita, lobis ovalibus denticulatis.

Folia caulina brevius petiolata, ovata, denticulata.

Pedunculi 1-3 flori, ſquamoſi.

Calyx ſimplex, erectus, glaucus, foliis lineari-lanceolatis, margine ſubſcarioſis; baſi ſquamis minoribus quaſi calyculatus.

Corollae omnes hermaphroditae, luteae, 12 circiter.

Pappus ſimplex, ſeſſilis.

Receptaculum nudum.

Hieraciis potius, quam Prenanthibus, annumerandam Plantam e China miſit *D.* BLADH, quam olim e Kamtſchatka habuit *Gen.* a LINNE.

81. TVSSILAGO *paradoxa*, thyrſo ſubovato, floſculis foemineis nudis multis: hermaphroditis ternis, antheris liberis, foliis triangulari-cordatis denticulatis vid. Tab. III.

Petaſites floribus ſpicatis, erectis, foliis calycinis lanceolatis, floſculis pauciſſimis androgynis Hall. Hiſt. St. Helv. 141.

Obs. Sub nomine *hybridâ* accepi plantam, quam in primo Faſciculo obiter tantum nominavi. Singularis inter Flores compoſitos antheris liberis minime coalitis; nec tamen a genere *Tuſſilaginis* divelli ſe patitur ob perfectam in reliquis ſimilitudinem.

Radix vix repens.

Folia radicalia, longe petiolata, triangulari-cordata, denticulata, ſubtus albo-tomentoſa.

Scapus prope radicem ſquamoſo-folioſus, inferne nudus, ſuperne albo-tomentoſus, totus ſquamatus, ſquamis lanceolatis, laxis, tomentoſis.

Thyrſus ſubovatus, floribus erectiuſculis, 20 circiter.

Pedicelli bracteis 2-4 linearibus, glabris, floribus paulo longiores.

Calyx foliolis 12-16 lanceolatis, obtuſis, erectis, apice rubellis.

Floſculi foeminei ultra 80, longitudine Pappi, *limbo* vix ampliato, inæqualiter trifido, *ſtylo* longo calycem excedente, *ſtigmate* leuiter bifido. In nonnullis

limbus obliquus integer videtur, tum vero ad baſin vel ſinum inferiorem denticuli 2 minuti obſervantur.

Floſculi hermaphroditi tres circiter, infundibuliformes, longitudine calycis, *limbo* quinque partito erecto laciniis acutis. *Stamina* quinque antheris linearibus. *Stylus* brevis. *Stigmata* 2, longa, recta, lineari-lanceolata, corollula breviora.

Pappus longitudine tubi.

82. MATRICARIA *maritima* Linn. in horto Academico perennat & luxuriat caule plus bipedali erecto, foliis quadruplo majoribus, peregrina omnino facie.

83. ACHILLEA *ſerrata*, foliis lineari-lanceolatis ſeſſilibus tomentoſis, profunde ſerratis, baſi laciniatis.

Dracunculus alpinus Agerati foliis incanis. *Rup.* Hiſt. p.344.

Radix perennis.

Caulis ramoſus, paniculatus, angulatus, ſubtomentoſus.

Folia lanceolata, ſemiamplexicaulia, albo-tomentoſa, profunde ſimpliciterque ſerrata: ſerraturis magnis æqualibus, prope baſin ad coſtam usque in lacinulas fiſſis.

Calycis ſquamæ margine fuſco-violaceæ.

Flores Ptarmicæ, radio decemfloro, biſemarginato, diſco elevato griſeo.

Obs. Ab *Achillea alpina* Linn. differt ſerraturis, foliis magis albis, floribus majoribus. Facies Ptarmicæ, *Ach. alpina* vero ad Millefolia magis accedit.

84. ACHILLEA *criſtata*, foliis linearibus ſerratis, ſerraturis transverſis criſtatis, caule ramoſo debili.

Ptarmica Linariæ folio anguſtiſſimo cum margine peculiariter dentato & veluti ſquamoſo, floribus albis. *Mich.* Hort. Flor. p. 77. n. 5.

Radix perennis.

Caulis ramoſus, debilis, teretiuſculus, ſubtomentoſus.

Folia linearia, ſeſſilia, vix ſubtomentoſa; margo ſerratus, ſerraturis non paginæ parallelis, ſed margini oppoſitis, tenuiſſime ſerrulatis.

Calycis ſquamæ margine albæ.

Florum radius albus 6-8 florus, biſemarginatus, diſcus planiuſculus, flaveſcens.

Obs. Forſan *Achillea* n. 161. Gmel. Fl. Sib. T. 2. noſtra eſt. Pro *Achillea falcata* Linn. vulgo habetur, *falcatæ* vero ſuæ corollas flavas & patriam Orientem tribuit *Gen. a* LINNE. Sequentem, quam a collectionibus *B.* FORSKAHL communicavit *Cl. D.* VAHL, ego pro *falcata* Lin. & Vaill. habeo.

85. ACHILLEA *falcata.* Forskahl Fl. Aegypt. Arab. p. LV. & LXXV.

Achillea incana, Santolinæ foliis plerumque falcatis aſperis, flore ſulphureo *Vaill.* nomen elegans.

Planta caule, foliis, calycibus albo-tomentoſis.

Folia Achilleæ criſtatæ; ſed ſerraturae profundiores, ceterum ſimili modo verſæ.

Corymbus Achilleæ tomentoſæ, licet minor, floſculis ſulphureis.

86. ACHILLEA *tomentoſa.*

Non levis mihi eſt ſuſpicio, binas omnino diſtinctas ſpecies ſub hoc nomine dari. Tota Achillearum gens deſcriptione eget graphica, obſervatis ſimul quid mu-

tare valeat culturâ. Quas mihi magni nominis Botanicus ſub nomine *atratæ* & *alpinæ* dedit, ego non poſſum diſtinguere. *Tomentoſa*; quam nutrit hortus noſter, a *Sibirica*, ab *Ill.* PALLAS miſſa, omnino differt: *hæc* enim eſt *Achillea* Gmel. Fl. Sib. II. p. 198. t. 83. f. 2. *illa* magis cum Halleriana III. convenit.

87. ACHILLEA *nobilis* Linn. Niſi ad formam foliorum inferiorum attendatur, facillime cum *Ach. Millefolio* confundi poteſt. *Magnitudo* nullam omnino meretur attentionem, nec Tanaceti *odor* fortis ſufficit. *Corymbi* non magis in hac, quam in Millefolio, conferti; ſed *calyces* magis oblongi, cylindrici, *radius* quidem albus, ſed *diſcus* ochroleucus, & *calycinæ ſquamæ* margine minime nigricante differunt.

88. ARTEMISIA *rupeſtris* Scop. Fl. Carn. 2. T. 2. p. 146. quaenam planta?

Ab *Art. rupeſtri* Linnei ſine dubio diverſa. De hujus calycibus mentionem nullam fecit *Ill. a* LINNE ſed *Flores* in Fl. Svec. 753. *pendulos* in Syſt. Nat. *cernuos* vocavit. Ceterum nulla *Artemiſiæ rupeſtris* Linn. cum *Art. campeſtri* ſimilitudo, praeter genericam.

89. SOLIDAGO *ſerotina*, racemis terminalibus folioſis ſecundis, foliis lanceolatis ſubſerratis, deflexis.

Radix perennis.

Caules 2–3 pedales, ſubflexuoſi, nitidi, folioſi, obſolete anguloſi.

Folia lanceolata, longe acuminata, glabra, deflexa, ſeſſilia, ſerratura una alterave.

Florum racemi terminales, folioſi, ſecundi; ad quodlibet folium faſciculus 3–6-florus pedicellis imbricatim ſquamuloſis.

Calyx cylindricus, anguſtus e foliis linearibus obtuſis inæqualibus.

Corollae ligulatae 4 rarius 5 lanceolatae, apice emarginatæ, *ſtigmate* filiformi bifido.

Corollae tubuloſæ 3–5, *ſtigmate* bifido clavato.

Pappus piloſus.

Floret menſe Octobris ſine dubio Americæ borealis planta. Radius in floribus ſiccatis cito albeſcit ſicque flos bicolor evadit.

90. ASTER *linifolius* Linn. S. N. ed. 13. p. 634.

Folia hinc inde leviter ſerrata, ideoque non ſemper integerrima. Ab hoc diverſus eſt *Aſter linifolius Milleri.*

91. CENTAVREA *paniculata* Linn.

Planta *ſibirica* & *europæa* diverſas conſtituere videntur ſpecies.

92. RVDBECKIA *laciniata* Linn. S. N. ed. 13. p. 650.

Obs. Hujus plurimae forſan varietates & vereor, ne *laciniata*, *quinata* & *digitata Milleri meræ ſint varietates.* Hortus Lundenſis binas ſequentes alit.

α. Rudb. digitata Mill. an?

Caulis obſolete tuberculato-anguloſus, ad inſertionem foliorum inferiorum ferrugineo-maculatus.

Folia latiora, ſerrata: inferiora quinata, ſuperiora ternata lobis lateralibus bifidis, terminali tripartito; ſuprema ovata, integra vel leviter trifida.

Radius bipollicaris, dodecaphyllus.

Pedunculi laeves, ſulcati.

β. Rudb. quinata Mill. an?

Caulis baſi teres, ſuperne angulatus, immaculatus.

Folia inferiora quinata vel ternata, lobis laciniatis anguſtis dentatis: ſuperiora ternata ſimilia: ſuprema triloba vel integra lanceolata.

Radius ſeſquipollicaris, plerumque decaphyllus.

Pedunculi ſubvilloſi, ſulcati.

93. SILPHIVM *perfoliatum*, foliis oppoſitis deltoidibus petiolatis perfoliatis, caule tetragono laevi. S. N. ed. 13. p. 657.

Altitudo humana.

Caulis ubique glaber, exacte tetragonus, verſus ſuperiora vero rotundatus.

Folia cordata, ſcabra, denticulata; inferiora petiolata, petiolis alatis connatis: ſuperiora ſeſſili-perfoliata: ſuprema vix dentata, a latere pedunculo intermedio oppoſito tantum connata.

Panicula dichotoma, pedunculis cylindricis.

Calyx apicibus patulis.

Corollae radius calyce plus duplo longior, lanceolatus, ſubtus bicarinatus, apice ſemel fiſſus, etiam ſubtus ſaturate luteus.

Floſculi foeminei piſtillis longioribus.

Floſculi hermaphroditi ad dimidiam partem fere ſupra paleas eminentes.

94. SILPHIVM *connatum*, foliis oppoſitis ſeſſilibus perfoliatis, caule tereti ſcabro. L. S. N. ed. 13. p. 657.

A *perfoliato* differt, quod omnibus partibus minus, tenerius.

Caulis ſubtetragonus, baſi ſcaber, ſuperne laevis.

Folia ovata-lanceolata, dentata, ſcabra, perfoliata.

Panicula & *Calyx* antecedentis.

Corollae radius brevior, anguſtior, ſubtus ſtriis viridibus pictus.

Floſculi foeminei piſtillis brevibus.

Floſculi hermaphroditi palea adjecta parum longiores.

Obs. Singularis in utraque ſpecie foliorum ſitus: ſcilicet angulis caulis opponuntur, non lateri plano.

95. CAREX *ſylvatica*. Hudſ. Fl. Angl. 2. p. 411. Schreb. Spicil. Fl. Lipſ. p. 62. Flor. Dan. tab. 404. Prodr. Fl. Scand. 1050. Hall. Hiſt. St. Helv. 1395. a *Carice patula* Scop. Fl. Carn. 2. T. 2. p. 226. tab. 59. diverſiſſima, niſi iconem vitioſiſſimam velis.

96. ANDROPOGON *Bladhii* ſpicis ſuboctonis, floſculo hermaphrodito ſeſſili ariſtato: neutro pedunculato ciliato mutico.

Culmus ſimplex teres, parce folioſus, geniculis barbatis.

Folia graminea, pilis albis ſparſis, praecipue ad vaginarum oras. Vaginae nudae ſtriatæ.

Spicæ ſuboctonæ, pedunculatæ, culmum terminantes, lineares, erectæ, inaequales, indiviſæ, rachi geniculata piloſa cum pedicellis.

Floſculi alterni, geminati, baſi pilis albis circumdati.

Floſculus hermaphroditus ſeſſilis, ariſtatus: ariſta longa torta; ſtigmata 2 longa nigra incraſſata, breviter hirſuta, ſtylis brevibus capillaribus inſidentia.

Floſculus neuter pedunculatus, omnino vacuus, læviſſime ciliatus.

In China lectum cum aliis miſit *honorat. D.* BLADH.

97. AEGILOPS *exaltata* Linn. Mant. Pl. 2. p. 575. adde

Culmus junci.

Calyx inermis, ſtriatus & inter ſtrias punctatus.

98. AEGILOPS *muricata*, ſpicis muticis pluribus longe pedunculatis, calycibus ciliato-aculeatis.

Culmus caricis.

Spicæ non faſciculatae, ſed ſolitariæ binæ ternæve ex alis foliorum prodeunt longe pedunculatæ, craſſiores quam *exaltatæ*.

Calyces glabri, apice ſcarioſi, margine aculeolis parvis ciliatæ. Nonnulli calyces anguſtiores, quaſi bifidi, margine inermi hinc inde adjacent, quos vacuos omnino in meo exemplari inveni.

Ex India Orientali diu habui pro *exaltata*, donec illam benevolentia *Cl. D.* KÖNIG accepi.

99. PTERIS *lunulata*, fronde pinnata: pinnulis alternis petiolatis lunulatis ſtriatis. Tab. IV.

Frons ſimpliciſſima pedalis & ultra.

Stipes ebeneus, nitidus, compreſſus.

Pinnæ virides, læves, ſtriatæ: ſtriis a petiolo ad marginem radiantes. Margo exterior fructificans, fere ſemicircularis: interior ſterilis vix curvus. Supremæ vero pinnæ ſecuriformes ſunt & terminalis trigona.

E Bengala pulcram hanc accepimus Filicem.

Obs. Forma hujus exacte convenit cum *Adiantho lunulato* Burm. Fl. Ind. p. 235. præter marginem quinqueflorum. Verum nonnunquam margo finditur in 3 vel plures lacinias ſicque Adianthum refert genuina Pteridis ſpecies.

100. ADIANTHVM *fuſcum*, frondibus pedatis, foliis pinnatis, pinnis rhombeo-rotundatis ſubquadrifloris. Tab. V.

Obs. Multum ſimilis *Adiantho pedato Linn.* ſed fuſco-nigricans, minus tenera, pulcherrima Filix, cui:

Radix ſubbulboſa ſtrigis fuſcis nitentibus obducta.

Stipes ſimpliciſſimus, compreſſus, ebeneus, lævis.

Margo replicatus, latior, communiter quadrifidus, etiam 5 ad 8 fidus.

Pinnulæ antequam frutificent integerrimæ, præter terminalem folii ſubtrilobam.

Patriam Chinam habet.

ANDREAE IOHANNIS RETZII

PHIL. MAG. AD REG. ACAD. LVNDENS. HIST. NATVR. PROF. R. ET
ORD. DES. SOCIET. PHYSIOGRAPICAE LVND.
SECRETARII ETC.

FASCICVLVS OBSERVATIONVM BOTANICARVM TERTIVS

CVM FIGVRIS AENEIS

ET

IOH. GERH. KOENIG

DESCRIPTIONIBVS MONANDRARVM



LIPSIAE
APVD SIEGFRIED LEBRECHT CRVSIVM.
cIↃ IↃ CCLXXXIII.

REGIAE

ACADEMIAE SCIENTIARVM

SVECANAE

HVNC TERTIVM OBSERVATIONVM FASCICVLVM

D. D. D.

AVCTOR.

L. B.

Botanophilis quum non diſplicuiſſe praecedentes binos Faſciculos intellexerim, Tertium iam offero, idem fatum illi exoptans.

In hoc vt in praecedente nonnullas Plantas ab aliis pro varietatibus habitas vt diſtinctas conſideraui ſpecies. Forte non omnes mecum conſenſuros habebo, praeſertim cum ſpecies aliorum inter varietates numerauerim.

Sed, quid ſit, *Species*, quid *Varietas* ſi quaeratur? optime reſpondit *Ill. Eques à* LINNÉ in ſua Philoſophia Botanica pag. 99. *Species tot ſunt, quot diuerſae formae l. ſtructurae in principio creatae;* et paulo infra: *quot - - - hodienum occurrunt;* pag. vero 100. *tot Varietates* eſſe ait, *quot differentes plantae ex eiusdem ſpeciei ſemine ſunt productae.* Rectiſſime haec quidem ita dicuntur; ſed criteria quae in omni caſu id efficiunt, vt Varietates a Speciebus et vice verſa diſtinguantur, vix dedit omnibus ſatisfacientia.

Magnitudo ſola, Monſtroſitas, Color, Odor, Sapor et Tempus recte excluduntur, nihil quum valeant ad Specierum conſtituendos characteres. Conſtans enim requiritur partis cuiusdam vel plurium differentia ſecundum numerum, figuram, proportionem et ſitum, cui forte ſuperficies addi poterit.

Species ergo nihil aliud eſt, quam *conſtans Generis Varietas*, vocibus in Scientia Botanica receptis determinate exprimenda.

Secundum hoc principium ego ſpecies et varietates diiudicari, etiam vbi ſuſpicio ſubeſſe poſſet, hanc ſpeciem ex alia olim ortam fuiſſe.

At quaeris forſan, Cui bono? quia charactere plantae eſſentiali a quacunque cauſa mutato, ſub hoc charactere vltra dignoſci nequit; vbi vero hanc mutationem conſtantem non inueni, ſub ſua ſpecie reliqui varietatem.

Plurimae ſane ſunt Plantae, quas ipſa facies diſtinguendas ſuadet, quaeque perpetuo tales propagantur, ſed character eorum diſtinctionis verbis, ſaltem non ſine diffuſa deſcriptione, exprimi non poteſt. Has itaque, donec forte character eruatur, vt varietates conſiderandas eſſe iudico, e. gr. *Pimpinellae*, *Athamantae* etc.

Nihil magis commune eſt, quam inter Plantas vulgatiſſimas pro varietatibus diſtinctas habere ſpecies. Ratio in promtu eſt; nam primo illas ſufficienter examinatas credimus, dein poſſibilitatem varietatum per culturam nouimus. Hinc fugitiue inſpectas eas praeterimus. Sic mos eſt, fere omnes *Poeonias*, *Medicagines* ſic dictas *polymorphas* etc. ſub vna comprehendere ſpecie, et vt

ex vna olim ortas conſiderare, quod mihi minime perſuadere potui. Idem de multis *Solidaginibus*, *Aſteribus* etc. iudicium olim tulit *B. à* LINNÉ.

Inter Plantas ſpontaneas vero plurimae pro Speciebus habentur, quae reuera varietates ſunt. Egregie hoc demonſtrauit et exemplis illuſtrauit Celeberrimus Equitis Filius et Succeſſor in Diſſertatione Academica *Noua Graminum Genera* Vpſaliae 1779. ventilata.

Doctrinae Botanicae optime itaque conſuleretur, ſi ſinguli Hortorum Publicorum Praefecti e Generibus diffuſioribus et minus elaboratis certa ſibi eligere et quantum fieri poſſet, omnes notas ſpecies cum primariis varietatibus vnius Generis in vno loco colere vellent. Hac via certiores de ſpeciebus geminis fieremus et characteres Generum emendatos tandem haberemus.

Duos errores in Faſciculo Secundo commiſſos corrigere fas eſt.

LYCIVM *indicum* pag. 12. deſcriptum corollas habet candidas, exſiccatione obſcure purpureas factas, vt monuit egregius Botanicus Hafnienſis D. VAHL.

SOLIDAGO *ſerotina* quam p. 26. deſcripſi, eſt *Solidago caeſia* Linnei, ſaltem illam ſub hoc nomine in variis poſtmodum vidi herbariis.

Faſciculo huic additi Deſcriptionem Monandrarum, Indiae Orientalis, quam beneuole communicauit Amicus honoratiſſimus D. D. I. G. KOENIG Rerum naturalium Indicarum Scrutator indefeſſus. Vt typis exarandam curarem a me quidem non exegit, nec veniam eius adeptus ſum, neque haec vt impetretur, breuius quam fere trium annorum tempus ſufficeret ob longiorum locorum intercapedinem; quum autem Manuſcriptum miſerit, eo fini, vt cum amicis Botanicis illud communicarem, commodius illud fieri non poſſe videbatur. Spero itaque me a debita amico genuino et honoratiſſimo obſeruantia non diſceſſurum, ſi hoc modo Ipſius et noſtris Amicis ſatisfecero.

1. HIPPVRIS *lanceolata* foliis lanceolatis, inferioribus quaternis, ſuperioribus quinis. Tab. I.

Plantam, quam in Finlandia detexit primum *Cl. D.* SCHVLSEN, benigne communicauit *Cel. Prof.* SPARRMANN.

Facies *Eladines Alſinaſtri* vlteriore non indiget deſcriptione; id tantum monere volui, hanc ſpeciem vere *gynandram* eſſe. Mihi non licuit neque hanc nec *Hippuridem vulgarem* (facta ſcil. hac obſeruatione) viuas et per omnes incrementi gradus examinare, vt obſeruare potuiſſem, an reuera *calyculus Adanſonii* adſit nec ne. Huius praeſentiam negare videtur ſitus ſtyli, quum calyculi aperturam conſtituere deberet coronula lateralis quadridentata, e qua exit *ſtamen fig. a,* niſi adſumere vellemus calyculum a ſtylo perforari, quod aperturae nuces refragari videtur. In omni caſu *Gynandra* eſt noſtra planta. Ita ſe quoque res habet cum *Hippuride vulgari*, cuius fructus eſt *nux* apice perforata; foramen vero a ſtyli baſi clauditur, quod in fructu longitudinaliter diſſecto facili negotio obſeruatur. Vtraque ideo ſpecies ad *Gynandras Monandras* referri debet. Sed auctoribus Botanicis hanc obſeruatiunculam commendo, vt e viuis ſpeciminibus confirmetur.

2. SALVIA *ſyriaca* L.

Caulis obtuſe tetragonus, piloſus.

Folia rugoſa, ſubtomentoſa, crenata, nonnihil repanda; *radicalia* elliptica; *caulina* ouata, inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia.

Panicula brachiata.

Bracteae cordatae, ſeſſiles minus rugoſae, dentatae, acuminatae, longitudine circiter calycum.

Flores in verticillo ſex, albi. *Saluiae pratenſis* ſed maiores.

Calyx bilabiatus, quinquedentatus, ariſtatus, compreſſus.

Filamenta alba longitudine Galeae.

Stylus longior, purpureus.

Planta bi-triennis, ſuaueolens.

3. SALVIA *nilotica* foliis inferioribus runcinatis ſuperioribus cordato-angulatis, rugoſis, piloſis, verticillorum ariſtis quatuor.

Planta in Caldario perdurans, ramis laxis herbaceis, tetragonis, piloſis.

Folia primi anni ouata, petiolata, margine nonnihil repanda, piloſa, lucida: ſupremum par a floribus remotum, cordatum, ſeſſile.

— *ſecundi anni* infima petiolata, his ſuperiora ſeſſilia runcinata: ſuprema cordato-angulata, praeter par pedunculo communi ſubiectum quod ſimpliciter cordatum. Omnia rugoſa, piloſa, crenata.

Verticilli remoti ſexflori, *Bracteis* paruis, cordatis, ciliatis, quibus ab vtroque latere adſidet ariſta ſubulata, piloſa.

Calyx dentibus quinque diuergentibus, ariſtatis.

Corolla pallide coerulea, *labio ſuperiore* emarginato, leuiſſime piloſo: *inferiori* lobo intermedio crenato.

4. SALVIA *diſermas.*

Folia ouata mihi, non cordata.

Obſ. In caldario perpetuo culta folia magis ad cordatam formam accedunt, et planta luxuriat *ramis* longiſſimis; laxiſſimis. *Racemi* ſimpliciſſimi verticillis longe remotis tota iucunde et fortiter odora. In vrnis vero, quae per hyemem in frigidario, per aeſtatem ſub dio reponuntur multo minor, erecta, dura, minus odora, *panicula* brachiata, *verticilli* minus remoti et folia anguſta.

5. ANTHOXANTHVM *auenaceum* ſpica ſecunda, calycibus piloſis, floſculi ariſta longa torta geniculata. E Tranquebaria miſit *Cel.* KOENIG.

Facies omnino Auenae propter Ariſtas, ſed *ſtamina* tantum duo.

Gramen ſemipedale, erectum, glabrum.

6. PHALARIS *Canarienſis* panicula ſpiciformi ouata, calycibus carinatis piloſis, nectariis binis, *dicenda.*

Nectaria haec obſeruauit *Cl.* SCOPOLI Introd. ad Hiſt. Nat. p. 73. ſed pro charactere generico haberi nequeunt.

7. PHALARIS *minor*, panicula ſpiciformi cylindrica, calycibus carinatis nudis, nectario ſolitario.

Gramen annuum, cuius ſemina mihi ſub nomine *Phalaridis tuberoſae* data fuere, ſed nulla habet tubera. Simile *Phalaridi Canarienſi* ſed minus, panicula haud ventricoſa et anguſtior. Inter glumam corollinam minorem ciliatam et calycem adeſt foliolum, quod *Nectarii* nomine appellari poſſe credo, extra corollam licet ſitum ſit.

8. PHALARIS *arundinacea.*

Loco Nectarii ſub quauis gluma corollina penicillum pilorum gerit.

9. PHALARIS *paradoxa* et *Phleoides* quantum ego vidi Nectariis deſtituuntur; *Oryzoidi* nectaria lanceolata tribuit *Cl.* POLLICH, reticet *Ill.* HALLER, *Cl.* MIEG ad manus non eſt.

10. PANICVM *Aegyptiacum.*

Rad. annua.

Culmi 1 - 2 pedales, veſtiti vaginis longe et denſe piloſis.

Folia 5 - 7. linearia, longa, vtrinque piloſa.

Spicae ſubdigitatae, longae, lineares, 4. l. 5.

Rachis plana, membranacea, flexuoſa. Huic ab vno latere alternatim adſident floſculi bini pedicellati, altero pedicello triplo longiore.

Flores lanceolati, ſtriati, valuula acceſſoria minuta.

Obſ. Simillimum PANICO *filiformi*, at diſtinxit acutiſſimus IVSSIEV.

11. PANICVM *viride, glaucum* et *verticillatum* vix characteribus datis diſtinguuntur. Alii itaque in viuis graminibus quaerendi, ſi adſint.

12. PANICVM *fluitans*, ſpicis alternis ſeſſilibus ſecundis. Miſit *Clariſ.* KOENIG.

Gramen pulcherrimum, laeue, glabrum.

Culmus compreſſus, folioſus.

Folia linearia.

Rachis extus plana, intus vel a latere ſpicularum carinata, marginata.

Spicae alternae, ſeſſiles, erectiuſculae, decreſcentes, interſtitiis duplo longiores.

Floribus ſecundis, alternis, ſeſſilibus, imbricatis.

. *Calyx* ouatus, acutus, valuula acceſſoria parua, rotundata.

Obſ. Niſi in *Panico Brizoide* monuiſſet *Ill. à* LINNE' Spicas interſtitiorum longitudinem habere et floſculos triplici ordine ſeſſiles eſſe, illud ipſum eſſet.

13. PANICVM *cimicinum*, panicula vmbellata, racemis ſubquaternis, gluma calycina altera ciliata.

Milium cimicinum L. Mant. alt. p. 184.

Dedit quoque *honoratiſſ.* KOENIG, qui Panici ſpeciem eſſe primum obſeruauit.

Corollae glumam alteram, quae ab ariſtatae margine excipitur non obſeruauit. *Ill. à* LINNE', ſed calycis glumam minorem pro corollina habuit.

14. PANICVM *indicum* ſpica ſimplici nuda, pedicellis geminis, culmo adſcendente baſi ramoſo.

Miſit *opt.* KOENIG.

Gramen filiforme, ſemipedale.

Culmus adſcendens, ſuperne nudus.

Spica vix ſemipollicaris, inuolucellis nullis.

Valuulae calycis interiores leuiter hiſpidae, ſubaequales, cymbiformes, acutae: *acceſſoria* obtuſa, minuta.

Obſ. Nullum eſt dubium quin idem ſit gramen, quod in *Mant. alt.* p. 189. *Panicum indicum* dicitur, vix vero crediderim *Panicum conglomeratum* ibid. p. 324. idem eſſe ſed aliud et quidem id quod antea *Aira indica* dictum fuerit. Nam in noſtro gramine nec ſpica ſecunda neque floſculi obtuſi.

15. PANICVM *trigonum* panicula erecta pedunculis bifloris, calycibus obtuſis, hiſpidis, vnifloris, ſeminibus trigonis.

Panicum patens Burm. Fl. Ind. t. 10. f. 2.

Cum nomine Burmanniano dedit *Cl.* KOENIG, a *patente* LINNEI diuerſum calycibus vnifloris.

Culmi ſpithamaei, proſtrati, folioſi, radicantes.

Panicula parua, ſtricta, pedunculis rarius parum flexuoſis.

Glumae calycinae obtuſiſſimae, inaequales.

Folia glabra, anguſta.

16. PANICVM *Capillare* panicula capillari erecta patente, pedunculis ſtrictis, calycibus acuminatis laeuibus, foliorum vaginis hirſutiſſimis.

Panicum Capillare L.

Gramen tripedale, *panicula* plus quam pedali, *pedunculis pedicellisque* ſtrictis, *calycibus* pallide viridibus, anguſtis, acuminatis, nudis. *Genicula* caulis barbata, ſed barba ſurſum verſa. *Foliorum Vaginae* ſtriatae; inter ſtrias puncta calloſa pilifera. *Pili* in ipſis foliis etiam e punctis eleuatis proficiſcuntur.

17. PANICVM *flexuoſum* panicula capillari patente, pedunculis flexuoſis, calycibus ouatis, geniculorum barba reflexa.

Cum Panico Capillari confunditur.

Gramen ſub-pedale.

Culmi decumbentes, ramoſi leuiter piloſi.

Folia bipollicaria, anguſta, piloſa vt etiam vaginae, ſed nulla puncta calloſa. Geniculorum *Barba* denſa, deorſum verſa.

Panicula vix tripollicaris, circumſcriptione ouata, pedicellis quam maxime flexuoſis.

Calyces ouati, obtuſi, pilis nonnullis hirti.

18. PANICUM *Burmanni*, ſpicis ſubquaternis, remotis, ſecundis, ſimplicibus, florum glumis binis exterioribus ariſtatis.

Panicum hirtellum Burm. Fl. Ind. t. 12. f. 1.

Miſit *Cel. D.* KOENIG.

Ab *hirtello* L. diuerſiſſimum.

Culmus decumbens, ramoſus, baſi villoſus radicans.

Folia lanceolata, pilis raris adſperſa, *vaginis* margine villoſis.

Spiculae quatuor vel tres culmum terminant remotae, floribus ſecundis.

Raches pilis longis veſtitae praeſertim ſub pedicellis.

Floſculi pedicellati, alterni plerumque abortientes.

Calycinae glumae binae exteriores aequales ariſta longa terminatae: tertia longior, acuta, ſubariſtata: omnes villoſae.

Corolla niuea glaberrima.

19. PANICUM *lineare* accepi

a *D.* KOENIG culmis ramoſiſſimis folioſis vſque ad ſpicas, foliis teneris.

a *D.* THUNBERG ad Caput B. Spei lectum culmis repentibus, ſuperne minus folioſis, foliis longe rigidioribus, vaginis diſtiche equitantibus. An diſtincta?

20. AIRA *ſetacea* foliis ſetaceis, panicula diffuſa, floſculis baſi piloſis: inferiore mutico, ſuperiore ariſta brevi.

Gramen Europaeum, neſcio vnde, ſemine ſub Bromi nomine dato, in horto perennans, glabrum, pallidum, facie *airae flexuoſae*, ſed flores multo minores et pedunculi vix flexuoſi.

Calyx ſubaequalis, viridi-ſpadiceus, marginibus hyalinis, triflorus.

Flos infimus baſi multum piloſus, muticus, *ſecundus* minus piloſus ariſta corolla parum longiore, *tertius* minutus, ſterilis.

Obſ. Plures forte *Airae triflorae* ſunt, ſed in *Melicis* rudimentum tertii floris cucullatum, truncatum, in *hac* floſculus biglumis, minutus, vacuus.

An *Aira Caryophyllea*, quam viuam haud examinaui, per culturam in hanc mutari poſſit? vix crediderim.

21. AIRA *chinenſis* foliis ſetaceis, panicula erecta, floſculis ariſtatis, villoſis.

E China miſit *Cl. D.* BLADH.

Culmus baſi ramoſus, pedalis.

Folia ſetacea, glabra, breuia.

Panicula erecta, parua.

Calyx valuulis lanceolatis, ſtriatis, glabris, ſubaequalibus, biflorus.

Corollae glumae villoſae: *exterior* conuexa, ariſtata, *interior* planior, longior, acuminata, in fundo cucullato genitalia continens.

Obſ. In altero flore vel ſolas antheras vel plane nihil inueni, an itaque potius *Holci* ſpecies? Facies omnino *Airae*.

22. POA *panicea*, paniculae ramis ſubbinatis remotis filiformibus, calycibus bifloris, vaginis punctato-piloſis.

E China miſit *Honoratiſſ.* BLADH.

Gramen altum tenue.

Foliorum vaginae punctis ſparſis calloſis e quibus pili prodeunt.

Folia leuia, nuda.

Panicula pedalis fere tenuiſſima, rara, e ſpiculis alternatim binatis vel ternatis, 3-4 pollicaribus, filiformibus, patentibus.

Flores ſecundi, alterni, biflori, pedicellati; calycibus ſubulatis longitudine floſculorum.

Obſ. Paniculae formam exprimit Fig. *Poae chinenſis Burm.* Fl. Ind. t. 11. f. 3. ſed multo major et tenerior. *Calyces* quadrifloros praeterea eſſe ait *Jll.* a LINNÉ.

23. POA *contracta* panicula contracta, floſculis lanceolatis trifloris nudis ſeſſilibus, foliis filiformibus.

Dedit *amiciſſ.* KOENIG.

Gramen glaberrimum, bipedale et vltra, culmo craſſo.

Folia filiformi-teretia.

Panicula contracta, e vagina folii ſupremi vix egreſſa.

Pedunculi longi, ſtricti.

Calyces acuti, triflori, nudi, floribus breuiores, alterni, ſeſſiles.

24. ANTHISTIRIA *ciliata* foliis ſuperioribus baſi inuolucrisque ciliatis. LINN. *Diſſ. Nov. Gram. Gen. p.* 35.

Andropogon quadriualue L. Syſt. Nat. 13. p. 758. et Mant. alt. p. 303. ſub *nutantis* nomine.

Obſ. Folia infima in meo exemplari non ciliata. *Culmus* ſemiteres. *Ariſta torta* floſculi hermaphroditi videtur characterem generis ingredi poſſe, quum in vtraque ſpecie adſit. *Panicula* Andropogi.

25. ANTHISTIRIA *imberbis* foliis inuolucriſque nudis.

Gramen hoc e Capite B. ſpei allatum communicauit Cl. Doct. ACHARIUS.

Culmus compreſſus.

Calyx ſimillimus prioris.

Pedunculi ſolitarii, capillares, biflori e vaginis duabus ſupremis folio breuiores in meo exemplari.

Teneriora praeterea omnia.

26. ROTTBOELLIA *laeuis* pedunculis longiſſimis, ſpica floſculis binatis lateralibus, calycibus ouatis impunctatis leuibus.

Miſit e Tranquebaria *Cl.* KOENIG.

Culmi adſcendentes, folioſi ad ſecundam vel tertiam articulationem vaginam habent, e qua pedunculi 3 l. 4. plus quam pedales monoſtachyi oriuntur. Horum articulatio inferior fere trigona vel ſemicylindrica excauata, ſuperior vero quae ſpicam gerit exacte cylindrica, vagina ad dimidium circiter obuoluitur.

Folia breuia, carinata, oris barbatis.

Spica ſtrictiſſima. In quouis huius articulo.

Flores bini laterales, directione alterni.

Calycis gluma exterior oblique ouata, cartilaginea, omnino leuis.

- - - *interior* aequalis, membranacea, tenuiſſima vti ipſa corolla.

27. ROTTBOELLIA compreſſa ſpicis compreſſis pluribus faſciculatis pedunculatis, calycibus acutis.

In China lectam attulit *D.* TRANCHELL.

Culmi compreſſi, folioſi.

Folia leuia, nuda, vaginis compreſſis.

E vaginis culmi ſuperioribus *Faſciculus* ſpicarum pedunculatus inuolucratus exit.

Spicae in hoc inuolucro demum pedunculatae et baſi inuolucro vaginato partiali praedito.

Spica ſingula compreſſa altero latere plana. Cuicunque articulo adſident *Flores* bini, quorum

Calyces acuti, mutici, impunctati; vterque biualuis ſed *alter* oppoſitus, valvula vtraque cartilaginea, anguſtiore longiore et fere ariſtata; *alter* lateralis, cuius valuula interior membranacea in rachi cauata vna cum corolla ab exteriore occultatur.

28. ROTTBOELLIA *punctata*, ſpicis teretibus pluribus faſciculatis ſubſeſſilibus, floſculis ſolitariis alternis, calycibus punctatis

Aegilops exaltata Faſc. Obſ. Bot. 2. n. 97. an etiam L.?

Culmus cylindricus, farctus, aphyllus.

Spicae digito breuiores, ſtrictae, faſciculatim e vaginis culmi ſuperioribus prodeunt demum vaginatae.

Floſculi ſerie alterna poſiti, ſolitarii.

Calyx ouatus, obtuſus, ſtriato-punctatus.

29. ROTTBOELLIA *muricata*, ſpicis teretibus pluribus longe pedunculatis, calycibus ciliato-aculeatis, neutris bifidis.

Aegilops muricata Faſc. Obſ. Bot. 2. n. 98. Deſcriptio ita corrigenda et augenda.

Culmi angulati, folioſi.

Foliorum vaginae ciliatae.

Calyces omnes leuiſſime pubeſcentes; *lateralis* latior apice ſcarioſus, margine ciliato-aculeatus; *oppoſitus* paulo inferior, minor, vix ciliatus, vacuus.

Obſ. In *Rottboellia muricata et compreſſa* calyx alter lateralis alter oppoſitus, in *punctata et leui* omnes laterales.

30. ROTTBOELLIA *ſanguinea*, paniculae ſpicis ariſtatis alternis ſimplicibus pedunculatis, florum bractea laterali ciliata.

Ramulum miſit *Cl.* BLADH e China.

Facies omnino Andropogi.

Culmus ſemiteres, articulatus, folioſus. Superiores articulos *Vaginae* veſtiunt ſuperne dilatatae et fere cucullatae. E quacunque vagina

Spica filiformis exit, pedunculo intra vaginam latente.

Flores ſeſſiles, alterni, in rachi excauata.

Calyx biualuis oblique lateralis, *gluma exteriore* ſemitereti-ſubulata, cartilaginea: *interiore* aequali, tenuiſſima, alba ſtriis ſanguineis.

Corollae gluma exterior ſanguinea, longitudine glumae calycinae interioris: *interior* ad baſin vsque fiſſa, vt binae glumae interiores lanceolatae dimidiato-albae ſanguineaeque tenuiſſime ciliatae adeſſe videantur. Ad huius baſin *ariſta* longa torta.

Bractea iuxta florem linearis, cartilaginea, ſubariſtata, altero latere ciliato-barbata, in alterno flore alterne ſita.

Antherae et *ſtigmata* ſanguinea.

Obſ. Si bractea calyci annummeretur et petalum interius pro duplici habeatur, tunc calyx et corolla in hoc gramine triglumes, glumis inaequalibus, quod ſingulare. *Rottbölliis* adſociaui forte proprii generis gramen, certe habitus eiusdem eſt diuerſus.

31. STRVTHIOLAE L. character eſſentialis conſiſtit in

Nectariis octo antheriformibus, ſingulo baſi corona ſetarum circumdato, faucis margini impoſitis.

Calyce diphyllo, foliis acutis, compreſſis, carinatis.

Obſ. Quod *calyx* nobis eſt, id *Ill. a* LINNÉ *bracteas* vocauit, ſed *Bracteas* folia in ramis ſuperiora, magis ſtriata, et baſi conuoluta dicimus.

Quatuor diſtinctis ſpeciebus inſtructum eſt Herbarium noſtrum, has accuratius deſcribere ſuperfluum non duco, quum characteres *Str. virgatae* et *erectae* in *Mant. Plant.* datae haud ſufficiant.

32. STRVTHIOLA *tetragona*, foliis lineari-lanceolatis quadrifariam imbricatis, corollis calycibusque nudis.

Struthiola erecta L. an?

Nectandra tetrandra. Berg. Pl. Cap. p. 133.

Fruticulus totus glaber, ramis teretibus, ramulis tetragonis.

Folia oppoſita (ſparſa *Bergius*) quadrifariam quaſi imbricata: apicibus tantum patulis, nonnihil quam in *Iuniperina* latiora.

Flores in ſummitate ramulorum laterales, ſeſſiles, ſolitarii intra

Bracteas foliis ſimiles ſed anguſtiores.

Calyx glaber, longitudine dimidia tubi.

Corollae glabrae, extus rubrae.

Antherae in fauce dilatatae fere ſeſſiles, apicibus faucem claudunt, fuſcae, interiori pagina qua pollen fundunt flauae.

33. STRVTHIOLA *pubeſcens*, foliis lineari-lanceolatis, erectis, bracteis calycibusque ciliato-barbatis, corollis extus ſericeis.

Struthiola virgata L.

Thymelaea foliis oppoſitis cruciatis, anguſtis, floribus tubuloſis, ſpicae in modum ex foliorum alis erectis. *Burm. Afr.* p. 127. t. 47. f. 1.

Frutex ramis longis virgatis, ramulis tetragonis.

Folia oppoſita, nuda, margine ciliato-barbata, nonnihil patula.

Bracteae conſimiles, ſed anguſtiores.

Flores ſeſſiles, ſolitarii, longi, coriacei, rubri, extus tomentoſo-ſericei.

Calyx ciliato-barbatus, coloratus, longitudine tertiae partis tubi.

Antherae albae apicibus fuſcis in fauce.

β. *varietas: corollis* flaueſcentibus, calycibus membranaceis albidis, *antheris* flaueſcentibus apicibus luteis.

Obſ. Synonymon *Burmanni* ad hanc ſpeciem pertinet, expreſſe enim monet *tubulos villoſos ſericeos* eſſe.

Folia autem breuiora quam in noſtris ſpeciminibus delineauit.

34. STRVTHIOLA *lanceolata*, foliis ouato-lanceolatis corollisque nudis, calycibus pubeſcentibus.

Rami ſtricti, teretes, nudi: ramulis tetragonis.

Folia integerrima, acuta, nonnihil carnoſa vel potius coriacea, patula.

Flores in ſummitatibus ramorum oppoſite congeſti, ſingulus ſeſſilis intra

Bracteam foliis nonnihil anguſtiorem.

Calyx pubeſcens, longitudine quartae partis tubi.

Corollae tubus longus, limbus linearis, vterque nudus rufeſcens.

Antherae colore et ſitu *Str. tetragonae.*

35. STRVTHIOLA *iuniperina*, foliis linearibus acutis patentibus corollis calycibusque nudis.

Fruticulus totus glaber.

Rami tenues, teretes, ramulis tetragonis.

Folia iuniperina, patentia.

Flores a media ramulorum parte ad ſummitatem fere intra *bracteas* foliis ſimiles oppoſitas, ſeſſiles.

Calyx glaber longitudine tubi corollae.

Corolla bractea parum longior, glabra, alba, laciniis acutis.

Stamina infra faucem dilatatam ſita, vt antherarum fuſco-nigricantium apices os faucis non adtingant.

36. PHYSALIS *barbadenſis*, ramoſa, foliis pubeſcentibus baſi cordata inuicem impoſita, pedunculis nutantibus.

Alkekengi barbadenſe nanum Alliariae folio. *Dill. Hort. Elth.* p. 10. t. 9. f. 9. (ad *pruinoſam* excludendum.)

Radix annua.

Caulis ramoſus, leuiter pubeſcens, pellucidus, pallide viridis hinc inde leui rubore tinctus; ramuli leuiter canaliculati.

Folia cordata, lobis baſeos ſpiraliter inuicem impoſitis, parum dentata, vtrinque pubeſcentia.

Calyx oblongus, longe acuminatus, pubeſcens: *fructifer* conico-prismaticus baſi plano-excauata.

Corolla flaua maculis antheriſque purpureis.

Obſ. Ob antheras purpureas, folia non viſcoſa, defectum pruinae, pedunculos floriferos nutantes non admodum longos a *Phyſalide pruinoſa* L. diſtinctam puto.

37. GROSSVLARIAM *rubram* Scop. Fl. Carn. ed. 2. p. 167. et RIBES *alpinum* haud differre perperam contendit l. c. *Cel.* SCOPOLI. In ſyluis aeque ac in hortis diſtincti manent hi frutices. *Racemi* quidem in varietate altera *Ribis alpini* Obſ. Faſc. 2. 17. patent, nunquam autem pendulos vidi.

38. GARDENIAE *dumetorum* Obſ. Faſc. 2. 31. quae eſt *Gardenia ſpinoſa* Thunberg Diſſ. de Gard. p. 16. t. 2. f. 4.

Fructus eſt bacca exſucca vmbilicata vniualuis trilocularis.

39. CELOSIA *marilandica.*

Quae ſub hoc nomine communicata fuit planta, certe eſt *Celoſia margaritacea* L. omnia enim characteri Linneano optime reſpondent, niſi forſan dicerem folia potius lanceolata eſſe, quam ouata. Ceterum:

Calyx triphyllus corolla breuior.

Stamina vere monadelpha.

Nectarium minutum cingit pedicellum germinis ſubtus retropreſſi et filamentum campanulatum apice quinquedentato.

Stigma leuiter bifidum.

40. CELOSIA *margaritacea* quam miſit e Tranquebaria D. KOENIG ab hac differt

Calyce quidem triphyllo ſed corolla longiore et in apices longos ariſtaeformes deſinente.

Foliis anguſtis lanceolatis.

Petalis lineari-lanceolatis.

Staminibus baſi parum connatis.

Forte itaque diſtincta ſpecies.

Obſ. Staminum in *C. argentea* fabrica eadem ac in ſupradicta *marilandica.*

41. SESELI *multicaule,* foliis bipinnatis foliolis linearibus ſimplicibus trifidiſque, inuolucellis ſubulatis.

Radix perennis.

Caules patuli, teretes, ſtriati, glabri.

Folia omnia bipinnata, *foliolis* linearibus integris et ſubtrifidis: caulinis ſuperioribus longioribus. In foliis caulinis inferioribus *vagina* breuis terminatur in petiolum longum. Petioli ſuperiores vaginati caulem fere amplectentes folio compoſito ſeſſili terminatur.

Inuolucrum nullum.

Inuolucella plura ſubulata longitudine germinum.

Vmbella radiis 8 - 12.

Vmbellulae compactae floribus 6 - 18.

Styli et apex germinis poſt antheſin rubent.

* *Obſ.* Adeo ſimilis *Seſeli Hippomarathro* ſecundum deſcriptionem in Spec. Plantarum datam, vt demta Inuolucellorum forma plane conueniant.

42. An ſequentes tres plantae varietates tantum ſint *Athamantae Libanotidis*? Cum deſcriptione et figura *Athamantae Libanotidis maioris Halleri* GOVAN Ill. et Obſ. p. 83. t. XXVI. ſat bene conueniunt praeter congeriem vmbellularum ſimplicium quam ſub vmbella terminali appinxit et in noſtris omnino deficit. Suae *Cel.* GOVAN nomen addidit *Athamantae condenſatae*, quae ab hac longe recedit.

Quam *lucidam* dixi, magis a *pubeſcente* recedit, quam *ambigua*, et forte diſtincta ſpecies, licet character aegre exprimetur.

Libanotis RIVINI egregie vmbellam et folia ſuprema exprimit, ſed deficiunt in icone folia inferiora.

α. ATHAMANTA *pubeſcens*.

Caulis erectus ſtrictus, humanae (in horto) altitudinis, angulato-canaliculatus, ad genicula pubeſcens; ramis erectis, ſubangulato-ſtriatis.

Folia omnia bipinnata (ſupremis exceptis) neruis ſubtus, margine et petiolis praeſertim ad pinnarum exortum pubeſcentibus: ſuprema tantum ciliata. *Foliola* pinnatifida, laciniis lanceolatis acutis: pinna infima maiore decuſſante.

Pedunculi ſulcati, ſubpubeſcentes.

Inuolucrum polyphyllum, breue, patens; foliolis linearibus pubeſcentibus, a baſi ad dimidium marginibus albis inuolutis.

Inuolucella polyphylla, pubeſcentia, erecta, linearia, longitudine fere radiorum.

Petala vtrinque alba, cordata apice inflexo.

Fructus ouatus, pubeſcens, ſtriatus, calyculo et piſtillis fuſcis reflexis coronatus.

Semen hinc conuexum, ſtriis quinque eleuatis, inde planiuſculum ſtria vnica eleuata in medio.

β. ATHAMANTA *ambigua*.

Similis *pubeſcenti*, ſed

Caulis et *pedunculi* minus profunde canaliculati.

Petioli ad pinnarum tantum exortum pubeſcentes.

Folia nonnihil latiora, parcius pubeſcentia.

γ. ATHAMANTA *lucida*.

Caulis magnitudine α aequat, irregulariter quinqueangulato-canaliculatus, glaber, ramis compreſſis.

Folia omnia glabra, lucida, tenuiſſime ciliata, ceterum ſimilia praecedentis, niſi quod pauciora, latiora et pinna infima quae cruciatam efficit formam longior ſit.

Pedunculus ſulcato-angulatus glaber.

Inuolucrum, *Inuolucella* et *Flores* pubeſcentes.

Fructus magis pubeſcens et

Semina nonnihil planiora.

43. SIVM *anguſtifolium*. Faſc. Obſ. Bot. 1.

Deſcriptioni adde

Folia prima caulinis ſimilia ſed auriculae nullae, non multifida vt in *S. vulgari*.

44. Varias *Pimpinellarum* ſpecies ab *Ill. à* LINNE' coniunctas eſſe videtur. Sed vt genus hoc maxime naturale ſit, ſic differentiae ſpecificae plus quam difficiles et adeo inter ſe contiguae, vt lynceis etiam oculis vix pateant. *Gen.* HALLER tres quidem ſpecies conſtituit, quae in Scania etiam creſcunt, et quodammodo diſtingui poſſunt, ſed intermedias varietates in ſola Scania lectas, quae *Tragoſelina* 785 et 786. *eiusd.* coniungunt, tot habeo, vt facile etiam acutiſſimum Botanicum confunderent. Varias harum in Hortum Botanicum introduxi, ibi vero, proceritate excepta, conſtanter in ſpontaneo ſolo nactam formam ſeruant. Tentaui has varietates ad *Pimpinellam magnam* et *ſaxifragam Lin.* reducere, tentaui etiam illas in plures dirimere ſpecies, ſed incaſſum. Fateor primum intuenti magnum diſcrimen videri inter mox dictas nuperorum Auctorum ſpecies, ſed aeque verum eſt, quod a varietatibus intermediis omnino inſeparabiliter coniunguntur. Quantum potui diſtinxi *varietates* has ſed inter illas iterum alias intermedias obſeruaui, quae difficillimam reddiderunt determinationem. Non dubito plures dari, modo ab Auctoribus obſeruentur, certe *Tragoſelinum petraeum Tabernaemontani* nulla e noſtris eſt, licet ad *Pimpinellam degenerem Moriſoni* referta fuerit. Hanc ſeparaui, et pro diſtincta habeo ſpecie.

45. PIMPINELLA *Saxifraga*, foliis inferioribus ſimpliciter pinnatis, foliolo terminali trilobo.

Tragoſelinum etc. Hall. Hiſt. ſtirp. Helu. 785. 786.

α. P. foliis omnibus ſimpliciter pinnatis, foliolis lanceolatis, auriculatis.

Pimpinella flore rubro. Riu. Cl. pent. irr. t. 81.

Obſ. ſecundum indicem numeraui.

Pimpinella magna IACQVINI forte. Doleo me egregium opus Ill. Viri non vidiſſe.

β. P. foliis inferioribus ſimpliciter pinnatis latis ſubcordatis, auriculatis ſuperioribus ſub-bipinnatis.

Pimpinella magna Riu. l. c. t. 80.

Pimpinella Prodr. Fl. Scand. 326.

Obſ. Huc referrem *Pimpinellam magnam* Mant. alt. p. 219. (quam inſpicere non licuit) niſi expreſſe dixiſſet Ill. Vir *nulla multipartita*. *Pimpinellae Saxifra-*

gae Maioris Moriſ. Hiſt. 1. t. 5. non foliorum inferiorum figuram et *Pimpin. Saxifr. min. criſp.* ibid. foliorum ſuperiorum exprimunt.

γ. P. foliis inferioribus ſimpliciter pinnatis ouato-lanceolatis, auriculatis: ſupremis ſubbipinnatis, pinnis lineari inciſis.

Obſ. In aliis infima foliola pinnatifida, in aliis ſubtriloba, in omnibus vero ſuperiora auriculata, et ſuprema ſegmentis linearibus.

δ. P. foliis omnibus pinnatis, foliolis radicalibus ſubcordatis, ſubtrilobis, ſerratis: caulinis inciſo-angulatis.

Pimpinella media Riu. l. cit. t. 82. haud bona.

Obſ. Folia caulina fere *Athamantae Ceruariae.* Hanc circa Lipſiam lectam communicauit Amicus hororatiſſ. LESKE.

ε. P. foliolis radicalibus ſubrotundis ſerratis, caulinis linearibus.

Pimpinella minor Riu. l. cit. t. 83.

Pimpinella. Flor. Dan. t. 669.

Obſ. 1. Folia inferiora plus minus lata, rotunda, oblonga; in plerisque vero lobus terminalis folii imparis retuſus, tridentatus. Folia ſuperiora vel ſimpliciter vel bi-pinnatifida. Hirſutie et glabritie ludunt.

Obſ. 2. Ad hanc varietatem quoque pertinet, *Pimpinella nigra Auctorum,* quae ſolo colore obſcuriore Radicis et Herbae differt. Prope Malmogiam creſcit.

46. PIMPINELLA *diſſecta*, foliis omnibus pinnatis, pinnis multipartitis, ſegmentis ſubfalcatis acutis. Tab. 11.

Trogoſelinum Hall. Hiſt. ſtirp. Helu. 787.

Pimpinella Saxifraga maior degener. Moriſ. Hiſt. Pl. T. 1. tab. 5. folium in culta apud nos planta oſtendit.

Icon tab. 11. melius foliorum formam quam omnis deſcriptio exprimit.

Folia prima primi anni omnino pinnata: pinnis ſubrotundis, ſed poſtquam haec euanuerunt, nulla alia viſui ſe offerunt quam quae ſupra dixi. In horto culta procerior quidem euadit, et magis ſtricto caule ſurgit, praeterea immutata.

Obſ. Huius aeque ac omnium ſub *Pimpinella Saxifraga* enumeratarum varietatum radices perinde in officinis Pharmaceuticis adhiberi poſſunt.

47. SAMBVCVS *laciniata* cymis quinquepartitis, foliis bipinnatis, pinnis ternatis, foliolis lanceolatis inciſis.

Sambucus laciniata Mill. Dict.

Ideo quod cymas habet quinquepartitas et truncum perennantem, ortam a *Sambuco nigra* eſſe haud credo.

Sambucus nigra cymis quinquepartitis foliis pinnatis, foliolis ſubouatis ſerratis *dicenda.*

48. TIARELLA *vnifolia*, caule vnifolio, foliis omnibus cordatis.

E New Foundland.

Quam *Tiarella cordifolia* multo minor, *foliis* haud lobatis, *ſcapo* paucifloro monophyllo, foliolo fere ſeſſili.

In *T. cordifolia ſcapus* plane aphyllus, *folia* obſcura, ſublobata, crenis crebrioribus.

49. FORSKOHLEA *ſcabra*, foliis ouato-lanceolatis, dentatis, ſcabris, ſubtus albidis.

Planta capenſis, quam beneuolentia optimi amici Pr. THVNBERG poſſideo, fruticuloſa videtur.

Caulis albidus, baſi lignoſus.

Folia ouato-lanceolata ſupra punctis eleuatis ſcabra, ſubtus albo-tomentoſa neruis muricatis. Margo dentibus 4-6 maioribus.

Calycis laciniae albidae, maiores ſpathulato-rotundatae corollam mentientur.

50. FORSKOHLEA *anguſtifolia*, foliis lanceolatis octo-dentatis ciliato-ſpinuloſis, ſubtus nudis.

Planta annua, vt *F. tenaciſſima* adhaerens.

Caulis ruber

Folia lanceolata, denticulis vtrinque 4 raro tribus ſpinula terminatis, ciliata; ſupra punctis minutiſſimis ſcabra, ſubtus non alba, neruis ſpinuloſis adhaerentia.

Calycis laciniae lineares.

51. FORSKOHLEA *latifolia*, foliis ouatis ſerratis, ſubtus albidis.

Forskohlea tenaciſſima L.

Planta annua

Caulis albidus.

Folia lato-ouata, ſerraturis 6-8 profundis, ſupra magine et neruis ſpinuloſa, ſubtus imprimis juniora tomentoſo-albida.

Calycis laciniae ſpathulatae, acutae vel potius lanceolatae ſpatio ab apice remoto dilatatae.

52. LYCHNIS *maior noctiflora Dubrenſis perennis* Raii Syn. 3. p. 340, quae me iudice haud recte a *Cl.* HVDSON in Flor. Anglica ad *Cucubalum viſcoſum* L. refertur, adeo in omnibus cum *Cucubalo Italico* L. conuenit, vt illas diſtinguere (in horto viuas habeo) nequeo, quare eas pro varietatibus tantum habeo. *Italica* quidem tenerior eſt et delicatior, *Dubrenſis* ſtrictior, maior, frigoris hyberni noſtri patiens eſt, et petala nonnihil magis fiſſa, nec vt in *Italica* ſubtus tincta; haec vero minime ſufficiunt vt diſtinguantur.

53. SILENE *veſpertina*, petalis bifidis, nectario connato, floribus alternis.

Planta annua, tota hirta, non viſcida, ſemipedalis.

Caulis ramoſus, erectus, ramis plerumque alternis.

Folia inferiora ouata, ſuperiora lanceolata, integerrima, ſeſſilia, oppoſita.

Inflor. racemus bifidus flore vnico pedicellato in dichotomia, tribus vel quatuor alternis in ſingulo ramulo breuiter pedicellatis, foliis duobus linearibus ſuffultis, carneis, veſpertinis. Saepe etiam racemus ſimplex.

Calyx oblongus, ſubclauatus, piloſus, ſtriis decem viridibus.

Petala bifida, corona coadunata.

Stamina quinque longiora altitudine corollae, quinque breuiora.

Piſtillum : *germen* oblongum, *ſtyli* longitudine ſtaminum breuioribus, *ſtigmata* ſimplicia.

Capſula ouata, ſubtrigona, intra calycem longe pedunculata, ore ſexdentato dehiſcens, polyſperma.

Semina minuta, reniformia, dorſo ſulcata.

54. CERASTIVM *latifolium* Lightfoots Fl. Scot. p. 242. t. 10. ſine dubio eſt *Ceraſtium alpinum Ill. à* LINNE' quod figura capſulae ſatis demonſtrat.

Variat Ceraſtium alpinum foliis glabris, ſubhirſutis et hirſutiſſimis, caulibus vni et bi-floris non 6-8-floris prout vult *Cel.* LIGHTFOOT, licet hoc etiam quamuis rariſſime fieri poſſe non negamus; in hortis Belgii id enim obſeruauit *B. à* LINNE' et caulem quadriflorum pinxit RAIVS.

Nobis videtur *Alſine* 5 et 6. *Rai. Syn.* 3. p. 349. ad *C. alpinum* L. referri poſſe. Si vero vtraque in Herbario Raiano capſulis inſtructa adſit, quaeſtio facile ſolui poteſt.

55. SPERGVLA *laricina* Lightf. Fl. Scot. p. 244. et Hudſ. Fl. Angl. ed. 2. p. 203. certiſſime eſt *Spergula ſaginoides* L. cuius folia etiam tenuiſſime ciliata obſeruaui.

56. EVPHORBIA *linearis*, dichotoma, foliis oppoſitis linearibus integerrimis, pedunculis ſolitariis.

In inſula *S. crux* lectam communicauit *Cel. D. M.* VAHL.

Caulis teres, nudus, articulatus, dichotomus.

Folia oppoſita, anguſto-linearia, biuncialia, integerrima, acumine paruo.

Petala integra.

Capſulae leues videntur.

57. EVPHORBIA *Peplus* L. habet

Inuolucra obouata, ſed

Inuolucella cordata fine rotundato obtuſo.

Polygama ſaepe eſt flore vno alteroue in pedicello erecto, qui *petala*, *ſtylum* et *ſtigmata* gerit, nullum vero *germen* vel *antheras*.

Anguli capſulae *bicarinati* bonum ſiſtunt characterem huius ſpeciei.

Varietas quae forte eſt

Peplis minor Ioh. Bauh.

Folia habet ouato-lanceolata, acuta, minime obouata obtuſa.

Inuolucrum foliis conforme, ſed

Inuolucella oblique cordata.

58. ROSA *alpina* L.

Haec non minus quam multae aliae Roſae Auctores confundit.

Frutex humilis, *caulibus* fuſco-rubentibus, inferiore circiter dimidia parte veſtitis *aculeis* rectis, ſubulatis, tenuibus, albis, non pungentibus. Superna vero nudi ſunt.

Stipulae margine ciliato-glanduloſae.

Petioli glanduloſo-hiſpidi.

Foliola [...]mque ſeptena, vtrinque glabra, ouata, biſerrata, ciliato-glandulo[...].

Pedunculi nudi, inermes.

Germen ouato-oblongum, nudum.

Calyx cum germine extus rufo-fuſcus, laciniis integerrimis ſpathulatis villoſo-albo-marginatis: intus villoſus.

Flores ſolitarii rubri, mediae magnitudinis.

Obſ. Mihi nullum eſt dubium, quin haec ſit *Roſa inermis* etc. Hall. Hiſt. ſtirp. Helu. T. 2. n. 1107. fieri enim poteſt, vt hinc inde fructus baſi hiſpidus fiat. *Cel.* GOVAN hanc *Halleri Roſam* cum *pimpinellifolia Linnei* coniungit, a qua tamen toto coelo differt. *Pimpinellifoliam* cum *ſpinoſiſſima* coniunxit HALLER, illas vero bene diſtinxit DV ROI, cuius *pimpinellifolia* cum mea egregie conuenit.

59. ROSA *pumila* Iacquini et ROSA *muſcoſa* Milleri, *Obſ. Bot. Faſc.* 1. n. 58. multum conueniunt et forte cultura ſola differunt, dum haec aculta maior, hiſpidior et floribus plenis, illa minor flore ſimplici ſpontanea.

60. ROSA *maialis* germinibus globoſis pedunculis petiolisque inermibus, caule aculeis geminis axillaribus, calycibus integris ſpathulatis. *Herrman Diſſ. de Roſa* p. 8.

In hortis frequens, parum aeſtimata ob flores paruos debiliſſime odoros.

Radix multum repens.

Caules ſex-octo-pedales, ſemiarticulati, aculeati, aculeis verſus baſin denſioribus: *aculeis* rectis et recuruis, ſub articulationibus aculei maiores ſunt.

Rami aculeos ad ramulorum et petiolorum baſes tantum habent binos vel ternos.

Petioli inermes, hirti, dilatati in ſtipulas ſerratas: ſerraturis ſphacelato-glandulosis.

Foliola 5-7 oblonga, vltra dimidium ſerrata, ſubtus hirta, ſupra glabra, vtrinque venoſa.

Pedunculi nudi, glabri, ſolitarii, bini, terni.

Germina ſubgloboſa, nuda, glabra.

Calyx leuis, laciniis integris ſine dilatato, flore longior, intus et margine hirtus Raro foliolum vnicum nonnullas habet lacinulas lineares.

Flos paruus, plenus, pallide ruber.

Floret cum Roſa lutea.

Obſ. Cum *Roſa foecundiſſima* DV ROI Obſ. Bot. p. XVI. ſatis bene conuenit, ſed nullos petiolorum aculeos vidi. HALLERVS noſtram non habet, ſed *Roſa cinnamomea* MILL. Dict. abridg. ed. 1771. 4. ſimillima eſt noſtrae, an vero ideo ſit *Roſa cinnamomea Ill.* LINNEI? vix credo.

61. ROSA *Damaſcena* DV ROI l. cit.

Germina etiam habet dimidia parte piloſo-hiſpida

Stipulae integerrimae margine glanduloſo.

62. ROSA *alba* L.

Germina calycesque, hiſpidos quoque nonnunquam habet.

Stipulae ſerratae.

63. PEGANVM *crithmifolium* foliis multifidis, caule fruteſcente.

E ſeminibus prope Mare Caſpium lectis a *Nob. D.* PALLAS communicatis excreuit.

Similis *Pegano Harmalae* ſed:

Caulis 3 - 4 pedalis, perennans, ſemperuirens.

Flores minores.

Calyx ſimplex flore breuior.

in P. Harmala

Caulis annuus, herbaceus, vix ſesquipedalis.

Flores maiores.

Calycis folia diuiſa corolla longiora.

64. AQVILEGIA *viridiflora* nectariis rectis petalo rugoſo longioribus.

Semina Plantae Sibiricae dedit *Honoratiſſ. D.* PALLAS.

Radix perennis.

Caulis vix bipedalis, ſubangulatus, leuiter villoſus.

Folia biternata, foliolis bilobis inciſis.

Pedunculi floriferi nutantes breues, fructiferi erecti.

Petala albo-viridia, rugoſa, nectariorum limbis breuiora.

Nectaria recta, intus flauo-viridia, extus fuſco-viridia decolora.

Stamina corolla dimidio breuiora.

Styli corolla longiores.

Floret ante reliquas Maio menſe.

65. POEONIA *corallina* foliolis ouatis integris nudis, capſulis recuruatis tomentoſis.

Poeonia ſimplex latiore folio trifido. *Moriſ.* Hiſt. Pl. T. 3. p. 354. ſ. 12. t. 1. f. 1.

Poeonia mas flore purpureo *Besl. Eyſt. Vern.* Ord. VI. f. 10. mala.

Caulis bi-tripedalis, ſubteres, glaber, hinc inde, praecipue in axillis et verſus ſuperiora rubens.

Stipula radicalis vel vagina dimidiata maxima, rotundata, cucullata.

Folia biternata, petiolis diuergentibus ſupra canaliculatis, glabris. *Petiolus terminalis* triphyllus, raro pentaphyllus: *laterales* pentaphylli, *foliolis* petiolatis, lato-ouatis, integerrimis, raro bilobis, nudis.

Pedunculus terminalis, erectus, vniflorus.

Calyx hexaphyllus, foliis tribus concauis minoribus, tribus planis maioribus.

Corolla hexapetala, petalis margine vndique leuiter emarginatis, kermeſinis.

Stamina filamentis capillaribus corolla concoloribus. Antherae erectae tetragonae.

Piſtilla 5. rarius 4. l. 6. *germinibus* albo-lanatis. *Stigmata* reuoluta, compreſſiſſima, rubra, margine vndulato.

Capſulae ferrugineo-tomentoſae, magnae, recuruatae, praeter *ſemina* matura nigra ſubgloboſa plurima *incompleta* pulcherrime rubra, oblonga, compreſſa, effoeta conſtanter fouent.

Obſ. Folia primi et ſecundi anni ſimpliciter ternata forma et magnitudine *Menyanthis trifoliatae.*

66. POEONIA *humilis* foliolis tripartito-laciniatis ſubtus ſubuilloſis, capſulis erectiuſculis piloſis.

Poeonia femina laciniata ſubtus pubeſcens flore purpureo Moriſ. l. cit. p. 355. fol. 8.

Poeonia tatarica Milleri ?

Caulis ſesquipedalis, ſimplex, glaber, ſulcato-anguloſus viridis.

Stipula radicalis ſimilis prioris, ſed anguſtior.

Folia biternata, petiolis erectiuſculis ſupra canaliculatis ſub-piloſis: omnibus trifidis. *Folium terminale* tripartitum laciniis ſublinearibus trifido-inciſis; *lateralia* bipartita iterumque inciſa laciniis omnibus acutis. Praeterea ſuperne caeſia, ſubtus albidiora pubeſcentia.

Pedunculus et *Calyx* prioris vt et *corolla* quae numero petalorum magis variat et colore magis ſanguinea.

Piſtilla 2-3. viridiuſcula leuiter hirſuta.

Capſulae erectiuſculae, breues, parum piloſae.

67. POEONIA *officinalis*, foliis decompoſitis nudis, foliolis lobatis: lobis lato-lanceolatis, capſulis rectiuſculis tomentoſis.

Poeonia officinalis L.

Poeonia flore pleno rubro maiore etc. *Moriſ.* l. c. p. 455. f. 13. 15.

Poeonia polyanthos *Beſl. Eyſt.* Vern. ord. VI. f. 8.

Poeonia maſcula Milleri.

Caulis tripedalis, ſimplex, canaliculatus, glaber, viridis.

Stipula vna vel altera radicalis, ouata, cucullata, retuſa.

Petioli nudi, virides, ſupra canaliculati.

Folia nuda (in ſylueſtri ſubtus hirta *Hall. Mill.*) glabra, ſingulari modo compoſita. Conſtat enim, binis petiolorum paribus vnicoque impari. *Infimi paris petiolus* terminatur folio tripartito parum decurrente: infra hoc par ſimplex, et ſpatio iterum ab hoc remoto par petiolorum triphyllorum quorum terminale eſt triphyllum. *Medii paris petiolus* terminatur folio inaequaliter trifido: infra hoc folium vnum vel alterum ſeſſile, cui ſimile ad baſin petioli adeſt. *Petiolus impar* vel terminalis ſimpliciter triphyllus eſt, medio inaequaliter trifido.

Folium in caule ſupremum ternatum, medio trifido.

Foliola plerumque bi-l. triloba, lobis inaequalibus: omnia lato-lanceolata.

Calyx, *Corolla* et *ſtamina* prioris, ſed maiora.

Germina plerumque terna, albo-tomentoſa, rarius 2-4.

Capſulae erectae, ferrugineo-tomentoſae.

68. POEONIA *anomala*, foliolis tripartito-laciniatis, laciniis lanceolatis vtrinque glabris, capſulis nudis depreſſis.

Poeonia anomala L.

Caulis fere tripedalis, ſimplex, viridis, nudus, ſubſulcatus.

Folia anguſta, nitida, nuda, ternata, laciniis lineari-lanceolatis, acutis. *Petioli* patentes, non adeo diuaricati ac in antecedentibus, ſupra canaliculati, nudi. *Folium impar* tripartitum varie et inaequaliter in anguſtas lacinias fiſſum; ita etiam *folia lateralia*, ſed lobus interior reliquis multo minor.

Calycis foliola tria concaua: tria elongata, lanceolata, ſaepius partita.

Corolla petalis margine criſpatis, punicea.

Filamenta carnea.

Germina 2-4 flaueſcentia, nuda. *Stigmata* roſea.

Capſulae glaberrimae, multo minus quam in *corallina* recuruatae.

Folium primi anni tripartito-fiſſum, flauo-viride, ſplendens.

Obſ. Numerus ternarius huic generi familiaris. Genus Poeoniae nimis contraxit *Ill. à* LINNÉ, dilatauit *Cl.* MILLER. Character ſpecierum vtique difficilis, non tamen impoſſibilis. Si *Poeonia anomala* pro diſtincta haberi debet ſpecie, non video cur ni etiam reliquae, nec mihi perſuadere potui omnes ab vna productas fuiſſe. Si vero quis aliter ſentiat, per me licebit, tunc vero binae tantum ſtatui debent *Poeoniae* ſpecies, *officinalis* nempe et *tenuifolia*. Memoratas ſpecies ſaepius e ſeminibus educaui, ſemper ſibi ſimiles.

69. ARABIS *turritae* L.

Caulis tenuiter villoſus.

Folia tomentoſa, dentata.

Siliquae minime pendulae, pedicelli enim erecti, ſiliquae vero curuantur; compreſſae quidem ſed craſſiores, lineares ſed margine inaequali et fere torulosae.

Semina plus triplo maiora, fuſco-nigricantia, reniformia, marginata.

70. ARABIS *pendulae* L. autem

Caulis piloſo-hiſpidus.

Folia ſerrata.

Siliquae pendulae, lineares, margine aequales.

Semina minuta, compreſſiſſima, oblonga, minime emarginata, flaua.

Quicquid itaque dicat *Cl.* LA CHENAL *Obſ. Bot. Med.* p. 10. diuerſae ſunt ſpecies.

71. SISYMBRIVM *Sinapiſtr*, foliis radicalibus runcinatis dentatis hirtis, caulinis inciſis linearibus glabris, ſiliquis patentibus.

Planta biennis.

Caules 3 - 4 pedales, ramoſi, erecti, ſubangulati.

Folia inferiora runcinato-pinnatifida lobis dentatis: inferioribus diſtinctis remotis, ſuperioribus confluentibus; parum hirta, ſed nerui et margo albo-piloſi. Sapor *Sinapis*.

Calyx et *Corolla* flaua.

Stigma capitatum, perforatum, magnum.

Glandula magna viridis inter piſtillum et ſtamen breuius.

Siliquae patentes, anguſtiſſimae, toruloſae, glabrae.

72. EKEBERGIA *capenſis* quam in Actis Reg. Acad. Scient. Holm. 1779. trimeſtri quarto deſcripſit *Cel.* SPARRMANN ad Claſſem Monadelpharum forte amandanda.

73. SIDA *vlmifolia*, foliis inferioribus cordato-lanceolatis, ſuperioribus linearibus: omnibus ſerratis, capſulis bicuſpidatis.

Planta annua, bipedalis, erecta.

Folia ſubtus molliſſima, licet tomentum vix obſeruetur.

Stipulae ſetaceae.

Spinae nullae.

Pedunculi plures, axillares, vniflori.

Flores lutei.

Obſ. Potius eſt *Sida anguſtifolia* Milleri, quamuis ſeminum bicuſpidatorum nullam fecit mentionem.

74. SIDA *criſtata* L.

Huius tres poſſideo varietates quarum nulla habet folia panduriformia.

β. *foliis* omnibus lato-cordatis baſi truncata, leuiter crenatis.

floribus magnis.

Dill. Hort. Elth. tab. 2. f. 2. crenis nimis inciſis.

γ. quam ſub *S. haſtatae* nomine accepi

foliis inferioribus et ramorum cordato-angulatis (forma Hederae Helicis) vna vel altera crena inſtructis; ſuperioribus triangulo-haſtatis, acuminatis, integris.

floribus multoties minoribus.

δ. *foliis* inferioribus ſimilibus γ. ſuperioribus quinquelobo-haſtatis.

floribus magnitudine prioris.

Obſ. α *folia* ſuperiora habet panduriformia et in parte latiore dentata.

flores magnitudine inter β et γ media.

Capſula in omnibus multilocularis videtur, reuera autem eſt vnilocularis, ſemina enim nullo diſſepimento diſtinguuntur.

75. MALVA *pumila*, caule erecto, foliis quinquepartito-trifidis, calyce exteriore filiformi.

E collectione ſicca *Nob.* IOH. ALSTROEMER Neapoli facta benigne communicata.

Caulis palmaris, ſemipedalis, echinato-hiſpidus.

Folia circumſcriptione ſemicircularia, in quinque lacinias anguſtas partita: laciniis apice dilatatis trifidis obtuſis.

Calyx. exterior nonnihil a flore remotus foliis ſubulatis ciliatis.

interior laciniis cordatis acutis ciliatis baſi praecipue echinato-hiſpidis.

Corolla ratione plantae magna coeruleſcens.

Obſ. Cum *Malua Alcea* confundi non debet ob pilos echinatos abunde diſtincta; differt enim magnitudine, foliorum forma et ſuperficie, calycibusque.

76. PHASEOLVS *hirtus*, caule ſemiuolubili, leguminibus teretibus, carina ſiniſtrorſum cornuta.

E ſeminibus a *Generoſ. D. Celſing* Conſtantinopoli allatis excreuit.

Radix annua

Caulis angulatus, hiſpidus, 1-3 pedalis, flexuoſus, debilis, nec erectus neque volubilis.

Petioli longi, hiſpidi, compreſſi, ſupra canaliculati, baſi nodoſi.

Stipulae oblongae, ſemicordatae, adnatae, ciliatae.

Folia repanda, acuta, vtrinque hiſpida: *lateralia* oblique ouata: *terminale* ouato-lanceolatum. Sub lateralibus vnum et ſub terminali alterum par ſtipularum ſubulatarum, ciliatarum. *Petioli partiales* communi craſſiores, obſcuriores non canaliculati.

Pedunculi axillares, 2-3 pollicares, hiſpidi, ſubcapitati quidem, licet raro plus quam duos gerit flores fructificantes: ſingulus ad pedicellorum exortum nodoſus. *Stipulis* hi ad baſin inſtruuntur foliolorum ſimilibus.

Bracteae, ſub flore parua caduca, ciliata; binae aliae anguſtae carinatae, acuminatae, ciliatae, calycis lateribus arcte appreſſis, illiusque longitudine.

Flores ſordide flaui, ſuperiore imprimis vexilli parte fuſceſcente.

Calyx glaber.

Vexillum late cordatum in latere dextro intus callum vel gibbum luteum gerit ab extra impreſſum, complicatum formam habet falcatam.

Alae luteae.

Carina ſordide flaua, minus quam in reliquis torta, in ſiniſtro latere cornuta.

Legumina patentia, cylindrica, hiſpida, vix toruloſa.

Semina ſubcylindrica, breuia, viridia.

77. PHASEOLVS *nanus* L.

Character a magnitudine bractearum plane lubricus, varietates enim multas examinaui et vidi illam ita variare, vt in vna varietate maior ſit in altera minor calyce.

78. PHASEOLVS *vulgaris*.

Idem de hoc valet quoad bractearum magnitudinem.

Vexillum callum habet ſed paruum et iuxta marginem ſupra vnguem poſitum.

Squama nectarifera inter Vexilli vnguem et ſtamen liberum alba, ſurſum flexa ipſo filamento adnata. Aliud praeterea

Nectarium oblique campanulatum, pellucidum, ſtriatum pedicellum germinis intra filamentum connatum cingit. Magnitudo huius in diuerſis varietatibus diuerſa.

Obſ. Bracteae non patentes ſed appreſſae et *Alae* amplae vexillo fere maiores, *flores* racemoſi racemis erectis et *ſtipulae* pedicellorum anguſtiores an *varietatem coccineam* quae praeterea floribus albis etiam ludit, a *Ph. vulgari* diſtinguere valeant?

79. LATHYRUS *ſphaericus* pedunculis vnifloris ariſtatis, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis, foliolis enſiformibus.

Planta annua, tota glabra.

Caulis angulatus, ſuperne triqueter.

Folia binata, petiolata, lineari-enſiformia, acuta, neruoſa. *Petioli* ſuperiores cirrhiferi: cirrho ſimpliciſſimo.

Stipulae lineares vtrinque acutae.

Pedunculi vniflori, breues, ariſtati.

Flos paruus *L. Niſſoliae.*

Legumen teretiuſculum, longitudinaliter rugoſum, longe acuminatum, toruloſum, dorſo leuiter carinato fuſco-violaceo, polyſpermum.

Semina 10 - 12 ſphaerica, glabra, fuſca, punctis obſcurioribus aſperſa.

80. VICIA *globoſa*, leguminibus ſubſeſſilibus ſolitariis, foliolis ouatis, ſtipulis notatis quadridentatis.

Planta annua.

Caulis angulatus, nudus.

Stipulae praeter vtramque apicem dentes habet binos, notatae.

Cirrhi ſimplices.

Foliola quatuor ad octo ouata, pubeſcentia, ſeta reflexa terminata.

Flores axillares, ſolitarii, erecti, breui pedunculo inſidentes, *Viciae ſatiuae*, ſed coeruleſcentes.

Calyx pentagonus, laciniis longis linearibus lanceolatis ciliatis.

Legumina patentia, teretia, nuda, ſeminibus ſubgloboſis.

Obſ. Viciae ſatiuae ſimilis differt *ſtipulis*, longiore *calyce*, forma l. numero *leguminum*, paucioribus *foliis*.

81. VICIA *monantha* pedunculis vnifloris ariſtatis, foliolis lanceolatis obtuſis, ſtipulis bifidis.

Planta annua, glabra.

Caulis decumbens, bipedalis, ſubtetragonus.

Stipulae bifidae.

Cirrhi polyphylli.

Foliola 12 - 13 decreſcentia, obtuſa cum acumine.

Pedunculus cirrho circiter dimidio breuior, vniflorus ariſtatus.

Flos ruber venis coeruleſcentibus, magnitudine *Viciae ſatiuae*.

Legumen glabrum 6-7 ſpermum.

Obſ. Demum ſub nomine *Viciae ſyriacae* communicata.

82. COLVTEA *fiſtuloſa* caule herbaceo, foliolis ouatis complicatis ſubtus pubeſcentibus.

Radix ſubramoſa.

Caules herbacei, anguloſi, ſtriati, fiſtuloſi, altero anno florentes.

Stipulae anguſtae, acuminatae, ſubfalcatae.

Foliola 7-17. ſuboppoſita, ouata, vix emarginata acumine paruo terminata, integerrima, complicata, ſubtus tota et ſupra circa marginem pubeſcentia.

Pedunculi axillares, elongati, racemoſi, multiflori, pubeſcentes, bracteolis ſubulatis.

Calyx pubeſcens.

Corollae paruae albidae vel rubentes, ſtriis ſanguineis.

Stigma pubeſcens, denticulatum.

Stylus nudus.

Legumina compreſſa, ouata.

Obſ. Sub nomine *Coluteae herbaceae* ſemina accepi; certe plures ſub hoc nomine dantur ſpecies.

In *Colutea arborea* ſtigma inflexum aeque ac ſtylus ſuperne barbati.

83. HEDYSARVM *triangulare*, foliis ternatis ouatis acutis lineatis, vmbellis axillaribus, ramis triquetris flexuoſis.

In Iaua lectum ſpecimen dedit honoratiſſ. Amicus Pr. THVNBERG.

Simile in multis *Hedyſaro lineato*; ſed

Folia acutiora ſubtus tota et ſupra margine tomentoſo-ſericea, magis obſcura. Nerui omnes ſubtus et ſuperior intermedius plurimum tomentoſus.

Flores parui ſeſſiles in vmbella pedunculata axillari.

Rami triquetri angulis tomentoſis.

Petioli ciliati.

Stipulae filiformes.

84. ASTRAGALVS *Tragacanthoides* L.

Quem in Sibiria lectum dedit *Nob.* PALLAS egregie cum deſcriptione Linneana in Spec. Plant. allata conuenire video, praeter nigredinem dentium calycis, quae deeſt. *Gen. de* HALLER ſuum *Aſtragalum* n. 415. *Tragacanthoidem* LINNEI facit, a quo certe diuerſus *floribus* longe maioribus, *foliis* ouatis retuſis et inferne tantum villoſis, haec enim in *ſibirica* anguſto-lanceolata et vtrinque vti tota planta exceptis corollis multum hirſuta.

85. ASTRAGALVS *arenarius* Hudſ. et Lightf. qui

Aſtragalus incanus paruus purpureus noſtras *Raii Syn.* 3. p. 326. t. XII.

Accepto iam a *Cl. D.* DRYANDER ſpecimine plantae anglicae video ab *arenario* Linn. longe differre. Multum ſimilis eſt *Aſtragalo Danico* iam deſcribendo, tamen diuerſus videtur. Perennem eſſe ſuſpicor et legumina quam in *Danico* lon-

giora. Miſit plantulam nuper nominatus amicus ſub nomine ASTRAGALI *montani* Cum deſcriptione *Aſtragali montani* Iacqu. Enum. ſtirp. Auſtr. p. 265. et *Phacae montanae* Crantz ſtirp. Auſtr. Faſc. V. p. 422. 4. etiam ſatis bene conuenit, ſed ab *Aſtragalo* n. 408. Hall. ſtirp. Helu. a quo characterem ſuum deſumſiſſe videtur *ill.* LINNE' vere differt, vt et ab *onobrichide* IV Cluſii. *Aſtragalus montanus Sibiricus* quem amicitiae *D.* PALLAS debeo etiam ab hoc diuerſus et magis forte quam Helueticus.

86. ASTRAGALVS *Danicus* cauleſcens, decumbens, hirtus, capitulis longe pedunculatis, leguminibus breuibus inflatis piloſis.

Aſtragalus arenarius Flor. Dan. tab. 674.

In Selandiae Danicae arenoſis creſcit.

Planta 3 - 4 pollicaris, tota piloſa, viridis, non tomentoſa alba.

Radix ramuloſa.

Caulis decumbens, angulatus, piloſus.

Stipulae oppoſitifoliae, ſolitariae, amplexicaules, bifidae, baſi membranaceo-albidae apicibus viridibus.

Folia alterna, *foliolis* plerumque 21 ouatis, lanceolatisue, planis.

Pedunculus longus, plerumque vnicus in planta.

Capitulum 7 ad 12 florum, floribus erectis ſubpedicellatis.

Bractea lanceolata nigro-piloſa ſub quouis flore.

Calyx virideſcens nigro-piloſus, dentibus quinque acutis quam in *arenario* multo longioribus.

Floris Vexillum margine coeruleum ſubfalcatum. *Alae* et *Carina* apice tantum coeruleo, vexillo breuiores.

Piſtillum carina longius, *ſtigmate* capitellato.

Legumina piloſa, late ouata, breuia, turgida, nonnihil depreſſa, apice breui recto, omnino bilocularia, *loculo* 1 - 3 ſpermo.

Obſ. Legumina in *Raii* figura ſupra allata acuta et longiora pinguntur.

87. ASTRAGALVS *arenarius* cauleſcens ramoſus erectus tomentoſo-albus, foliolis complicatis, pedunculis ſubquadrifloris, *dicendus.*

Iconem vide Tab. III.

Deſcriptionis in Faſc. Obſ. Bot. 2. n. 73. adde

Foliola complicata.

Legumina falcata.

88. TRIFOLIVM *incarnatum* L.

Huius vt puto varietas eſt.

Trifolium rubens Mill. Dict. abridg. cui

Folia minime crenulata, ſed integra et potius cuneata quam obcordata.

Corolla monopetala, colore omnino *Amaryllidis formoſiſſimae.*

Filamenta apice incraſſata, imprimis infimum, quod etiam longius.

Calyx totus hiſpidus.

Legumina monoſperma.

Planta tota hirſuta.

· *Spica* manu tractata odorem ſpargit fortem Cucumerum recentium.

89. SCORZONERA *reſedifolia* L?

Vel cultura plurimum variat, vel ſub eius nomine binae diuerſae plantae obueniunt; in noſtra enim, cuius ſemina ſub hoc nomine accepi,

Radix biennis.

Caulis erectus, ramoſus, omnino glaber.

Folia nuda, glauca: *radicalia* vel integra ſpathulata vel laciniata caulinis ſimilia: *caulina* pinnatim laciniata lobo terminali ſpathulato, lateralibus 2 - 3 parium lanceolatis; *ſuprema* ſimplicia vel linearia vel ſpathulata.

Calyx et *Corolla* omnino ſimiles Scorzonerae laciniatae.

Differt ergo ſola foliorum forma a *Scorzonera laciniata* etiam in horto obuia, quae non ſolum cum definitione *Linneana* ſed etiam cum deſcriptionibus ab *Hallero* et *Pollich* datis optime quadrat. De varietate Monſpelio miſſa loquitur HALLER, quae noſtra eſſe videtur, an itaque noſtra nihil aliud ſit quam inſignis varietas *Scorzonerae laciniatae* (Certe *Scorzonera reſedifolia* Gouan Ill. et Obſ. p. 53. maxime a noſtra recedit.

90. SENECIO *vniflorus*, corollis nudis, foliis ouatis dentatis, eroſis, pedunculis vnifloris elongatis.

Planta annua, indica.

Caulis 1 - 2 pedalis erectus parum pubeſcens.

Folia alterna, ouata, dentata, in florente planta eroſa et lyrata, ſcabriuſcula.

Pedunculi axillares, ſolitarii, longi, folioſi, vniflori.

Calyx cylindricus, baſi hemiſphaericus.

Perianthium exterius breue foliolis patulis ſubulatis.

- - - *interius* longius foliolis linearibus quaſi agglutinatis, apicibus hinc inde notatis.

Corollulae omnes tubuloſae, limbo ſtigmatibusque rubris.

Receptaculum cauum.

91. CENTAVREA *moſchata* L.

Nullam inuenio notam, qua varietas *flaua* vel *Centaurea Amberboi* Milleri a *rubra* vel *Centaurea moſchata* eiusd. bene diſtingui poſſit. Vtramque viuam examinaui.

92. CAREX *chinenſis* ſpicis erectis, maſcula terminali foemineis pedunculatis quaternis, capſulis acuminatis.

E China miſit *Cl.* BLADH.

Gramen ſpithameum.

Folia culmis longiora, margine ſcabra.

Culmi triquetri, glabri.

Spicae foemineae omnino *Pſeudo-Cyperi*, ſed erectae, remotae, ſolitariae, tenuiores et ſub ſingula

Inuolucrum tenue vix ſpicae longitudinem attingens.

93. SALIX *nitida S. G.* GMELIN it. Ruſſ. T. 3. p. 282. t. 18. ſine dubio eſt *Salix aegyptiaca* L.

Quamuis folia integra ſubhirſuta ſuae tribuit *Gmelin.* Cui enim nota ſit ſalicum polymorpha natura etiam facilem hanc eſſe variationem concedat. Non forma tantum foliorum ſed etiam color ramorum et amentorum cum nomine Perſico *Badmuſchk* et aquae Amentorum abſtractae odor ſuadent.

94. ANDROPOGON *contortum* L.

In hoc *floſculi maſculi* ſemper mutici calyce piloſo, ſed in aliis ſpeciminibus alio modo. In ſpecimine enim nuper accepto calycis gluma exterior iuxta marginem ſuperiorem verruculas albas calloſas pilos albos ſaepius ſtellatos gerentes habet. In alio ſpecimine gluma tota pilis longis eiusdem coloris obſita. Gluma interior nuda vti etiam flores fertiles ad alterum latus ſpicae ſiti.

95. ANDROPOGON *muricatum* panicula contracta, ſpicis verticillatis, calycibus muticis muricatis.

Dedit *Honoratiſſ.* KOENIG.

Gramen 5. pedale et vltra, glabrum.

Culmus compreſſus.

Folia anguſta.

Panicula ſpithamea, contracta, e ſpicis flexuoſis, erectis, verticillatis, bipollicaribus.

Flos maſculus pedunculatus, hermaphroditus ſeſſilis.

Calyces parui ſubaequales, valuula altera muricata.

Piſtilla purpurea.

Ariſta nulla.

Tamulis *Woetiwaer.* Radices ab indigenis vſitatiſſimae ob gratum odorem, quem aquâ irroratae ſpargunt. Ex his *Flabella* praecipue parantur, quae pennis Pauonum ornantur. *Koenig.*

96. ANDROPOGON *barbatum* L.

Deſcriptioni in Mant. Plant. alt. p. 302. datae, adde:

Culmus ſaepe ramoſus.

Folia plura vaginis barbatis ciliatis.

Pedunculus ſub exitu ſpicularum incraſſatus, pubeſcens.

Spicae conniuentes, vmbellatae.

Rachis teres, ſcabra.

97. ANDROPOGON *prouinciale*, ſpicis faſciculatis leuibus, floſculis alternis ſubſeſſilibus, ſecundis, ariſtatis.

Habitat in Gallia meridionali. *Semina* communicauit *Cl. D.* DAHL.

Gramen annuum radice fibroſa.

Culmi pedales, folioſi, baſi ramoſi.

Folia hinc inde ciliata, oris nudis.

Spicae terminales, faſciculatae, 15-16. minime vmbellatae, patulae, *floribus* ſecundis, alternis, in rachi lineari plana fere ſeſſiles.

Calyx valuulis ſubulatis, inaequalibus, flore breuioribus, muticis.

Flos hermaphroditus valuula exteriore longiore, amplectente, ariſtata: interiore minore ciliata.

neuter paruus, pedicellatus, ariſtatus, ariſta breui.

Facies Andropogi barbati.

98. AEGILOPS *ouata* L.

Calycis gluma altera tri-altera quadri-ariſtata praeter calycem terminalem.

99. LICHEN *fluuiatilis* Web. Spic. Gott. p. 265. t. IV.

Super lapides in riuulo prope Wäſtra Karup in Scania legi, etiam ſine fructificatione.

Mihi omnino videtur DILLENIVM ſub ſuo

Lichenoide imbricato lurido Hiſt. Muſc. t. 30. f. 128. noſtrum intellexiſſe, figura licet non adeo bene reſpondeat, nimis properanter itaque hanc. *Dillenii* iconem ad varietatem rupeſtrem *Lichenis miniati Nob.* OEDER in Flora Danica et LIGHTFOOT in Flora Scotica retulerunt.

Lichen fluuiatilis Hudſ. Fl. Angl. ed. 2. p. 436. a noſtro certe diuerſus eſt, id monſtrante figura *Dilleni* et epitheton *gelatinoſum*.

100. LICHEN *ſphaerocephalus* Web. Spic. Gott. p. 198.

Eadem ratione qua ego in Act. R. Ac. Sc. Holm. 1769. p. 249. et Faſc. Obſ. Bot. I. p. 33. *Mucorem furfuraceum* ad Lichenes retuli, *Mucores ſphaerocephalum* et *Lichenoidem*. Lichenis ſpecies fecit *Cl.* WEBER. Vereor autem ne perperam *Trichiam Halleri* ſub hoc lichene adduxerit. *Trichia* enim haec certe eſt Lycoperdi ſpecies et proxime cum *Lycoperdo aggregato* Prodr. Fl. Scand. 1627. conuenit.

IOH. GERH. KOENIG

MED. DOCT. SOC. PHYSIOGR. LVND. NAT. SCRVT.
BEROL. ETC. SOCII.

DESCRIPTIONES
MONANDRARVM

PRO ANNIS

1778 ET 1779.

OPTIME KOENIG.

Deſcriptiones Tuae exactiſſimae, quas Te inſcio publicas facio, adeo gratae mihi fuere, vt quum veniam dederis illas cum amicis communicare, in dubium non vocaui, quin etiam concederes, vt illas diuulgarem; quo omnibus Botanicis laborum Tuorum fructus vſui voluptatique eſſet.

Ex his deſcriptionibus, quas ſumtuoſis non minus quam periculoſiſſimis itineribus comparaſti, mecum ceteri Lectores facili negotio diſcere poſſunt, characteres Generum *immortalis à* LINNE' quae *Scitamineas Monandras* plurimas ſpectant omnino inſufficientes eſſe; nec haec mirari debent, multo minus acriter reprehendi, vt iam mos eſt; obſeruari enim debet, Virum vere magnum omnes ſuas harum deſcriptiones a ſiccatis ſpeciminibus concinnaſſe. Quam vero ardua haec res ſit in genere, multo magis circa ſcitamineum ordinem, nullum vel tantillum etiam peritum Botanicum fugere poteſt. Dixit quoque ideo in ed. XIII. Syſtematis p. 49. *Character Amomi, Alpiniae, Curcumae, Thaliae ab autoptis in plantis viuis accuratius deſcribendus eſt.* Huius magnam partem egregie ſane abſoluiſti, nimis autem cautus noluiſti, multa conſtituere genera, antequam omnes notae vel ſaltem ab aliis dictae ſpecies exactitudine Tibi conſueta examinatae fuerint.

A me exegiſti, vt de his quid ſentirem, dicerem. Sed Amice honoratiſſime quid ſentiam, quid diſcutiam, quid certi ego determinem, qui Plantas has nequidem ſiccatas vidi. Ne autem omnino nihil reſpondeam, cogitata mea mihi ipſi dubia Tuo iudicio ſubmittere fas eſt.

Scitamineae forte vnicum genus naturale conſtituunt, cuius *character eſſentialis* conſiſtit in *Calyce* ſupero, *Limbo* duplici tamen monophyllo, *Filamento* corollae adnato; ideo autem neceſſarium puto, illud in plura artificalia diuidere, vt facilior euadat ſpecierum cognitio, alias enim nimis prolixa forent et ſine dubio confuſioni anſam praebentes ſpecierum definitiones, quum, quae iam characterem generis licet artificialis intrant, momenta, definitionem ſpecificam neceſſario intrabunt.

Ex hoc fundamento tentaui, Plantas a Te hic deſcriptas in Genera diuidere. Sed vnde deſumi debet character? Sola *corolla* haud ſufficit, multo minus *Limbus interior*, quem minus recte nectarium vocauit *Ill. à* LINNE' genuina nectaria in his Plantis ignorans; *Calyx* varius nihil determinat; abſentia, praeſentia et forma *Nectariorum* maxime inconſtantem dabunt characterem. Periculum ideo feci *Limbum corollae* et *Stamen*, imprimis vero *Antheram* in plurimis pulchre appendiculatam in conſtituendis Generibus et quidem hoc modo adhibere:

1. ZERVMBETH. *Cor.* ſubperſonata. *Filam.* 2. *Anthera* 1. bipartita.
2. HVRA *Limb. inter.* bifidus. *Filam.* alatum. *Anthera* coronata membranula.
3. KAEMPFERIA. *Limb. vterque* tripartitus. *Anthera* nuda, vtrinque retuſa.
4. ALPINIA. *Limb. vterque* tripartitus. *Anthera* membrana coronata, mutica.
5. CVRCVMA. *Limb. vterque* tripartitus. *Anthera* coronula membranacea calcarata. (*ſtigma* 4 *dentatum.*)

6. ZINGIBER. *Limb. exter.* tripartitus, *inter.* trifidus. *Anthera* roſtro coronata.

7. AMOMVM MONTANVM. *Limb. exter.* tripartitus, *inter.* ouatus, integer. *Anthera* corniculo coronata.

8. COSTVS. *Limb. exter.* tripartitus, *inter.* trilobus. *Anthera* nuda.

9. HEDYCHIVM. *Limb. vterque* tripartitus. *Anthera* nuda baſi haſtata.

10. AMOMVM 5. *Limb. inter.* trilobus dupliciter cordatus. *Anthera* coronula ſemilunari.

11. AMOMVM 2. 7. 9. 15. 16. 17. *Limb. inter.* indiuiſus. *Anthera* membrana integra vel diuiſa coronata.

12. LANGVAS 13. 14. AMOMVM 4. *Limb. int.* indiuiſus. *Anthera* nuda.

13. BANKSEA. *Limb. int.* cucullato-campanulatus dorſo fiſſus. *Anthera* apice filamenti recuruo coronata. (*ſtigma* biglanduloſum.)

Sed fateor multa mihi ſupereſſe dubia, quin hanc diuiſionem optimam credam; fateor leue eſſe diſcrimen inter *Hedychium* et *Kaempferiam* niſi forte calycis forma aliquid valeat, fateor etiam characterem generis vndecimi mihi nondum ſufficere, vt reliqua taceam. Tentaui tantum, Tuum eſt limam ſuperaddere.

Probe video, nihil abſolute certi de horum Generum characteribus determinari poſſe, antequam reliquae ſcitamineae Indiae orientalis vti Zingiber, Zedoaria, Cardamoma varia, Galangae, Curcuma rotunda etc. deſcriptae ſint. A Te haec ſperamus, qui tanto amore Scientiae Botanicae ardes, qui tot pulcherrimas nouasque Plantas *beato à* LINNE' et aliis communicaſti, qui nullis periculis nullis ſumtibus parcis, vt noua detegas ipſeque videas.

Vale Amice honoratiſſime ſemperque ama

Tibi

addictiſſimum

RETZIVM.

1. HVRA *Siamenſium* Nouum Genus.

Radices nodoſae, ſuperne fibris numeroſis horizontalibus ſubſimplicibus filiformibus fibrillisque hirſutiuſculis obſitae, craſſitiem pennae anſerinae ſuperantes.

Caules plerumque ſolitarii, erectiuſculi, parum compreſſi, glabri, aphylli. Supra radices *vaginae* alternae, adpreſſae: ſuperiores remotiores glabrae apicibus rotundatis caulem ambiunt. Ab his ad tertiam vsque partem nudi, viridi-rubro-variegate-colorati, bipedales.

Folia infra medium ſcapi ſeſſilia, vaginis adnata, patentiſſima, ouato-oblonga, acuta, integerrima, vtrinque leuia. In pagina ſuperiore *venae* ſimpliciſſimae parum prominulae ſtriata folia efficiunt. *Inferiora folia* minora ſunt et magis ouata, *ſumma* acumine longo terminantur.

Racemus terminalis, ſpicatus, ſimplex, erectus.

Pedunculus communis parum flexuoſus et compreſſus, ſcapo minus coloratus, vix pedalis.

Pedicelli terni, ſimplices, patentiſſimi, alterni, teretiuſculi, leues, triflori, ab inuicem parum remoti, vix pollicares, inuolucrati.

Inuolucra pedicellorum ſolitaria, adpreſſa, ouato-oblonga, acutiuſcula, marginata, vtrinque leuia, membranacea, ſemipollicaria, caduca.

- - *florum* ſingula ſingulum florem obuoluentia, magis concaua, carinata, colorata, prioribus multo minora, caduca.

Flores terminales, plerumque tres, ſeſſiles, ſingulo pedicello horizontaliter adnati, viuidiſſime aureo-colorati.

Calyx. Perianthium ſuperum, monophyllum, patens, tubuloſo-clauatum, infra medium parum contractum, verſus apicem inflatum, apice trifido, glabrum, leue, coloratum et punctis ſanguineis adſperſum. *Laciniae duae laterales* longiores, minus diuiſae, ouatae, ciliatae, acumine prominulo corniculato terminatae: *inferior* breuior parum incuruata, rotundata, ciliata pilis albicantibus.

Corolla monopetala, irregularis, baſi tubuloſa.

Tubus filiformis, calyce multo anguſtior et longior, extra calycem (inter lacinias laterales calycis) erectus.

Limbus duplex quinquepartitus. *Laciniae* tres *exteriores* ouatae, acutae, integerrimae, concauae, membranaceae, viuide coloratae; harum duae inferiores patentes, ſuperior vero erecta et nonnihil longior: *Laciniae* duae *interiores limbi* baſi duarum inferiorum limbi exterioris adnatae ſunt illisque incumbunt patentiuſculae, lineari-oblongae, apicibus rotundatae, longitudine exteriorum.

Stamen vnicum.

Filamentum fauci tubi adnatum et decurrens, extra tubum erectum, lineare, canaliculatum, prope medium vtrinque lobato-alatum; ſupra alas iterum canaliculatum, ad apicem incuruatum, corolla multo longius, glabrum, nitidum, ſanguineum. *Alae* memoratae, patentiſſimae ſunt, apicibus retuſae, planae, leues, nitidae, filamento vtrinque duplo latiores, ſubcarnoſae, aureo-rubentes, longitudine tertiae partis ſtaminis.

Anthera terminalis, pendula, cordato-haſtata, magna, plana, apice obtuſiuſculo, terminata membranula magna acuta. Apices laterales patentes, acuti, longi, membranacei. Pagina anterior ſeu dorſum parum conuexum. Ad interius verſus florem vergens latus prope apicem antherae duae veſiculae oblongae, lineares, acutae, verſus baſin inflatae, calloſae, dehiſcentes, polliniferae.

Piſtillum. Germen inferum, parum rugoſum, laeue.

Stylus intra tubum capillaris, extra tubum a ſulco ſtaminis recipitur nec non a veſiculis antherarum, ſtamine vix longior, albus.

Stigma tubuloſum, ſtylo craſſius, apice perforatum, obtuſum, tenerrime ciliatum.

Pericarpium. Capſula globoſa, ſulcato-rugoſa, Cardamomo minori parum minor, obtuſior.

Semina plurima ouato-anguloſa.

Habitat in nemoroſis graminoſis Inſulae Young-Ceylon ſatis frequens. In ſyluis prope vrbem Malacca rarior pygmea.

2. AMOMVM, an *Globba criſpa?*

Rumph. Herb. Amb. VI. p. 138. *tab.* 61.

Radix filiformis infra humum decurrens, minus diuiſa, longa, fibras parallelas emittens, alba, vix craſſitie pennae anſerinae, ſub caules parum adſcendens, annulata, craſſitie digiti et vix ſemipollicaris, demum in tuberculum globoſum incraſſata, glabra, viridis, ſquamulis vaginata; ex hoc tubere:

Caulis ſolitarius, erectus, compreſſiuſculus, vaginatus, bipedalis, craſſitie digiti minoris, ad apicem recuruatus, foliatus.

Folia alterna, patentia, petiolata, bifaria, oblonga, acuminata, integerrima, inferiora latiora, ſumma anguſta; ſupra glabra venis ſimplicibus obſolete ad angulum acutum lineata, infra tomentoſo-mollia, coſtata.

Petioli triangulares, leues, vix pollicares, in vaginas deſinunt ore longitudinaliter fiſſo et parum lacero-ciliato. *Vaginae* ad apices oblongae, acutiuſculae, poſtea tubuloſae glabrae, *inferiores* caulis breues aphyllae, *bulbi* radicis ouatae, acutae, breues, vix pollicares, in iunioribus minus coriaceae.

Flores ad radicem ſeſſiles, faſciculatim conferti, *ſpathis* plurimis ouatis membranaceis ſemitransparentibus tuboque longe breuioribus inuolucrati, oblique adſcendentes.

Faſciculi florum, ſaepius ad pedis diſtantiam a caulibus remoti, parui prodeunt.

Calyx duplex.

Exterior: *Spatha* monophylla, inuolucris breuior, baſi tubuloſa, pilis punctisque roſeis adſperſa, carnoſa, alba, ad apicem bifida; *laciniis* membranaceis roſeo-punctatis, minus tamen ad apices.

Interior: tubuloſus, ad apicem inflatus, bifidus, membranaceus, pellucidus, longitudine tubi floris, *laciniis* ouatis, acutis.

Corolla monopetala.

Tubus incuruatus, baſi anguſtior, ſtriatus, limbo duplo longior (vix ſesquipollicaris, baſi lineam, ſub limbo tres lineas in diametro habens) albus, baſi pilis adpreſſis ſericeis barbatus.

Limbus irregularis, quadripartitus. *Laciniae tres exteriores* erectiuſculae, ſubaequales, ouatae, acutae, membranaceae, concauae, albae, ſemitransparentes: inferior parum longior apice incuruato calloſo; *lacinia quarta interior* cum exteriore ſuperiore ad faucem tubi floris connata, adſcendens, obuerſe ouata, emarginata, apice criſpata, denticulata, margine reuoluta, concaua, niuea, diſco longitudinaliter calloſa; pagina inferiore flaua, ſericea, reliquis laciniis duplo longior et multo latior, figura dimidiae campanae.

Stamen vnicum.

Filamentum in tubo floris cum lacinia inferiore connatum, erectum, latum, calloſum, baſi dilatatum, laeue, lacinia corollae multo breuius.

Anthera oblonga, vtrinque obtuſa, magna, altero latere ſulco exarata altero plana, ad ſuperiorem apicem coronata ſquamulis tribus, erectis, quarum binae laterales lineares anguſtae obtuſae, media his triplo latior, rotundata, denticulata, plana, tota alba.

Piſtillum.

Germen inferum globoſum, tubo floris vnitum, paruum.

Stylus intra tubum capillaris, glaber, albus, longitudine antheram ſuperans et intra rimam ipſius incluſus.

Stigma campanulatum, compreſſum, margine ciliatum, latitudine antherae, baſi calloſum, album.

Pericarpium. Capſula ſolitaria ad radicem ſeſſilis, globoſa, parum vtrinque depreſſa, inaequaliter et profunde ſulcata, inter ſulcos carinata, tuberculis ſubechinata, trilocularis, magnitudine ceraſi maioris.

Semina plerumque nouem, raro plura.

Obſ. In meis exemplaribus capſulae ſolitariae remotae ſunt.

Habitat in ſyluis opacis.

3. AMOMVM *Montanum* ſtrobilo coccineo.

Lampuio maiori proximum. Rumph. Herb. Amb. V. p. 148.

Kalab Siamenſibus.

Radices nodoſae fibras filiformes perpendiculares emittentes fibrillisque plurimis obſitae, craſſitie digiti.

Scapi plurimi, erecti, parum diſtantes, teretes, vaginati, tenaces, craſſitie pennae anſerinae, quadripedales.

Vaginae plurimae: *inferiores* approximatae, breues, latiores, ouatae, magis coloratae: *ſuperiores* oblongae, apicibus rotundatis, marginatae omnes, leues, ſubcoriaceae.

Folia alterna, bifaria, patentiuſcula, petiolata, ouata, acuta, vtrinque leuia, leuiter ſtriata, integerrima, ſuperne nitida venis nonnihil eleuatis ad angulum acutum ſtriata; ſuperiora anguſtiora, minora.

Petioli ſemiteretes, breues, calloſi, craſſi.

Flores e radice cum proprio pedunculo a caule parum remoto egrediuntur, in ſpicam ſtrobiliformem elegantiſſime coccineam ouato-oblongam acutam collecti.

Pedunculi ſimplices erecti, interdum parum incuruati, vaginis plurimis veſtiti, glabri, elegantiſſime coccinei, ſcapo craſſiores, palmares, raro ſpithamei, in ſpicam ſolitariam patentiuſculam terminati.

Spica ſtrobiliformis, ouato-oblonga, acuta, e bracteis magnis rotundatis imbricatis, concauis compoſita.

Bracteae integerrimae, leuiter ſtriatae, ſubcoriaceae, coccineae.

Flos inter ſingulam bracteam ſolitarius, ſeſſilis, receptaculo communi inſidens.

Calyx. Spathae diphyllae, alternae, oblongae, neruoſae, membranaceae, pellucidae, ſubaequales, tubo floris dimidio breuiores.

Corolla monopetala, irregularis.

Tubus erectus, curuatus, aequalis, glaber, albus, longitudine bractearum, infra faucem parum craſſior.

Limbus obliquus, quadripartitus. *Lacinia ſuperior* erecta, planiuſcula, oblonga, acuta, integerrima, neruis plerumque ſtriata, alba; *inferiores* duae patentes, minus diuiſae, approximatae, lanceolatae, acutae, glabrae, albae neruisque ſtriatae, longitudine *ſuperiori* aequales, infra diuiſuras lobo interiori prope baſin longitudinaliter adnatae. *Lacinia quarta* interior baſi in tubum cum *ſuperiori* connata, patens, ouata, acuta, planiuſcula, baſi vtrinque biloba, maculis lineolisque ſanguineis et albis marmoris inſtar picta, reliquis multo latior, longitudine vero aequalis.

Stamen vnicum, petalo interiore breuius.

Filamentum planiuſculum, fauci ad laciniam ſuperiorem adnatum, breue, coccineum.

Anthera oblonga, compreſſiuſcula, magna, apice corniculata, dorſo conuexa, alba, glabra, altero latere ſulco diuiſa pollinifera. *Corniculum* filiforme glabrum, apice biſulcato, purpureum, longitudine antherae.

Piſtillum. Germen inferum, oblongum, paruum, album.

Stylus intra tubum capillaris, a rima antherae et corniculo recipitur vix hoc longior, glaber, albus.

Stigma campanulatum, ciliatum, album, mediocre.

Pericarpium. Capſula compreſſiuſcula, parabolica, apicibus obtuſiuſculis, exteriore latere conuexa altero planiuſcula, bilocularis, polyſperma.

Semina anguloſa.

Habitat in ſyluis opacis montoſis.

4. AMOMVM *littorale.*

Radices nodoſae, articulatae, fibris filiformibus inſtructae, aromaticae.

Caules plurimi ſimpliciſſimi, teretes, erecti, ad tertiam circiter partem aphylli, ſuperne nutantes, homine altiores, ſupra radicem clauati, globoſi, glabri, vagina vnica incluſi, demum vaginis tribus vel quinque alternis remotis cauli arcte adnatis obuoluti. In ſummo caule vaginae oblongae, marginatae, ciliatae, adpreſſae, virides.

Folia bifaria, alterna, petiolata, patentia, oblonga, acuta, integerrima, leuiter ſtriata vti in omnibus *ſcitaminibus* mos eſt. Inferiora folia magis remota, minima.

Petioli patentes, glabri, compreſſi, breues, lignoſi.

Flores ad radicem vix e terra prominuli, numeroſi, in faſciculos denſe conferti, inuolucris numeroſis bracteati, magnitudine oui anatis.

Pedicelli e radice intra terram breues, teretes, ſquamis paruis obueſtiti, albi, vix craſſitie digiti minoris.

Inuolucra exteriora ſeſſilia, imbricatim adpreſſa, orbiculato-cordata, acuta, integerrima, apicibus dorſo parum carinatis, extus leuiter ſtriata, intus leuia, lineis longitudinalibus albis pellucidis alternatim ſtriata, ſubcoriacea, rigida, margine tenuiore ferruginea.

Bractea ſingula ad ſingulum florem infra germen receptaculo floris adnata, lineari-lanceolata, integerrima, apice acutiuſculo incuruato ciliato, concaua, extus glabra leuiter ſtriata ad apices pilis raris adſperſa, alba ſubpellucida, intus leuis, ſpathis florum parum longior, latitudine aequalis.

Calyx duplex:

exterior. Spatha monophylla, vtrinque parum inflata et carinata, compreſſa, tubo floris latior, membranacea, alba, apice bifida, *laciniis* cum apicibus flori adpreſſis, acutis, ciliatis, roſeis, tubo floris parum longioribus.

interior monophyllus, baſi tubuloſus, ouato-lanceolatus, labio maximo inferiori floris adpreſſus, integerrimus, acutus, minus concauus, membranaceus, roſeus, praeſertim verſus apicem maiore floris labio anguſtior, parum breuior.

Corolla monopetala, baſi tubuloſa.

Tubus erectus, parum curuatus, glaber, albus, pollicaris, interdum nonnihil longior.

Limbus duplex:

exterior paruus, irregularis, cum labio maximo interiore ſupra tubum vnitus, tripartitus. *Lacinia ſuperior* antherae incumbens, oblonga, ouata, integerrima, acutiuſcula, tenerrima, membranacea, elegantiſſime ſericeo-coccinea, breuior. *Inferiores* duae approximatae labio inferiori interiorique maximo adpreſſae, lanceolatae, acutae, tenerrimae, parum breuiores.

interius et inferius labium ſtamini oppoſitum, cordatum, marginibus tenerrime vndulato-criſpum, elegantiſſime aurantiaco colore fucatum, apice recuruatum, diſtiche bidentatum, concolor.

Diſcus floris vtrinque ſericeo-coccineus.

Stamen labio inferiori oppoſitum.

Filamentum latum, planum, carnoſum, rigidum, breue, coloratum.

Anthera adſcendens, oblonga, apice lato truncato, emarginata, dorſo leui nudo, planiuſculo, colorato; altera pagina profundiori ſulco longitudinali diuiſa. Inde ad margines fertilis, albicans, labio inferiori oppoſita, dimidio breuior et multo anguſtior.

Piſtillum.

Germen inferum, paruum, album, glabrum, compreſſiuſculum.

Stylus intra tubum tenuis, glaber, albus, extra tubum adſcendens in ſulco antherae, hacque parum longior.

Stigma clauatum, dorſo calloſitate acutiuſcula prominulum, roſeum, formae fere cupulae, concauum, margine tenuiſſime ciliato albicante.

Pericarpium. Capſula oblonga, obſolete triangularis, putredine euaneſcens. *Semina* plurima anguloſa.

Obſ. Folia ad apicem nutantia longitudine pedis vnius.

Habitat ad littora maris in inſulis paruis Young-Ceylonenſibus, locis decliuibus, ſolo argilloſo.

5. AMOMVM.

Kaputh Nay prope Caſtellum D. Ligth naſcens.

Radices nodoſae, articulatae, ad articulos vaginis cinctae, Zinziberi ſimillimae.

Caules plurimi remotiuſculi, ſimplices, erecti, apicibus parum nutantes, teretes, glabri, vaginati, craſſitie pennae anſerinae, homine altiores, infra medium aphylli, ſupra radices clauati, globoſi, coccinei.

Vaginae caulibus arcte adpreſſae, glabrae, apicibus rotundatis emarginatis infra marginem apice calloſo prominulo, leues, coloratae, viridimarginatae; inferiores breues, ſuperiores longae, remotae.

Folia ſub-bifaria, minus quam in praecedentibus patentia, petiolata, ouato-oblonga, acuta, apice elongato tortuoſo, integerrima, leuiſſime ſtriata, laete viridia; ſuperiora maiora, longiora.

Petioli compreſſi, dorſo conuexi, breues, leues, ad vaginas parum decurrentes et dehiſcentes. *Ora* in vaginis foliorum ſupra petiolum eminent rotundata, marginata, ſanguinea.

Pedunculi e radicibus laterales, ſolitarii, horizontaliter curuati, verſus apices ex humo parum adſcendentes, teretiuſculi, articulati, vaginati, ſpithamei, craſſitie vix digiti minoris.

Vaginae alternae, bifariae, numeroſae, breues, cordatae, glabrae, carnoſae, coloratae.

Flores in faſciculum ouato-oblongum denſe conferti, ſub florendi initio ouum gallinaceum aequantem, ſinguli ſeſſiles bracteisque diſtincti.

Bracteae duplices ſingulo flori infra germen adnatae;

exteriores cymbiformes, apicibus nonnihil magis concauis rotundatis, obtuſis, inaequalibus, ciliatis, marginibus membranaceis, ſubpellucidis, dorſo rotundato rigidioribus; neruis albicantibus ſtriatae, glabrae longitudine tubi floris.

interiores tubuloſae, marginibus vtrinque compreſſae, carinatae, rigidae, vtrinque denticulo terminatae, baſi villoſae, glabrae, pellucidae carinis exceptis, exterioribus dimidio breuiores.

Calyx. Perianthium monophyllum, ſuperum, tubuloſum, compreſſiuſculum, incuruatum, marginibus carinatis, glabrum, tridentatum: denticulis adpreſſis, cordatis, acutis, aequalibus; membranaceum, ſubroſeum, longitudine tubi floris.

Corolla monopetala, irregularis, tubuloſa, ſupera.

Tubus erectus, minus curuus, compreſſiuſculus, verſus faucem vix incraſſatus, leuis, albus.

Limbus duplex:

exterior tripartitus; *laciniae* erectae et patentes, obuerſe ouatae, integerrimae, niueae, ſubaequales: *ſuperior* ad dorſum antherae parum latior, longitudine tubi floris. *Interior* reliquis longior, latior, patens, trilobatus concauus, albus: lobus intermedius clauato-bifidus planus minimus, laterales oblique rotundati, crenulati, intermedio multo maiores. Forma huius limbi fere eſt dupliciter cordata.

Diſcus lineis punctatis verſus baſin decurrentibus coccineis pictus piliſque luteis adſperſus, rigidior.

Stamen. Filamentum planum, glabrum, niueum, breue, fauci innatum, adſcendens.

Anthera lineari-oblonga, planiuſcula, coronata, anteriori latere ſulco diuiſa fertilis, poſteriori conuexa, glabra, nuda, tota niuea.

Coronula antherae dorſo adnata, erecta, ſemilunaris, plana, anthera longior, niuea.

Piſtillum. Germen inferum, ſubcompreſſum, paruum, coloratum.

Stylus intra tubum capillaris, glaber, a ſulco antherae demum receptus, verſus ſtigma aliquantulum incraſſatus et piloſus.

Stigma clauatum, ſubcampanulatum.

Pericarpium. Capſula baccata, globoſa, obſolete trigona (interdum parum oblonga) glabra, carnoſa, trilocularis, polyſperma.

Semina nidulantia, anguloſa.

Habitat in nemoroſis prope Young Ceylon.

Obſ. Fructus ab incolis comeditur, magnitudo Pruni communis. Habitus huius plantae cum figura *Rumphii* Herb. Amb. VI. tab. 60. quodammodo conuenit, praeſertim cum faſciculis florum B. C. attamen faſciculi iuniores ſimiliores *Lampujo maiori* Herb. Amb. V. p. 156. t. 64. f. 1.

6. AMOMVM *Zerumbeth.*

Rumph. Herb. Amb. V. p. 68-72. tab. 68.

Radices nodoſae, circulis annularibus remotis obſoletis cinctae, ſoboliferae, digito vix craſſiores, luteae, Curcumae ſimillimae.

Caulis nullus niſi *petioli* 3-5 inuicem vaginantes e radice prodeuntes, erecti, concaui, leues, ſaepius caneſcentes, vix pedales, foliis terminati.

Folia patentiuſcula, oblongo-ouata, acuta, integerrima, vtrinque glabra, leuiter et denſe ſtriata, ad neruum in pagina ſuperiore vtrinque macula longa purpureo-ſanguinea colorata.

Pedunculus ſolitarius erectus, inter petiolos egrediens, teres, vaginis tribus remotiuſculis inſtructus, petiolis craſſior, breuior.

Spica erecta, clauata, apice ventricoſa e bracteis inflatis, coloratis, foliis breuior.

Bracteae duplicis ordinis;

exteriorum infimae vel ad baſin ſpicae erectiuſculae, vix inflatae, viridiores; intermediae patentiores, parum inflatae, albae; ſummae inflatae, purpureo-roſeae, omnes clauatae, oblongae, membranaceae. Singula harum includit quinque vel plures flores cum ſuis bracteis ſecundariis inuolucriſque propriis.

ſecundariae oblongae, acutae, membranaceae, niueae, punctis atro-purpureis denſe adſperſae. Singuli flores inuolucris minoribus gaudent.

Calyx. Perianthium monophyllum, tubuloſum, membranaceum, ore aequali, album, punctatum vt inuolucra, baſi piloſum, pilis luteis.

Corolla monopetala, ſubperſonata, flaua, baſi tubuloſa, intra tubum pilis barbata, bracteis exterioribus breuior.

Satmina.

Filamenta duo labio inferiori corollae adnata, breuia neruosque decurrentes emittentia.

Anthera vnica apice connata, rotundata, bipartita, compreſſa, alba, baſi ſtaminibus geminis adnata, calcarata: calcaribus curuatis, acutis, glabris.

Piſtillum. Germen vix vllum.

Stylus erectus, parum curuatus, filiformis.

Stigma clauatum, retuſum, ſulcis quaternis notatum, magnum.

Nectaria gemina ad baſin ſtyli adnata, erecta, lineari-lanceolata, compresſiuſcula, acuta, tubo breuiora.

Obſ. Aliam ſpeciem obſeruaui radicibus omnino albicantibus, quae ab incolis etiam nomine diſtinguitur, licet folia cum ſpecie deſcripta omnino conueniant. Huius autem flores nondum reperi.

7. AMOMVM *vliginoſum.*

Raput-Nok. d. 19 Maii 1779.

Radices filiformes, nonnullae longae, ferrugineae, ſub caule parum nodoſae, vaginatae: vaginis ferrugineis.

Caules ſolitarii, remoti, erecti, baſi clauati, vaginati, vix craſſitie digiti, inde ad ſummitatem e foliis approximatis nutantes vaginati, tripedales vel parum altiores.

Folia ſeſſilia, bifaria, patentia, oblonga, acuta, vtrinque leuia, nitida, vix pedalia, in vaginas deſinentia.

Vaginae radicales ouatae, ſtriatae, breues

ſuperiores longiores apicibus productis, his

ſuperiores foliolis terminantur

ſummae foliiferae: omnes lateraliter fiſſae, marginatae, ciliatae, ſtriatae, oris tomentoſis ferrugineo-fuſcis.

Florum faſciculi conferti, pedunculati, a caulibus remoti, floribus ſubpedicellatis, bracteatis.

Pedunculi radicales, erecto-curuati, articulati, baſi tenuiores, vaginati.

Vaginae ſeſſiles, alternae, adpreſſae, ouato-oblongae, glabrae, ſubcoriaceae, rubrae.

Bracteae duae ad ſingulum florem:

inferior articulo pedicelli verſus medium adnata, florem ſemiuaginans, approximata, oblonga, concaua, neruoſa (neruis 6-7.) membranacea, rigidiuſcula, alba, flore parum breuior.

ſuperior parum altior, illi ſuboppoſita infra germen ad latus antherae adnata, adpreſſa, oblonga, clauata, apice tridentata, membranacea, neruoſa, alba, inferiore dimidio breuior, albo-piloſa imprimis ad baſin.

Calyx. Perianthium monophyllum, ſuperum, tubuloſum, parum incuruatum, vtrinque longitudinaliter plicato-ſulcatum, membranaceum, tubo floris paulo latius, bifidum, laciniis aequalibus latis, acutis, longitudine tubi floris, coloratum, baſi pilis albis nitidis adſperſum.

Corolla monopetala, irregularis, ſupera, baſi tubuloſa.

Tubus incuruatus, compreſſiuſculus, ſulco leui vtrinque notatus, roſeus, fauce vix tenuior.

Limbus duplex.

exterior tripartitus. *Laciniae duae* exteriores maiori approximatae, lateraliter patentiuſculae, lanceolatae, aequales, niueae; *tertia* ad dorſum antherae erecto-patens, clauata, concaua, baſi anguſtior, minor, obtuſa, bidentata, niuea, apice incuruato et baſi aliquantulum roſea.

interior maior, antherae oppoſitus, baſi vnguiculatus, recuruato-planus, ſulco leui notatus, craſſus, rigidus, coloratus, dein recuruato-adſcendens, cymbiformis, marginibus erectis, rotundatis, albis, venoſis, ante apicem vtrinque ad margines plica minuta quaſi emarginata; flauus (vt totus apex) apice incuruato, bifido.

Dorſum planiuſculum, glabrum, rigidum, minus luteum.

Interioris paginae diſcus glaber lineolis geminis remotiuſculis purpureis a lateribus vsque verſus apicem pictus.

Stamen. Filamentum vnicum, latum, cum lacinia ſuperiore limbi exterioris vnitum, lateri germinis adnatum, pagina interiore planum, albicans, verſus faucem dilatatum, ſulcatum, roſeum vt reliqua ſtaminis pars; pagina exteriore conuexum; tubo floris longius.

Anthera tempore florendi ad vnum latus extra florem flectitur ſoblonga, obtuſa, dorſo parum conuexo glabro nudo, apice coronata lobis quatuor, quorum duo laterales, anguſtiores, minores: duo interiores ſupra antherae diuiſuras, latiores, rotundati, omnes glabri albicantes. Pagina altera antherae fertilis ſulco diuiſa, ſingula pars iterum ſulcis geminis leuibus notata, alba.

Piſtillum. Germen inferum nectariis coronatum.

Stylus capillaris intra tubum floris, deinde a ſulco filamenti et antherae recipitur, albus.

Stigma clauatum, obtuſum, rotundatum.

Nectaria duo germini adnata linguaeformia, carnoſa flaua.

Pericarpium. Capſula globoſa, obſolete triquetra, cirrhis ſanguineis ante exſiccationem echinata, trilocularis, polyſperma.

Habitat in vmbroſis minus frequens.

8. KAEMPFERIA *purpurea.*

Planta vix pede altior.

Radix praemorſa, lateraliter fibroſa: fibris paucis, filiformibus, patentibus, ſimplicibus, flexuoſis, fibrilliſque breuibus obſita ſpithamea.

Caulis ſimplex, ſupra radicem parum decumbens, dein erectus, teres, articulatus, leuis, albus, ad articulos decreſcens vel ſenſim attenuatus; articuli 3. l. 4. baſi biuaginati, reliqui a foliorum vaginis veſtiti, palmam altus, cum vaginis compreſſus videtur. *Vaginae* 2. interdum 3. alternae, prior ſupra radicem altera articulo proximo adnatae, adpreſſae, ouatae, neruoſo-rugoſae, ſanguineae.

Folia bifaria, alterna, petiolata, patentia 4-6 ouata, integerrima, acuta, inferiora latiora breuiora magis patentia, ſuperiora magis erecta, duplo longiora (vix pedem longa et palmam lata) acutiora; ſuperne glabra, ſtriata neruis ad angulum acutum parallelis, vndulata, viridia, rubro parum colore admixto; inferne etiam glabra, lineata, pilis rarioribus praeſertim ad latera neruorum adſperſa, ſanguinea.

Petioli ſemiteretes, canaliculati, glabri, pollicares, in vaginas deſinentes, minus colorati.

Vaginae auriculatae, auriculis erecto-patentibus, lineari-lanceolatis, acutis, membranaceis, parum coloratis, petiolo vix breuioribus; marginatae, membranaceae, dorſo ſulcatae, inuicem caulem amplectentes, rubrae.

Spica intra vaginas foliorum ſeſſilis, ſecunda, vnum vel duo flores quotidie extollens, lineari-oblonga, acuta, apice vix curuato, compreſſiuſcula, albicans, digito parum longior, vix digito minore craſſior, compoſita e *bracteis* geminatis, imbricatis, adpreſſis, ouatis, membranaceis, vnifloris, raro flores plures includentibus.

Bracteae duae oppoſitae baſi germinis adnatae, erectae, *exterior* minus conuoluta, ouato-oblonga, acuta, extus pilis rarioribus adſperſa; haec abſoluta floreſcentia ad vnum latus reflectitur; *interior* glabra, neruis minimis notata, membranacea, longitudine tubi floris et exteriore parum longior.

Calyx Perianthium ſuperum, tubuloſum, tubo floris latius, plicatum, margine integerrimum, membranaceum, pellucidum, tubo floris dimidio circiter breuius.

Corolla monopetala, tubuloſa, limbo irregulari duplici patenti-curuato, infra faucem fragili caduco.

Tubus erectus, parum tortuoſo-curuatus, filiformis, glaber leuiter ſtriatus, albus, bracteis tantillum longior.

Limbus duplex, vterque tripartitus.

exterioris lacinia ſuperior erecta, *inferiores* approximatae, reflexo-patentes; omnes lanceolatae, acutae, planiuſculae, aequales, membranaceae, albae.

interior patens; *laciniae duae ſuperiores* dorſo antherae incumbentes, approximatae, erectae, obuerſe ouatae, vel potius clauatae, apicibus vndulato-criſpis, glabrae, nitidae, exteriore breuiores, verſus baſin magis carnoſae, minus albae parum vero flauicantes; *lacinia inferior* obuerſe ouata, lata, cymbiformi-excauata, reflexo-patentiſſima, margine criſpato, denticulato, vtrinque leuis, intus coccineo-alboque picta, reliquis omnibus latior, vix longior.

Stamen. Filamentum fauci nudae, glabrae, vix perforatae, calloſae vnitum, planiuſculum, ſubcarnoſum, anterius ſulco profundo longitudinali excauatum, anthera breuius, album, verſus laciniam maiorem limbi interioris curuatum.

Anthera verſus limbum inferiorem curuata, oblonga, vtrinque retuſa, dorſo conuexo glabro raris pilis adſperſo, altera pagina ſulco diuiſa pollinifera, alba.

Piſtillum. Germen inferum, cylindricum, truncatum, glabrum.

Stylus intra nectaria germinis, adſcendens a ſulco filamenti et antherae receptus, capillaris, longitudine antherae, albus.

Stigma extra antherae ſulcum prominulum, obtuſum, pilis rarioribus adſperſum, perforatum.

Nectaria duo approximata, pedunculata, ſemicylindrica, apice ſubclauata, calyce parum breuiora, tubo minus alba, germini inſidentia.

Pericarpium capſula.

Habitat in ſyluis opacis ſolo humidiuſculo, copioſe in Young-Ceylon.

9. AMOMVM *Cardamomum*

Radices moxſub humo horizontales, ſubarticulatae, cicatricibus e ſquamis caducis oblongis ſemicinctae, craſſitie digiti minoris, roſeae, interne ſolidae, ſurculis acutis terminatae, ſubtus fibras nonnullas filiformes deſcendentes emittunt.

Caules ſolitarii, interdum e ſurculis elongatis plurimi, ſemper tamen remoti, erecti, ad apicem inter folia nonnihil recuruati, baſi clauati, colorati, vndique vaginis veſtiti, glabri, craſſitie digiti et pedes 3-5 alti.

Vaginae infimae cordatae, latae, rigidae; reliquae oblongae, acutiuſculae, integerrimae, leues, ſuperiores gradatim longiores, ſupremae foliiferae ore bifido membranaceo.

Folia ad vaginas ſeſſilia, patentiuſcula, inferiora ouata, ſuperiora longiora, anguſtiora, erectiora, integerrima, longe acuminata, vtrinque leuia, neruis remotiuſculis parum prominulis ſtriata, laete viridia.

Pedunculi e lateribus radicum, ſolitarii, curuato-erectiuſculi, vaginati, parum colorati, vix craſſitie pennae anſerinae et digito minore breuiores, lignoſi.

Vaginae pedunculorum 6-8 ſcapum obueſtientes, inferiores cordatae, ſuperiores oblongae; integerrimae, leues, nitidae, parum coloratae, ſubcarnoſae.

Spica laxa baſi inuolucris tribus circumdata, erecta, ouata, obtuſa, magnitudine vix oui gallinacei.

Flores ſinguli bracteati et inuolucrati.

Bracteae oblongae, retuſae, concauae, neruoſae, membranaceae, albeſcentes, longitudine tubi floris.

Inuolucrum tuboloſum, laxum, ſtriatum, piloſum, membranaceum, ore ſubtrifido: laciniis duabus minus diuiſis, tertia anguſtiore, breuiore magis diuiſa, calyce parum breuiore. Interdum bifidum tantum et profundius diuiſum obſeruatur.

Calyx. Perianthium ſuperum, tuboloſum, ſtriatum, membranaceum, ſubinflatum, piloſum, album, longitudine tubi floris, ore trifido: *laciniis* rotundatis adpreſſis altero latere profundius diuiſis.

Corolla monopetala, erecta, tuboloſa.

Tubus filiformis, parum curuatus, fauce nonnihil inflata, leuiter ſtriatus, pilis rarioribus adſperſus, albus, lineas 8 longus.

Limbus duplex.

Exterior tripartitus. *Lacinia ſuperior* erecta, ouato-oblonga, integerrima, parum concaua, membranacea, alba, vix longitudine dimidia tubi floris; *inferiores* patentes, approximatae, ouato-oblongae, minus concauae, membranaceae, albae, ſuperiore parum longiores.

Interior indiuiſus, patens, laciniis inferioribus limbi exterioris incumbens, concauus, oblongo-ouatus, apice bilobatus: lobis paruis marginibus incuruato-erectis dentatis, criſpatis, membranaceis, albis.

Diſcus longitudinaliter ſubcarnoſus et rugoſus, flauus lineis vtrinque lateralibus punctatis roſeis ad faucem decurrentibus, longitudine ſubaequalis laciniis exterioribus.

Glandulae minimae vtrinque ad baſin limbi intra faucem pilis adſperſam.

Stamen.

Filamentum vnicum intra faucem laciniae ſuperioris limbo exteriori adnatum, incuruatum ſeu verſus limbum interiorem inclinatum, lineari-oblongum, planum, ſub anthera parum anguſtius, dorſo vix conuexum, glabrum, neruoſum, altera pagina ſulco leui longitudinali exaratum, album, limbo proximo dimidio breuius.

Anthera obcordata, craſſa, coronata, dorſo conuexa, glabra; pagina anteriori ſulco diuiſa: diuiſuris in diſco longitudinaliter polliniferis.

Coronula dorſum et latera erecta membranacea cingens, alba, nuda, tridentata: dente medio ouato, lateralibus anguſtioribus.

Piſtillum.

Germen inferum, ſubgloboſum, tubo vix craſſius.

Stylus erectus intra tubum floris capillaris, glaber, canaliculo tubi floris inſertus, extra tubum inter antherae rimam occultatus.

Stigma intra coronam antherae prominulum, campanulatum, compreſſum, perforatum, margine ciliatum, anthera parum anguſtius, album.

Nectaria duo ſupra germen intra tubum, erecta, ſtylum includentia, lineari-clauata, obtuſa, dorſo concaua, latere interiori ſulco longitudinali exarata, carnoſa, glabra, germine duplo longiora, ſublutea.

Pericarpium Capſula oblonga, vtrinque acuta, triangularis, cortice tenui et tenaci albicante tecta.

Semina Cardamomum optimum.

10. ZINZIBER *ſpurium.*

Maleys Thumung.

Radices parum infra humum horizontales, ſquamulis obſoletis obſitae, albae, vix odoriferae, amarae, ſubaromaticae, craſſitie digiti maioris, ſtoloniferae.

Caules plurimi, approximati, ſimplices, erecti, ad apices parum nutantes, folioſi, compreſſi, vndique vaginati, ſupra radicem parum incraſſati, vix colorati, craſſitie digiti maioris, quatuor pedes alti.

Vaginae inferiores 2-3 oblongae, acutae, ſtriatae, nudae, reliquae foliiferae.

Folia bifaria, patentia, ſubpetiolata, vtrinque glabra, leuiter ſtriata, oblonga, acuta, integerrima, inferiora latiora breuiora, infimum paruum, ſubtus pilis mollioribus adſperſa.

Pedunculi ſolitarii a caulibus nonnihil remoti, erecti, ſquamis oblongis, rotundatis, marginatis, ſtriatis, glabris, inferioribus breuioribus obueſtiti, ſubarticulati, pedales, craſſitie pennae cygneae. Summae *ſquamae* inflatae, retuſae.

Spica ſtrobiliformis, ouata, globoſa, ouum gallinaceum magnitudine ſuperans, e bracteis, inuolucris et floribus compoſita.

Bracteae obuerſe ouatae, obtuſae, marginatae, inflatae, extus glabrae, leuiter ſtriatae, virides, intus leues, albicantes, inferiores duae vacuae, ouo columbino maiores, membranaceae, plerumque vniflorae. Ex eo quod margines ad apices bractearum inflectuntur magis inflatae euadunt.

Inuolucrum infra germen receptaculo floris inſidens, tubum floris inuoluens, ouato-oblongum, apice rigidum, ſtriatum, pellucidum, longitudine tubi floris.

Calyx. Perianthium ſuperum, monophyllum, tubuloſum, oblongum, truncatum, membranaceum, tenerrimum, duodecim ſtriatum, tubo floris breuius, amplius.

Corolla tubuloſa irregularis.

Tubus erectus, parum curuatus et infra faucem inflatus, vix pollicaris.

Limbus duplex.

exterior tripartitus, ſubaequalis; *laciniae duae exteriores* approximatae, ſaepius parum inuicem agglutinatae, patentiuſculae, lanceolatae, acutae, membranaceae, neruis pellucidis ſtriatae; *ſuperior* erecta reliquis parum latior, minus acuminata, longitudine aequalis: omnes luteo-albicantes.

interior exterioribus approximatis ſupra baſin dorſo connatus, monophyllus, trifidus; *laciniae duae laterales* verticaliter adnatae intermediae, patentiuſculae, oblongae, rotundatae, obſolete dentatae, intermediae multo breuiores; *intermedia* lata, cordata, bifida, laciniis acutis concaua, marginibus repanda, membranacea, venoſa, dorſo et verſus baſin craſſior, rigidior, albicans, diſco intus citrina, exteriore limbo breuior.

Stamen. Filamentum planum, erectum, breuiſſimum, laciniae ſolitariae limbi exterioris adnatum.

Anthera erecta, oblonga, plana, dorſo ſtriato nudo laeui, altera pagina pollinifera, emarginata, ſulco diuiſa, apice roſtrata.

Roſtrum incuruum, cylindricum, tubuloſum, glabrum, longitudine antherae.

Piſtillum. Germen rotundatum, inferum.

Stylus intra floris tubum capillaris, glaber, dein intra ſulcum antherae et roſtrum incluſus.

Stigma extra roſtrum vix prominens, obtuſum, craſſius, perforatum, margine barbatum.

Pericarpium nondum reperi.

Habitat in ſyluis, locis humidiuſculis.

11. LAMPVJANG *vel* THVMVNG.

An *Zinziber ſpurium?* An ſola varietas praecedentis?

Ex horto D. *Clementis de Vendt* Mercatoris Malaccenſis celeberrimi.

Radices, *Caules*, *Folia et Spica* praecedentis, ſed maiora omnia.

Calyx. *Perianthium* ſuperum, monophyllum, ad vnum latus fiſſum, apice elongato obtuſo tenerrime denticulato, ſupra medium nonnihil inflatum, neruis duodecim ſtriatum, membranaceum, pellucidum, tubo floris vix dimidio breuius.

Corolla monopetala, tubuloſa, irregularis.

Tubus erectus, filiformis, parum curuatus, glaber, albicans, ſub fauce aliquantulum incraſſatus, ſubcarnoſus, bracteis longior.

Limbus duplex, irregularis.

exterior tripartitus; *lacinia ſuperior* erecta, ouata, oblonga, apice parum incuruata et cymbiformis, infra apicem minus concaua, vtrinque leuis, neruis ſtriata, ſemipellucida, colore ſtramineo; *laciniae duae inferiores* erectiuſculae, approximatae, lanceolatae, acutae, glabrae, integerrimae, minus concauae, neruis ſtriatae, concolores, longitudine ſuperiori aequales.

interior patentiſſimus, trifidus, laciniis duabus inferioribus limbi exterioris incumbens; *lobus intermedius* planus ad apicem obuerſe cordatus, tenerrime denticulatus margine et criſpatus, vix reuolutus, membranaceus, ſubrubro ſtramineoque colore teſſelato-pictus, diſco longitudinaliter calloſus, piloſus, pallide luteus, maior; *laterales* verſus medium intermedii ad angulum acutum erecti, oblique ſemiouati, tenerrime denticulati, colorati, membranacei, lobo intermedio plus dimidio minores.

Stamen. *Filamentum* laciniae ſuperiori exterioris limbi adnatum, planum, denticulo acuto ad baſin vtrinque inſtructum, breuiſſimum, vix vnius lineae longitudinem et duarum latitudinem habens.

Anthera oblonga, limbo inferiori incumbens, pagina anteriori planiuſcula marginibus pollinifera, medio ſulco longitudinali diuiſa; dorſo parum conuexa, ſubcarinata, corniculo terminata.

Cornu antherae circiter longitudine, incuruatum, glabrum, flauum, longitudinaliter ſulco diuiſum, apice teretiuſculo, obtuſo.

Piſtillum. *Germen* inferum, oblongum, compreſſum, vtrinque obtuſum, leuiter ſtriatum, glabrum.

Stylus intra nectaria germini adnatus, a ſulco antherae et corniculi receptus, capillaris, glaber, albus, verſus ſtigma craſſior.

Stigma obtuſum, perforatum, ciliatum, extra antherae cornu parum prominulum.

Nectaria duo approximata, lineari-acuta, ſubflaua, germine longiora.

12. ALPINIA *ſeſſilis*.

Kentſchur.

Katſiula-Kelengu Rheed. Hort. Malab. XI. p. 81. tab. 41.

Radices plurimae, confertae, ſubbulboſae, cicatricibus annularibus notatae, albae, ſubtus fibras plurimas, ſimplices, longas fibrilliſque hirſutas, palma longiores emittentes.

Caules nulli.

Folia patentiſſima, decumbentia, petiolata, orbiculato-ouata, acuta, integerrima, marginata, ſuperne glabra punctisque minutis adſperſa, inferne glabra, caneſcentia, neruoſa, carnoſa, ſuperficie parum verſus margines vndulata; plurima inuicem incumbentia.

Petioli erectiuſculi, ſemiteretes, marginati, canaliculati, glabri, ſtriati, vix pollicares, ſcapum vaginantes.

Florum faſciculus paruus, pollice breuior intra petiolos vaginantes occultatus, 3-6 florus (raro pluribus).

Vagina membranacea, pellucida, albicans, bipartita, lobis inaequalibus, longitudine faſciculi florum.

Bracteae geminae ſub germine, germini adnatae, lineari-anguſtiſſimae, albae, membranaceae, pellucidae, longitudine vaginae.

Calyx. Perianthium ſuperum, monophyllum, tubuloſum, tubo floris amplius, apice dehiſcens, membranaceum, tenerrimum, album, inuolucro paulo longius.

Corolla monopetala, tubuloſa, inaequalis.

Tubus curuatus et erectus, filiformis, leuis, albus, bipollicaris, infra faucem vix inflatus.

Limbus duplex.

exterior tripartitus; *laciniae duae* approximatae, patentes, lineares, acutae, anguſtae, parum concauae, niueae, longitudine dimidia tubi; *tertia* prioribus oppoſita, patentiſſima, vix latior, longitudine aequalis, concolor.

interior patentiſſimus, tripartitus, *laciniis duabus* obuerſe ouatis, marginibus inaequalibus, ad apices dentatis, exteriori longitudine aequalibus; *tertia* multo maior laciniis duabus exterioribus incumbens, bipartita, vix concaua, verſus faucem craſſior, rigidior, ſtriata: lacinulis obuerſe ouatis ad apicem ſublobatis, inaequaliter dentatis, albis, membranaceis, ad baſin aliquantulum purpureis.

Faux pilis niueis nonnihil barbata.

Stamen. Filamentum intra lacinias duas minores fauci adnatum, erectiuſculum, compreſſum, latum, breue, rigidum, album.

Anthera adſcendens, filamento longior et latior, dorſo parum conuexa, neruis ſtriata, nuda, niuea; anterior pagina pollinifera, prominula, ſulco profundiori diuiſa, alba, ad apicem membranula recuruata, obtuſa, tridentata, coronata.

Piſtillum. Germen inferum rotundatum.

Stylus capillaris a ſulco tubi floris et demum antherae receptus, leuis, albus.

Stigma campanulatum, parum compreſſum, ore ciliatum, vix extra antherae ſulcum prominens.

Nectaria duo approximata, ante ſtylum germini adnata, cylindrica, acutiuſcula, longa, albicantia.

Pericarpium non repertum.

Habitat in ſyluis obſcurioribus Mallaccae.

13. LANGVAS *vulgare, vſitatiſſimum Maleys.*

Galanga alba.

Radices horizontales, teretiuſculae, cicatricibus annularibus obliquis remotiuſculis cinctae, ramoſae, albae, pollice craſſiores, fibras filiformes recta descendentes ſubtus emittentes.

Caules ſimpliciſſimi, baſi ſubgloboſi, e radicibus protuberantibus erecti, teretes, glabri, inferius ſquamis aphyllis, ſupra has foliorum vaginis veſtiti, verſus apices parum nutantes, homine altiores.

Vaginae alternae, oblongae, glabrae, leuiter ſtriatae, rotundatae, cum acumine ſupra apices adnato, ſolitario, teretiuſculo, acuto, adpreſſo, calloſo, breui. Inferiores vaginae ſenſim longiores 5 - 6, aphyllae, ſuperiores foliiferae.

Folia alterna, bifaria, horizontaliter patentia, oblonga, acuta, integerrima, marginibus calloſis albicantibus ciliatis ſubaſperis, vtrinque leuia, confertiſſime ſtriata, ſtriis ad angulum acutum decurrentibus neruisque obſoletis plurimis longitudinalibus notata, duas ſpithamas longa et palmam vix lata.

Petioli ſemiteretes, lati, marginibus pilis adſperſis, breuiſſimi.

Vaginae foliorum late dehiſcentes oris prominulis rotundatis, ciliatae, ceterum vt in inferioribus.

Racemus terminalis, paniculatus, ſubnudus, oblongus, pedunculatus.

Pedunculus communis compreſſiuſculus, leuis, baſi articulo ſolitario inſtructus, racemo breuior, craſſitie pennae anſerinae, baſi inuolucratus.

Pedunculi partiales patentes, dichotome diuiſi, teretiuſculi, glabri, breues, punctis pilisque minimis albicantibus adſperſi; inferiores duo (raro plures) inuolucrati.

Pedicelli erectiuſculi, teretes, glabri, punctis pilisque adſperſi vt pedunculi, floribus multoties breuiores, baſi bracteati.

Inuolucra tria; *inferius* ad baſin pedunculi communis articulo adnatum, *intermedium* primo ſeu inferiori pedunculo partiali et *tertium* ſecundo adnatum. Reliqui pedunculi inuolucro deſtituti. Omnia lanceolata, acuta, integerrima, membranacea, ſtriata, ferruginea, caduca; duo inferiora racemo parum breuiora, tertium minimum, anguſtius.

Bracteae ad baſin pedicellorum ſolitariae vel geminae, pedicellis approximatae et vix breuiores, lanceolatae, acutae, membranaceae, caducae, ferrugineae albaeque.

Calyx. Perianthium ſuperum, monophyllum, campanulatum, anguſtum, leue, ſubcoriaceum, ore trifido: laciniis ſemiouatis acutis paruis, niueis, tubo floris parum breuius.

Corolla monopetala baſi tubuloſa, irregularis.

Tubus erectus, glaber, verſus faucem vix incuruatus et inflatus, calyce parum longior.

Limbus duplex.

exterior tripartitus; *lacinia ſuperior* adſcendenti recuruata, oblonga, concaua, neruis ſtriata, integerrima, apice rotundato magis cauo, tubo longior; *inferiores duae* recuruatae, parum approximatae, oblongae, acu-

tae, minus concauae, marginibus membranaceae, dorſo craſſiores neruisque ſtriatae, longitudine aequales, viridi-albicantes.

interior baſi cum floris tubo laciniisque exterioris limbi connatus, patens, parum adſcendens, concauus, baſi elongatus, linearis, hinc quoque quaſi vnguiculatus, ſuperne planus ſulco medio longitudinali diuiſus, luteo-albicans, ſubtus carnoſus, conuexus, rigidus, dorſo albicante. *Lamina* obcordata denticulato-lacera et leuiſſime criſpata margine, limbi exterioris laciniis latior longiorque. E ſinu laminae lobuli gemini adſcendentes conniuentes, fiſſura profundiori diuiſi, ouati, denticulato-laceri, ſinu parum longiores, concolores. Sulcus vnguem diuidens per laminam continuatus verſus margines venulas roſeas emittit, ceterum vtrinque niuea lamina ſubtus dorſo leuiter carinato rigido viridi venisque roſeis picta.

Glandulae geminae, magnae, roſeae ad baſin limbi ante faucem adnatae, ſulco profundiori diuiſae, corniculatae, acutae, diſtichae, carnoſae.

Stamen. Filamentum laciniae ſuperiori limbi exterioris in fauce adnatum, limbo interiori oppoſitum, adſcendens, lineare, planum, glabrum, limbo proximo parum breuius (quam in multis congeneribus longius et anguſtius) albicans, antice ſulco leui exaratum.

Anthera patens, oblonga, quadrangula, apice bifida et hians, dorſo lateribusque planis, anteriore pagina ſulco profundiori diuiſa, fertilis, alba, filamento tertia parte breuior.

Piſtillum. Germen inferum, ouatum, obſolete anguloſum, calyce anguſtius.

Stylus baſi nectariis cinctus, craſſus, viridis, dein capillaris, glaber, albus, intra ſulcum antherae incuruatus, ſubpiloſus.

Stigma craſſius, obtuſum, perforatum, ciliatum, album, ad apicem antherae prominulum.

Pericarpium. Capſula oualis, obſolete anguloſa, membranacea, rigidiuſcula, ſtriata, trilocularis, coccinea.

Semina plurima triquetra, cardamomo minori ſimillima.

Nectaria duo baſin ſtyli cingentia, erecta, oblonga, apice rotundata, carnoſa, ſtriata, albicantia, germine breuiora.

Colitur in hortis.

14. LANGVAS *chinenſis.*

Maleys Sina Languas.

Radix horizontaliter ſub humo diffuſa, teres, ramoſa, circulis annularibus cincta, apicibus obtuſis rotundatis, craſſitie digiti maioris, alba, aromatica, vrenti-ſapida.

Caules ad apices radicum remotiuſculi, baſi aequales (nec vt in congeneribus incraſſati) teretes, glabri, vaginati, ad dimidium aphylli, 2-3 pedales, ſummitate parum nutantes.

Folia bifaria, alterna, patentia, ſubpetiolata, oblonga, acuta, apicibus recuruata, membranaceo-albicanti-marginata, margine pilis rariſſimis ſubciliata, verſus apices tenuiſſime denticulata, vtrinque glabra, tenerrime ad angulum acutum ſtriata, coſta prominula alba, ſpithamam longa et pollices 2 ad 2½ lata.

Vaginae caulis oblongae, rotundatae cum paruo acumine, leues, *infimae* breuiores: prima colorata, roſea, *ſuperiores* quatuor (raro plures) longiores,

aphyllae, his ſuperiores foliolo paruo ouato patenti terminatae; *foliorum* minus leues, interſtitiis longiores, ore membranaceo rotundato prominulo, vſque ad inferius folium fiſſae.

Racemus paniculatus, oblongus, anguſtus, palma parum longior.

Pedunculus communis erectus, ſubflexuoſus, parum anguloſus, glaber, piloſus, pilis adpreſſis.

Pedunculi partiales alterni, remoti, patentiuſculi, *inferior* ad baſin inuolucratus folio lineari-acuto, membranaceo, caduco, pedunculo multo longiore; reliqui bracteati, compreſſi, flore breuiores, glabri, minus piloſi, 16-20 inferioribus tri-ſuperioribus plerumque bi-floris, viridibus.

Pedicelli ad pedunculum partialem articulatione inſerti, inuolucrati, conferti, teretiuſculi, glabri, piloſi, longitudine inaequales.

Inuolucella ſolitaria, campanulata, membranacea, ore inaequaliter tridentato, ferruginea, flore breuiores.

Bracteae albicantes pedunculis partialibus vtrinque lateraliter adnatae, pedunculo communi adpreſſae, lineares, acutae, piloſae, minimae, caducae.

Calyx. Perianthium ſuperum, campanulatum, parum incuruatum, membranaceum, ore ſubaequali-tridentato, denticulis adpreſſis rotundatis, integerrimis, viride.

Corolla monopetala, ſupera, breuis, ſublutea

Tubus longitudine calycis.

Limbus duplex.

exterior tripartitus; *lacinia ſuperior* erecta, obuerſe ouata, concaua, membranacea, pallide viridis, *inferiores duae* patenti-reflexae, ouatae, integerrimae, concauae, ad apices parum inflatae, membranaceae, concolores, ſuperiore vix breuiores, omnes ad fauces connatae.

interior ad latus inferius in fauce floris cum tubo vnitus, patentiſſimus, oualis, vtrinque rotundatus, antice emarginatus, marginibus denticulatus, baſi vtrinque dente maiori erecto ſtamini approximato ſanguineo diuiſus; inter hos dentes marginales duo denticuli glanduloſi. Pagina ſuperior venoſa venis quatuor ſanguineis picta lineaque lata longitudinali et rugis tranſuerſalibus aurantiacis. Limbo exteriore longior eiusque laciniis latior.

Stamen. Filamentum e floris fauce proueniens, erectum, compreſſum, glabrum, longitudine limbi interioris, pallide aurantium.

Anthera erecta, ouato-oblonga, dorſo plana, anteriore latere ſulcata, filamento breuior, concolor.

Piſtillum. Germen inferum, globoſum, ſub calyce contractum, leue, viride, calyce breuius.

Stylus baſi incraſſatus nectariisque ſemicinctus, dein per tubum capillaceus et a ſulco antherae receptus eique longitudine vix aequalis, ad vnum latus ciliatus, albicans.

Stigma campanulatum, parum compreſſum, margine nudum, album.

Nectaria duo approximata, carnoſa, oblongo-ouata, dorſum ſtyli cingentia, ferrugineo-rubra.

Pericarpium capſula.

Colitur in hortis Sinenſium pro vſu medico.

15\. LANGVAS *aquaticum l. ſylueſtre.*

Radices numeroſae, filiformes, ſtolones emittentes, albae.

Caulis ſimplex, erectiuſculus, ſubteres, parum compreſſus, leuis, vaginatus, 4 pedes plus minus altus, ſupra radices tubere deſtitutus, craſſitie digiti, panicula florum terminatus.

Folia petiolata, patentia, alterna, bifaria, oblonga, acuta, margine denticulata, denticulis calloſis minimis, ad baſin et apicem vix obſeruandis, coriacea, elegantiſſime viridia, ſupra ad angulum acutum ſtriis ſubaſperis denſe lineata, ſubtus laeuia.

Vaginae foliorum interſtitiis longiores.

Panicula terminalis, oblonga, anguſta, apice ſubnutans, pedunculata, baſi inuolucris binis caducis inſtructa.

Pedunculus communis teres, leuis, inferne ad exortum interiorum pedunculorum partialium articulis notatus inuolucrisque caducis veſtitus; inter ſuperiores inarticulatus, anguloſus, ſubflexuoſus, leuis, magis albicans, bracteis deſtitutus.

Pedicelli dichotome diuiſi, biflori, patentiſſimi, teretes, leues, colorati, albi, flore breuiores.

Flores erecti, ſuperi.

Inuolucra 2. l. 3. inferioribus pedunculis adnata (inde cingulum articuli) lineari-lanceolata, acutiuſcula, concaua, membranacea, colorata, albicantia, caduca.

Calyx. Perianthium monophyllum, tubuloſo-campanulatum, glabrum, niueum, ſubcoriaceum, corolla plus quam dimidio breuius, ore tridentato, denticulis ſubaequalibus, latere interiore aliquantulum profundius diuiſum.

Corolla monopetala baſi tubuloſa.

Limbo duplici.

exterior tripartitus; *lacinia ſuperior* adſcendens, ouato-oblonga, apice rotundata, planiuſcula, neruoſa, alba; *laciniae duae inferiores* ſubapproximatae (minus quam in congeneribus) patentes, lanceolatae, acutae, planae, albae, ſuperiore vix breuiores.

interior duabus laciniis limbi exterioris incumbens, patens, planus, obcordatus, quadridentatus: denticulis intermediis parum longioribus, lateralibus vtrinque ad baſin glandula oblonga inſtructis; intus fuſcus, erectus, paruus, prope filamentum limbo adnatus, roſeus, ſuperne ſtriatus, limbo exteriori breuior, craſſior, rigidior.

Stamen. Filamentum limbo interiori oppoſitum, fauci vnitum, adſcendens, planum, leue, calloſum, roſeum, ſulco exaratum.

Anthera oblonga, dorſo conuexa, anterius ſulco diuiſa, lateribus polliniferis albis, ad apicem membrana ſemi-orbiculari erecta colorata parua coronata, limbo ſuperiore vix longior et ſtamine vix duplo craſſior, ſubroſea.

Piſtillum. Germen inferum, globoſum, nitidum, album.

Stylus ſupra germen nectario tubuloſo cinctus, dein a fiſſura antherae, receptus, filiformis, glaber, albus, longitudine antherae.

Stigma intra ſiſſuram antherae vix prominulum, clauatum, obtuſum, perforatum, ciliatum, album.

Nectarium tubuloſum, ad vnum latus fiſſum, margine digitatum, denticulatum, inaequale, carnoſum, album, germine duplo longius.

Pericarpium. Bacca oualis, glabra, nigra, membrana tecta.

Semina 5 vel plura, triquetra, hinc conuexa.

Habitat in vliginoſis ad riuulos inter frutices, minus frequens.

16. AMOMVM *ſcyphiferum.*

Maleys Thupus.

Radices horizontales in ſuperficie fere terrae radiculas fibroſas remotiores emittentes, annulis et ſquamis ſemitubuloſis cinctae, craſſitie digiti, tres circiter pedes longae.

Culmi octopedales et vltra, tenaciſſimi, inferius vaginati aphylli, dein vaginis foliorum bifariis, alternis veſtiti.

Folia ſeſſilia, patentiuſcula, oblonga, acuta, integerrima, ſuperne glabra, neruis longitudinalibus obſoletis (quod ſingulare eſt;) ſubtus tomentoſo-mollia, ſubcoriacea; ſesquipedalia.

Ora vaginarum prominula, rotundata, membranacea.

Strobili ad radices nonnulli a culmis plerumque et inuicem remotiuſculi, ſubſeſſiles, erecti, oblongi, verſus apicem nonnihil contracti, inde dilatati, ſummitate lata patente, vnde ſcyphiformes, ſesquipalmam fere longiores, craſſitie bipollicari.

Squamae ſtrobilorum *inferiores* ſuborbiculatae, latiores, breuiores, *ſuperiores* ouato-oblongae, acutae, integerrimae, pollicis $1\frac{1}{2}$ longitudine et vnius latitudine; *ſupremae* ſcyphum formantes apicibus 4. l. 5. dentatis. Omnes coriaceae, rigidiuſculae marginatae, neruoſae, transuerſe rugoſae, cineraſcenti-ſubuilloſae, margine et baſi glabris coccineis, intus leues nitidiſſime coccineae.

Flores conferti, numeroſi, bracteati, ſucceſſiue expanduntur, vnus, raro duo ſingulo die.

Bracteae communes numeroſae, infra flores receptaculo obtuſo craſſo adnatae, oblongo-clauatae, apicibus denticulatae, concauae, ſubcoriaceae, vtrinque pulcherrime coccineae, ſtrobili ſquama breuiores.

partiales ſolitariae germini inferiores illudque ſemiobuoluentes, oblongae, acutiuſculae, membrana fuſca marginatae, ceterum coccineae baſi roſea, longitudinem calycis vix attingentes; apex infra marginem recuruatus, prominulus, membranaceus, rigidiuſculus.

Calyx. Perianthium monophyllum, tubuloſum, nonnihil ampliatum, plicatum, compreſſum, vtrinque carinatum: carinis ciliatis in apicem recuruatum deſinentibus, bifidum; *laciniis* ſemiouatis, obtuſis, fuſco-marginatis; tubo floris triplo breuius, coccineum.

Corolla monopetala, tubuloſa, intenſe coccinea.

Tubus filiformis, erectus, ſub fauce parum inflatus, leuis nitidus, elegantiſſime coccineus, ſubcarnoſus, ſquamis ſtrobilorum longior.

Limbus duplex, patens;

exterior tripartitus; *lacinia ſuperior* erectiuſcula, lanceolata, plana, apice

rotundato, vtrinque leuis, quinqueneruia, nitens; *inferiores* minus diuiſae; approximatae, patentes, baſi dorſo limbi interioris adnatae, lanceolatae, obtuſiuſculae, parum concauae, neruoſae, ſuperiore parum breuiores.

interior exteriori adnatus, patens, laciniis duabus exterioribus fulcratus, lanceolatus, apice rotundato, parum concauus, limbo laciniae ſuperioris magnitudine aequalis, integerrimus, ſubcarnoſus, baſi auriculatus.

Auriculae erectiuſculae, ſemilunatae, marginibus repandis, ciliatae, rigidiores, minus coloratae vel roſeae.

Faux pilis albicantibus.

Stamen. Filamentum fauci floris innatum, decumbens, planum, glabrum, ſubcarnoſum, anthera multo breuius, roſeum.

Anthera limbo interiori incumbens, auriculis fulcrata, lineari-oblonga, plana, baſi latior, parum incuruata, apice membrana rotundata colorata nuda coronata. Pagina anterior fertilis intra margines rotundatas, glabras, nudas, in linea recta vtrinque parum piloſa pilis cinereoalbicantibus, diſco longitudinaliter ſulco profunde diuiſo. Longitudo limbi interioris circiter.

Piſtillum. Germen inferum, oblongum, obtuſum, obſolete trigonum, glabrum, nitidum, roſeum.

Stylus capillaris, baſi nectario cinctus, dein a ſulco antherae receptus.

Stigma cyathiforme vix extra antheram prominulum ciliatum.

Pericarpium. Capſula oblonga, obſolete triquetra, pollicaris, craſſitie digiti minoris, trilocularis, polyſperma.

Semina numeroſa, clauata, oblonga.

Odor plantae vix vllus.

Habitat in nemoroſis ad pedes montium prope Malaccam ſatis copioſe.

17. AMOMVM *Leonurus.*

Scyphifero proximum.

Radices infra humum ſimplices, horizontaliter diffuſae, ſquamis cordatis ſtriatis ferrugineis omnino tectae, compreſſiuſculae, ſtoloniferae, craſſitie digiti maioris, albae, lignoſae, odore aromatico-caryophyllaceo, ſapore aromatico vrente praeditae; ſubtus radiculas nonnullas filiformes, deſcendentes, craſſiuſculas, tenaces, luteo-albeſcentes emittunt.

Caules ſimplices, ſolitarii, raro plures, remoti, erecti, ſupra radices bulboſo-clauati, verſus apices nutantes, teretiuſculi, vaginati, homine altiores, e vaginis imbricatis ſubſtantiam medullarem obuoluentibus tenaces.

Folia bifaria, alterna, petiolata, infra vaginarum apices adnata, patentia, oblonga, acuta, integerrima, pilis aureis ſericeis ciliata, vtrinque glabra, ſuperne nitida, leuiſſime ad angulum acutum ſtriata neruisque paucis obſolete notata, pede longiora, odorem leuem caryophyllis ſuauiorem digitis communicant.

Petioli ſemiteretes, lignoſi, canaliculati, breues, glabri.

Vaginae ad proximum folium dehiſcentes, dein ſe inuicem vaginantes, interſtitiis foliorum multo longiores, glabrae, leuiter ſtriatae, ciliatae, coria-

ceae, virides, oris prominulis, erectis, ſemiouatis, membranaceis, rigidiuſculis, pilis aureis tectis.

Spicae pedunculatae, radicales, lateraliter prodeuntes, a caulibus remotae, ſparſae, plurimae, ſtrobiliformes, erectae, vix apice extra humum prominulo, oblongae, anguſtae, obtuſae, parum apicibus dilatatae, palma longiores, vix pollice craſſiores conſtant.

Squamis adpreſſis, oblongis, acutis, integerrimis, parum marginatis, coriaceis, rigidis, extus neruoſo-ſtriatis, adpreſſe-piloſis, rubro-cineraſcentibus apicibus viridibus, intus leuibus, ſtriatis, fuſco-ſanguineis.

Pedunculi ſub humo laterales, erecti, teretes, lignoſi, ſquamis nonnullis ouatis glabris ſtriatis coriaceis fuſcis imbricatim tecti, breues, craſſitie digiti minoris.

Flores inter bracteas faſciculatim conferti, ſolitarii vel bini de die florent, adulti iunioribus numeroſiſſimis diſſimillimi.

Bracteae numeroſae ſe inuicem cum floribus vaginantes, lanceolatae, acutae, concauae, membranaceae, integerrimae, marginatae, glabrae, leuiter ſtriatae, rigidae, floris tubo breuiores, parum coloratae, marginibus apicibusque roſeis, albicantes, diu perſiſtentes.

Calyx. Perianthium monophyllum, tubuloſum, glabrum, membranaceum, piloſum, coloratum, parum roſeum, rigidum, verſus ſummitatem magis inflatum, ad apicem lateraliter diuiſum, ouatum, bifidum, tubo floris breuius.

Corolla monopetala, ſupera, tubuloſa.

Tubus erectus, calyce anguſtior, glaber, carnoſus, rigidus, ſpica vix longior, ſanguineus, verſus faucem curuatus, patens.

Limbus duplex.

Exterior tripartitus; *lacinia ſuperior* adſcendens, baſi lacinias duas inferiores obuoluens, vtrinque parum decurrens, maior, rigidior; inferiores patenti-deſcendentes, baſi limbum interiorem includentes; *omnes* lineares, conuolutae, obtuſae, laeues, ſubcarnoſae, atro-ſanguineae, nitidae, inferiores tamen minus obſcurae apicibus roſeis.

Interior laciniis inferioribus limbi exterioris incumbens, patens, parum deſcendens, lineari-oblongus, integerrimus, apice anguſtior, obtuſus, concauus, verſus baſin vtrinque auriculatus, ſuperiore vix breuior, concolor, rigidus, ſubcarnoſus.

Auriculae ſtamen ſemi-obuoluentes, erectiuſculae, rotundatae, membranaceae, albicantes.

Faux hians, magna ratione tubi floris, carnoſa, nuda.

Stamen. Filamentum laciniae ſuperiori adſcendenti limbi exterioris in fauce adnatum, verſus limbum interiorem flexum, lineari-clauatum, baſi anguſtiore, dorſo parum conuexum, pagina inferiore concauum; carnoſum, longitudine antherae, ferrugineo-ſanguineum.

Anthera oblonga, ſulco longitudinali cinereo-piloſo diuiſa, dorſo nuda, ad apicem membrana bifida erecta coronata.

Piſtillum. Germen inferum, ſubgloboſum, paruum, pilis cineraſcenti-ferrugineis nitidis tectum.

Stylus filiformis, glaber, baſi nectario incluſus, dein a ſulco filamenti antheraeque receptus, roſeus.

Stigma prominulum, retuſum, perforatum, triquetrum, glabrum.

Nectarium tubuloſum, ſulcatum, carnoſum, rigidum, apice denticulatum, germine triplo longius, cinereo-albicans.

Pericarpium. Capſula oblonga, obſolete triquetra, magna.

Semina numeroſa.

Habitat in ſyluis denſiſſimis Malaccae.

Obſ. Huius et praecedentis icones apud *Rumphium*, *Rheedium* et *Plukenetium* haud inueni.

18. COSTVS *Malaccenſis.*

Maleys Piuer.

Radices

Caules plurimi, approximati, erecti, ſimplices, parum compreſſi, glabri, vaginis foliorum veſtiti, homine ſesquialtiores, verſus ſummitates nonnihil incuruati.

Folia alterna, ſubbifaria, inferiora patentia, ſuperiora erectiuſcula, petiolata, oblonga, longe acuminata, margine denticulis ſetaceis exaſperato iuxta ſuturam obtuſiuſculam; ſuperne glabra, leuia, neruis remotiuſculis ad angulum acutum ſtriata, laete viridia; ſubtus tenuiſſime tomentoſo-mollia; ſesquipedalia, palma latiora.

Petioli vaginis adnati, ſemiteretes, canaliculati, glabri, breues, bipollicares.

Vaginae latere dehiſcentes, glabrae, ſtriatae, interſtitiis longiores, ore ouato-oblongo membranaceo ciliato acuto.

Racemus terminalis e vaginis foliorum ſupremorum emiſſus, vnilateralis, laxus, nutans, pedunculatus, inuolucratus.

Pedunculus communis incuruatus, verſus medium articulatus, vaginatus, teres, ſubpiloſus, ruber, palma longior, craſſitie vix digiti minoris.

- *partiales* baſi inuolucrati et compreſſiuſculi, poſtea teretiuſculi, ſuperne clauati, piloſi, curuati, faſciculis florum multo longiores.

Florum Faſciculi conferti, ſeſſiles, plerumque ſexflori, inuolucrati. Singuli flores intra faſciculum demum inuolucro proprio donati.

Inuolucrum prope medium pedunculo communi adnatum, illumque baſi ſua ſubcingens, dein inflatum, oblongum, acuminatum, apice longo tortuoſo terminatum, ſtriatum, piloſum, membranaceum, reliquis maius, pallide rubrum.

- *ſecundum tertium* et *quartum* pedunculis partialibus longiora, reliqua vero parua; omnia inflata, membranacea, concolora.

- *faſciculorum florum* perforata vel campanulata, ſubtriquetra, marginibus obſolete dentata, membranacea, glabra, calycibus breuiora. Reliqua ſingula vsque ad vltimum florem obuoluentia.

Flores ſinguli, praeſertim vltimi pedicellis clauatis compreſſiuſculis breuiſſimis inſidentes.

Calyx. *Perianthium* ſuperum, monophyllum, tubuloſum, baſi anguloſum, verſus ſummitatem inaequaliter inflatum (eminentiis tribus irregulariter diſpoſitis calloſis inſtructum) ore contracto 3-4 dentato membranaceo; laeue, coriaceum, rigidiſſimum, limbo exteriore dimidio breuius.

Corolla monopetala, baſi tubuloſa.

Tubus obuerſe conicus, teres, glaber, albus, breuis.

Limbus duplex licet ringens videtur.

Exterior tripartitus; *laciniae ſuperioris* baſis margine ſuo reliquas obuoluit, inde parum adſcendens, concaua, marginata, ad apicem inflata, quaſi cornuta, recta, vtrinque leuis, nitida, dorſo neruoſa, calloſa, albicans, alteris duabus laciniis maior. *Cornu* ſemiouatum, acutum, magis calloſum et albicans; *laciniae duae inferiores* approximatae, clauatae, ad apices inflatae, rotundatae, magis concauae, marginibus membranaceis flauicantibus, dorſo neruoſo, calloſo, albae.

Interior, intra faucem tubo adnatus, inferioribus limbi exterioris laciniis incumbens, patens, concauus, trilobatus, marginibus erectiuſculis criſpato-denticulatis membranaceis albicantibus. *Diſcus* glaber viuidiſſime flauus, lineolis quatuor inaequalibus ad faucem decurrentibus venisque verſus baſin ſanguineis pictus, magnus. *Denticuli* ſolitarii, calloſi, nitidi, purpurei ſtamini vtrinque vniti.

Stamen. Filamentum tubo latere ſuperiore adnatum, paruum, incuruatum, planum, latum, vtrinque leue, nitidum, albicans, latitudine duplo longius.

Anthera obcordata, dorſo planiuſculo cum leui ſulco a ſinu continuato, pilis adſperſo; altera pagina rotundata, ſulco profundiore piloſo diuiſa, ad cuius margines linea anguſta pollinifera. *Corona* nulla. Margines antherae rotundatae. Tota piloſa, flaua.

Piſtillum. Germen inferum, ſubgloboſum, pilis ſericeis luteſcentibus tectum, tubo floris nonnihil craſſius, breue.

Stylus ad baſin nectariis cinctus, filiformis, glaber, a ſulco filamenti antheraeque receptus, in poſteriore aliquantulum craſſior piloſus.

Stigma intra ſinum antherae prominulum, campanulatum, compreſſiuſculum, ciliatum, perforatum, album.

Pericarpium. Capſula globoſa, piloſa, ceraſo maiore maior, calyce perſiſtente coronata, vniualuis, trilocularis.

Semina numeroſa, clauato-angulata.

Nectaria gemina, germini adnata, erecta, approximata, oblonga, obtuſa, extus conuexa, intus concaua, carnoſa, calloſa, leuia, albicantia, baſin ſtyli cingentia, germine breuiora.

Habitat in ſyluis opacis prope Tſing in vicinia Mallaccae.

19. CVRCVMA *longa.*

Spica ſolitaria inter vaginas vltimas foliorum egrediens, pedunculata, erecta, clauata, ſquarroſa, vix pedalis, foliis breuior, e bracteis imbricatis ouatis concauis infra medium inuicem dorſo connatis recuruato-patentibus acutis marginatis venoſo-ſtriatis viridi-albicantibus ad apicem bracteis ſterilibus anguſtioribus vndulato-flexuoſis magis albicantibus connata.

Flores intra ſingulam bracteam tres plerumque, interdum plures inuolucrati.

Inuolucrum diphyllum. *Exterius* folium ouatum, bulloſum, concauum, neruis ſtriatum, membranaceum, album, ſemipellucidum, longitudine tubi floris; *interius* obuerſe ouatum, emarginatum, concauum, neruis transparentibus ſtriatum, concolor, exteriore rigidius, vix duplo maius.

Calyx. Perianthium monophyllum, tubuloſum, parum inflatum, obtuſum, denticulatum, membranaceum, ſemipellucidum, hinc ad dimidium diuiſum, tubo floris dimidio breuius.

Corolla monopetala, baſi tubuloſa.

Tubus erectus, parum incuruatus, teres, leuis, rigidiuſculus, albus, ſupra medium campanulatus, compreſſiuſculus, dorſo carinatus, rotundatus, baſi multoties latior, parum luteſcens, vix rigidior.

Limbus duplex.

exterior tripartitus; *lacinia dorſalis* vel quae interiora ſpicae ſpectat, erecta, ouata, lata, ad apicem incuruata, roſtrata: *roſtro* acuto ſubtubuloſo breui, poſtea planiuſcula, cum limbi interioris dorſo ſtaminequē connata, membranacea, alba, ſubſtriata; *laciniae 2 anteriores* approximatae, erectae, apicibus parum recuruatae, ouatae, acutae, planiuſculae, ſuperiore vix breuiores, anguſtiores, minores, rigidae, concolores.

interior tripartitus; *laciniae duae dorſales* a ſtamine ſeparatae eique baſi connatae, erectae, obliquae, oblongae, acutae, ſupra antheram tortuoſo-curuatae, apicibus dorſoque canaliculatae, marginibus praeſertim exterioribus planis membranaceae, rigidiuſculae, neruoſae, albae, longitudine exterioris limbi, dorſali vix longiores; *lacinia anterior* curuato-adſcendens, obcordata planiuſcula, marginibus erectis, hinc parum concaua, ad apicem parum plicato-vndulata, ſinu lobata, reliquis omnibus laciniis longior, latior, concolor. *Lobus* e ſinu pronatus paruus, bipartitus, apicibus rotundatis incuruatis flauis. *Linea* lata longitudinalis ſaturatius flaua paginam ſuperiorem percurrit. *Faux* barba flauicante clauſa.

Stamen. Filamentum vnicum, erectum, lanceolato-ouatum, inter lacinias duas dorſales limbo dorſali adnatum, planiuſculum, antice conuexiuſculum, poſtea linea exaratum, laciniis approximatis dimidio breuius, rigidius concolor.

Anthera verſus medium anteriore pagina ſtamini adnata, adſcendens, ouata, compreſſa, tota alba, hinc plana, marginata, ſulco profundiore diuiſa, fertilis, dorſo rotundata, glabra, apice ſuperiore *coronula* prominula ſupra ſinum ſulci dorſo adnata, obtuſa, membranacea, minima, baſi bifida acuta calcarata, calcare vtrinque ſolitario e dorſo antherae prodeunte ſtricto tereti acuto longitudine antherae, albo.

Piſtillum. Germen inferum, cylindricum, breue, piloſum, vix tubo craſſius.

Stylus inter nectaria erectus, capillaris, albus, glaber, a ſulco antherae receptus.

Stigma vix extra apicem antherae prominens, clauatum, obtuſum, concauum, quadridentatum, album.

Nectaria duo intra tubum germini inſidentia, erecta, cylindrica, ſtylum ſemicingentia, longitudine vix germinis.

Colitur in hortis Sinenſium, copioſiſſime Malaccae. Rariſſime ſemina profert.

20. HEDYCHIVM *coronarium*.

Gandſulium Rumph. Herb. Amb. V. p. 175. tab. 69. f. 3.

Gandaſſuri Maleys.

Krantz- oder *Huren-Blumen*.

Radices horizontales ſub humi ſuperficie, tereti uſculae, cicatricibus annularibus quae ſquamis deciduis cinctae, albae, ſubtus fibras filiformes emittunt.

Caules plurimi conferti et remotiuſculi, ſimplices, erecti, vaginis foliorum undique veſtiti, teretes glabri, bi-tri-pedales, craſſitie pennae anſerinae;

Folia ſeſſilia, alterna, bifaria, patentia, oblonga, acuta, integerrima, vtrinque glabra, ſpithamea, ſeſquipollicem lata, laete viridia.

Flores terminales numeroſi in faſciculum collecti, ante effloreſcentiam aliqualiter in ſpicam ouato-oblongam per bracteas caducas conuoluti.

Bracteae geminae, oppoſitae, erectae, inaequales, flores 2 - 3 ſimulque faſciculum florum iuniorum iterum inuolucratum includentes: *exterior* ouato-oblonga, marginata, acuta, extus glabra leuiterque ſtriata, intus leuis coriacea, calyce parum breuior; *interior* lanceolata, acuta, membranacea, minus concaua, exteriori multo minor.

Calyx. Perianthium monophyllum, tubuloſum, ſupra medium parum inflatum, ad apicem diuiſum, lanceolatum, acutum, ipſoque apice coronatum, glabrum, membranaceum, tubo floris dimidio breuius.

Corolla monopetala, ſupera, tubuloſa.

Tubus erectus, parum curuatus, filiformis, leuis, albus, infra faucem parum inflatus, ſubcarnoſus, ſubrigidus, vix palmaris *).

Limbus duplex.

exterior tripartitus; *lacinia inferior* pendula, *laterales duae* patentes: omnes lanceolatae, acutae, (laterales acutiores) membranaceae, neruoſae, extus ſtramineae, intus magis albicantes, tempore matutino praeſertim pluuioſo planiuſculae, alias conuolutae hincque teretes.

interior tripartitus; *laciniae* erecto-patentes approximatae, in ſemicirculum diſpoſitae. *laterales duae* oblongae apicibus retuſis, margine repando interdum lobo vno vel altero aucto, vndulato, niueae, baſi ſubluteae, calloſae, ſulco longitudinali inſtructae, longitudine aequales; *intermedia* obuerſe cordata, lata, profunde fiſſa, repanda, concaua, tenerrime venoſa, membranacea, niuea, diſco bicarinato nitido luteo calloſo, lateralibus multo latior, longitudine aequali.

Faux perforata, oualis, marginata, margine denticulato, prominulo, luteo.

Stamen. Filamentum fauci tubi adnatum, erectum, canaliculatum, glabrum, craſſum, luteum, longitudine corollae.

Anthera erecta, parum recuruata, lineari-oblonga, profunde canaliculata, marginibus fertilis, baſi haſtato-diuiſa, apice rotundato, calloſo, dorſo concaua, leuis, nitida; aurantio-lutea, filamento vix duplo craſſior.

Piſtillum. Germen lineari-triquetrum, glabrum, craſſitie tubi floris, circiter tres lineas longum.

Stylus intra tubum nectariis cinctus, capillaris, tenuis, glaber, albus, ſulco tubi, filamenti antheraeque receptus.

Stigma extra antheram prominulum, obuerſe ouatum, oblique truncatum, perforatum, ciliatum, viride.

Nectaria gemina germini inſidentia, ſubcylindrica, apicibus rotundata, glabra, approximata, germine breuiora.

Obſeru. Figura limbi interioris variat. Laciniae laterales non raro ad margines denticulatae, repandae, vel vno pluribusue lobis inſtructae, vnde *Rumphii* figura citata tantum differt a pleriſque exemplaribus. Laciniae intermediae margines baſi ſaepe paruas luteas nitidas glandulas habent.

Odor huius floris gratiſſimus, ideoque a mulierculis ad coronulas vſitatiſſimi Malaccae.

Semina ibidem nunquam profert, ſed propagatur e gemmis fruſtulisque radicum, et ex his facillime creſcit, vbique quaſi ſpontanea.

*) Menſura haec mihi quidem dubia videtur, an vero ideo erronea ſit, diiudicare non audeo.

21. BANKSEA *ſpecioſa.*

Herba ſpiralis Rumph. Herb. Amb. VI. p. 143. 144. t. 54. f. 2.

Tſiana kua Rheed. Hort. Mal. XI. p. 15. t. 8.

Tawar Maleys.

Radices horizontaliter infra humum diffuſae, teretes, cicatricibus annularibus Zinziberis inſtar notatae, ramoſae, nodulos protuberantes erectos conicos acutos pro futuris ſtolonibus ſparſim emittentes, pollice duplo craſſiores, albae, fibras filiformes ſimplices deſcendentes habent.

Caules plerumque numeroſi, remotiuſculi, ſimplices, raro erecti, plerumque adſcendentes, ſupra radices clauati, teretes, inferne ad quartam partem vaginis aphyllis veſtiti, ſupra has folioſi, verſus ſummitatem parum ſpiraliter torti, ſaepius homine ſesquialtiores, pollice craſſiores, articulis plus minus palmaribus, geniculis nonnihil prominulis, planiuſculis.

Folia patentia, alterna, petiolata, ſuperiores ¾ partes caulis vaginis ſuis obducunt, ouato-oblonga, integerrima, apicibus parum recuruatis, acutis, ſaepius acuminatis acumine ſetaceo, verſus apices vtrinque ante margines neruo magis conſpicuo albicante; ſupra leuia ad angulum acutum leuiſſime ſtriata, neruo communi albicante, ſubtus pilis molliſſimis breuiſſimis adpreſſis veſtita et neruis euidentioribus ſtriata; *inferiora* latiora, minus, acuta, breuiora, omnia ſubcoriacea.

Vaginae inferiores articulis adpreſſae, interſtitiis longiores, vnde parum imbricatae, tubuloſae, ad apices ſemiouatae, marginatae, marginibus parum fimbriatis, glabrae, neruoſae, membranaceae, rigidiuſculae, vix ſesquipalmares.

- *foliorum* his ſimiles, oppoſitae, oris bifidis fimbriatis, fimbriis cauli adpreſſis, ſetaceis albicantibus e fibris vaginarum elongatis productis.

Petioli ſemiteretes, breues, ſubcalloſi, craſſiuſculi, ſupra canaliculati.

Spicae terminales, ſolitariae, ſeſſiles, nutantes, ſtrobiliformes, ouato-oblongae, ſubſpithameae et pollice plus minus triplo craſſiores, diu permanentes, e floribus in nouem ſeries regulares diſpoſitis, imbricatim receptaculo communi impoſitis; ſeries ſpiraliter adſcendentes; interſtitia propter anguſtiores calycum apices magis diſtincta.

Bracteae duae pro ſingulo flore;

exterior calyce adpreſſa, ouata, marginata, ciliata, apice prominulo acuminato carinato calloſo, concaua, nitida, leuiter ſtriata, coriacea, rigidiſſima, ſanguinea, calyce breuior.

interior angulo laterali calycis arcte adpreſſa, oblonga, acuta, carinata, leuis, minus coriacea et colorata, exteriore breuior.

Calyx. Perianthium monophyllum, tubuloſum, triquetrum, baſi dilatatum, dorſo latiore, angulis lateralibus acutis, minus coloratis, leue, nitidum, coriaceum, rigidum, ſanguineum, ore anguſtiore trifido; laciniae duae dorſales approximatae, erectae, ſemiouatae, acuminatae, parum marginatae; anterior vero lacinia magis oblonga, apice deſtituta.

Corolla ſupera, baſi tubuloſa.

Tubus erectiuſculus, campanulatus, ſubanguloſus, calyce breuior, ſubcarnoſus, albus.

Limbus duplex.

exterior tripartitus; *laciniae* interiori limbo [illegible]eſſae, oblongo-lanceolatae, acutae, apicibus prominulis conuoluto-[illegible]tis, glabrae, planiuſculae, membranaceae, 7-8 nerueae, niueae, ſub[illegible]les, interiore limbo dimidio fere breuiores.

interior nutans, cucullato-campanulatus, magnus, 2 pollices longus, ore tres pollices lato, primo aſpectu *conuoluulis* ſimillimus, dorſo vsque ad tubum fiſſo; margines dorſales baſi ſupra dorſum ſtaminis hiantes, poſtea inuicem impoſiti, ſiniſtro dextrum incumbente, vtroque plicato vndulato; latere inferiore carinulis ſeu ſulcis quatuor longitudinalibus approximatis noſatus, extus glaber, niueus, intus praeſertim latere inferiore et verſus faucem pilis citrinis mollibus obſitus, membranaceus. *Faux* pilis denſis citrinis clauſa.

Stamen. Filamentum ſupra faucem tubo corollae vnitum, incuruatum et apice recuruatum (inſtar litterae S. inuerſae) lateri inferiori limbi interioris incumbens, lanceolatum, planum, membranaceum, rigidiuſculum, neruoſum, dorſo pilis maioribus albis baſi citrinis, denſe obſitum, limbo interiore dimidio breuius, lineas 4-5 latum.

Anthera in diſco filamenti paginae anteriori infra apicem adnata, apice recuruato coronata, linearis, anguſta, ſulco paruo diuiſa, vtrinque ad apices calloſa, alba.

Corona apex filamenti recuruatus, vtrinque glabra, pilis minimis adſperſa, marginibus vndulata, diſco paginae anterioris linea longitudinali citrina, anthera, longior et multo latior, membranacea, filamento tenerior.

Piſtillum. Germen inferum baſi calycis vnitum.

Stylus erectus, teres, glaber, albus, baſi craſſior, ſuperne a ſulco antherae receptus.

Stigma ſupra antheram prominulum, dilatatum, incuruatum, compreſſum, obtuſum, ciliatum, dorſo biglanduloſo, glandulis albis minutis.

Nectaria nulla.

Pericarpium. Capſula oblonga, triquetra, calyce coronata, trilocularis, marginibus dehiſcens.

Semina plurima, oblonga, anguloſa.


Habitat in nemoroſis humidiuſculis Malaccae. Colitur in hortis pro vſu medico.

ANDREAE IOHANNIS RETZII

PHIL. MAG. AD REG. ACAD. LVNDENS. HISTORIAE NATVR. PROF.
R. ET ORD. DES. SOCIET. PHYSIOGRAPHICAE LVND.
SECRETARII ETC.

FASCICVLVS OBSERVATIONVM BOTANICARVM QVARTVS.

CVM FIGVRIS AENEIS.



LIPSIAE
APVD SIEGFRIED LEBRECHT CRVSIVM.
clↄIↄcclxxxvi.

VIRO NOBILISSIMO

D. THOMAE PENNANT

ARMIGERO.

Hunc Quartum Faſciculum in teſſeram grati animi offert.

AVCTOR.

L. B.

Ultra dimidiam huius Faſciculi partem pulcherrima conſtituunt Gramina, quae, nonnullis exceptis, communicavit infatigabilis ille in India orientali Botanices cultor, amicus mihi e paucis ſelectus D. KÖNIG, quem nec impenſae, nec moleſtiae, nec ipſa vitae pericula deterrent, modo Botanicen, dilectiſſimam ſibi Scientiam, locupletari inde videat. Plus una vice e faucibus orci erectus (*a*), mox novum iter parat, novisque periculis ſe exponit.

Hic egregius Vir, cujus erga me benevolentiam et amicitiam vix ſatis laudare poſſum, varia antea ignota Materiam Medicam illuſtrantia indagavit, nonnulla (*b*) communicavit, reliqua, ſi unquam ad nos ſoſpes, quod det Deus! redeat, curioſi ab eo exſpectare poſſunt.

(*a*) Scribit in ultimis litteris d. 16 Octobr. 1782 Tranquebariae datis: „Nuper iterum morti proximus „fui, morbo enim diro, quem Dyſenteria Apoplectica appellare fas eſt, tenebar, quo me mor„tuum jam in urbe rumor ſpargebat. Sanitatem reddidit Clementiſſimus Deus. Integer tamen „menſis ante perfectam reſtitutionem tranſiit. Morbi curſus hic eſt: Diarrhoea corripitur aeger „cum elaſtica quaſi excrementorum ejectione; dein ſequuntur ejusmodi dejectiones, quae nihil niſi „humorem lymphaticum clarum continent. Manus mox frigent cum pedibus. Manuum muſculi „contrahuntur, et hae aeque ac facies flavidum glutinoſum mucum tranſſudant. Pulmones angu„ſtantur, vox rauca vix adſtantibus percipienda. Alii timore percutiuntur, alii indolentes viden„tur. Pulſus in omnibus extremitatibus deficit et tantum ad arteriam Carotidem obſervatur, quam„vis irregularis. Nonnulli iam vomunt. Ungues lividi fiunt, et diri ſpaſmi brachia et ſuras „corripiunt, cum clamore aegroti. Haec mors ſequitur ſine inſigni convulſivo motu. Curſum hunc „ſequitur morbus, qui ſaepe intra ſemihorium terminatur, nonnunquam ſex ad octo horarum ſpa„tio abſolvitur. Qui remediis ſublevantur idoneis ad nychthemi ſpatium illum protrahere poſſunt. „Pauci ſibi relicti convaleſcunt. Hunc ego morbum periculoſiſſimum vici et ſoſpes prolixe de„ſcripſi.“ —

Vix ſanatus iter in Bengalam meditatur, qui Malaccam, Siam, ter aut quater Zeylonam etc. vidit, et plura quam ullus alius in hiſce oris collegit. Fati celeberrimorum *Haſſelquiſt*, *Forskåhl*, *Löfling*, *Commerſon* memor rogavi, immo obſecravi, ut Europam cum theſauris ſuis redeat, nec fatalem terminum in India exſpectet, ne cum ejus vita praecipuus itinerum fructus deſideretur. Sed inſatiabile rerum naturalium deſiderium Illum tenet, omni laude digniſſimum. Hiſtoriam Naturalem quotannis multis et curioſiſſimis inventis ditat, et cum amicis in Europa degentibus multa communicat e re Herbaria, ſed quae haud minoris momenti in Animali regno detexit, vereor ne, ſi in India diem ſubiret ſupremam, omnia cum eo pereant.

(*b*) Haud inutile duco, quae ad meas de his quaeſtiones communicavit, apponere.

Excoecaria ad Tranquebar viliſſimum eſt lignum, quod combuſtum foetet, leve eſt, et ſtraminis inſtar deflagrat. Nonnulli mihi pro certo affirmavere Succum lacteum venenatum eſſe et homines eo inſperſos intumeſcere, etiam mori. Ego autem ſaepe ramos abrupi, ut ſemina haberem, et ſuccum hinc inde in me ſparſim absque ullo incommodo vidi.

Columba Radix a Luſitanis e Mozambique adducitur; ibi vero a Caffris in continente emta habetur, et lucroſa omnino eſt merx, nam Inſulani illa multum utuntur, etiam in Dyſenteria, ſed moriuntur ſaepe cum Medicina in ore.

Sanguis Draconis copioſe in peninſula Malacca colligitur a ſpecie *Calami*, ſed ad Chinam fere omnis transportatur, ibi enim maximo cum lucro venditur. De *Sanguine Draconis Soccotrinenſi*, quod ab eadem planta colligatur, vix credo. *Malaccenſis* ſaepe Gummi Damar, quod Animes eſt ſpecies, adulteratur.

Terra Japonica. D. FOTHERGILL, qui D. KERR ſequitur, contendit illam e *Mimoſa ſpicata* Pluk. Mant. fol 1. pl. 5. 6. tab. 329. f. 5. 6. provenire. Ego de hoc dubito. Quae e Malabarico littore huc venit Tamulis *Malagalam* dicitur. Vera Terra Japonica Tamulis *Kaskatti* audit, et a

Interea mei Faſciculi de ejus, non minus quam reliquorum Amicorum, erga Scientiam et erga me animo teſtes ſint. Inſervient ſimul inſtar continuationis *Supplementi Plantarum*, a LINNÉO utroque, proh dolor! demortuo editi. Illos continuare mihi propoſui, donec potuero. Si placeat propoſitum, ſi labor ipſe; Amicorum eſt, benevolas porrigere et auxiliatrices manus. Si vero ſecus, opto, ut, quibus copia eſt novarum plantarum, illas ipſi deſcribant. Perinde enim eſt a quo deſcribantur, modo fiat. Laudem enim et nomen non quaero, ſed utilitatem et ſcientiae florem.

pauperioribus cum Betel manducatur; opulentiores vero ſucco utuntur, qui e Malacca provenit, et *Cattu-Cambar* vocatur, quique e *Cinchonae* ſpecie copioſe excoquitur. Secundum *Kaempfer* in itin. Japon. haec vera erit Terra Japonica.

Gummi Gutta vera Zeylonenſis e *Cambogia Gutta* non provenit, ſed ab alia arbore polygama fructu Ceraſiformi, eduli, quam alia vice deſcribam. Gummi illud in Zeylona collegi, quod prunis inſperſum ſuavi odore reficit.

Plura in ſequente Faſciculo communicabo.

1. JUSTICIA *acaulis* L. Suppl.
Deſcriptioni adde
Folia ſaepius lyrata, alia tamen in eadem planta integra.

2. GRATIOLA *Lobelioides* caule ſubnudo ſtipulato, foliis oblongis integerrimis, panicula dichotoma, capſulis ſubgloboſis.

Deſcriptionem celeberrimi inventoris, quamvis non nihil prolixam, potius quam novam ex ſicco ſpecimine conficere, addere volui.

Radices capillaceae, numeroſae, faſciculatim confertae, ſimplices, breves, niveae.

Caulis ſimplex, varius ſupra medium diviſus, erectus, aphyllus, teres, ſulculo oppoſito obſoleto lato utroque latere notatus, leviter ſtriatus, glaber, articulatus, articulis plerumque 5 ſtipulatis, pedalis.

Folia ſupra radicem 2^m^ l. 3^m^ parium, oppoſita, ad articulos approximatos adnata, ſeſſilia, erecta, apicibus parum recurvatis, lineari - oblonga, acuta, integerrima, ſtriis leviter notata, utrinque glabra, pagina inferiore parum concava ſubcarnoſa; inania, caule triplo latiora, pollicaria, interdum baſi parum colorata praeſertim ſubtus.

Stipulae ad articulos adnatae 2 oppoſitae, ſeſſiles, ſemiovatae, adpreſſae, acutae, integerrimae, glabrae, ſubcarnoſae, caule foliisque viridiores, parvae.

Panicula terminalis, laxa, rara, ex pedunculis plerumque ſimplicibus compoſita.

Pedunculi patentiuſculi, alterni, remoti, teretes, glabri, pilis raris interdum adſperſi, tenues, ſubaequales, baſi bracteati, ſubrubro - virides.

Pedicelli flore longiores.

Bracteae ſtipulis ſimiles, niſi quod parum anguſtiores, parvae.

Flores inferi.

Perianthium monophyllum, campanulatum, glabrum, parvum, quinquepartitum; *laciniae* adpreſſae, oblongae, marginatae, inaequales: ſuperiores 2 parum majores apice magis rotundato; floris tubo brevius.

Corolla monopetala, irregularis, patens, baſi tubuloſa. *Tubus* erectiuſculus, teres, colore obſcuriore ſtriatus, calyce longior. *Limbus* incurvato - patens, campanulatus, inaequalis compreſſiuſculus, quadrifidus. *Lacinia ſuperior* vix adſcendens, obcordata, planiuſcula, reliquis brevior, coerulea; *laterales* rectae, oboratae, apicibus oblique retuſae, ſuperiore paulo longiores, concolores; *inferior* patens, obcordata, planiuſcula, in diſco macula alba obcordata punctisque coeruleis obſcurioribus raris picta: reliquis duplo major. *Faux* nuda compreſſiuſcula.

Stamina. Filamenta 2 remota intra faucem tubo adnata, baſi erecta, apicibus parum tortuoſo - curvata, glabra, brevia, fuſco - viridia. Barba ad baſin filamentorum ex pilis ſericeis albis brevibus. *Antherae* connatae! ſingulae geminatae et ante effloreſcentiam diſtinctae; ſingula pars oblonga, erecta, utrinque acuta, lutea, poſtea difformes; biloculares.

Rudimenta Staminum 2 approximata inter vera tubo floris adnata, parum prominula, plana, ſtricte decurrentia, pilis niveis minutiſſime barbata, in nonnullis ſpeciminibus vix diſtinguenda.

Piſtillum. Germen ſuperum, ovatum, glabrum, ſulculis utrinque notatum.

Stylus erectus, glaber, viridis.

Stigma infra antheras peltatum, ſuborbiculatum, magnum, parum concavum, glabrum, margine anteriore integrum: dorſali utrinque emarginatum: intra emarginaturas denticulis geminis rectis approximatis calloſis. Iuxta dentes verſus diſcum callus prominulus, albicans duriuſculus.

Capſula ovata, glabra, ſulco minimo notata, calyce duplo longior, bilocularis, bivalvis.

Semina numeroſa, oblonga, utrinque acuta, ſubrugoſa, receptaculo bipartito adnata.

Habitat in agris Oryzaceis. Viget tempore pluvioſo copioſe prope Tranquebar, alibi rarior. *Cel.* KÖNIG.

3. GRATIOLA *grandiflora* caulibus decumbentibus, foliis ovatis ſerratis, pedunculis oppoſitis, capſulis ſubulatis.

Habitat prope Tranquebar, Madras, Siam, Malacca, ſolo humido pingui. Dedit *Cl.* KÖNIG.

Caules decumbentes, bifidi, anguloſi, glabri.

Folia oppoſita, ovata, ſerrata, ſaepe etiam crenata, glabra.

Pedunculi oppoſiti.

Flores ratione reliquarum partium magni.

Capſulae longae, ſubulatae.

4. GRATIOLA *veronicifolia*, caule repente, foliis ovato-lanceolatis acute ſerratis, floribus terminalibus oppoſitis.

Creſcit cum Gr. grandiflora D. KÖNIG, qui plantam dedit.

Caules angulati, diffuſi, procumbentes, ad denicula longas radiculas emittentes.

Folia oppoſita, ſeſſilia, ovato-lanceolata, acute ſerrata.

Flores parvi, ſaturate coerulei, terminales, oppoſiti, bracteati, pedunculati.

Calyx quinquefidus, linearis.

Capſulae ſubulatae.

5. GRATIOLA *oppoſitifolia*, caule adſcendente, foliis lanceolatis *ſerratis*, pedunculis oppoſitifoliis.

Habitat ad Tranquebar in agris oryzaceis et *humidiuſculis. Viget tempore* pluvioſo *Cl.* KÖNIG.

Caules plerumque adſcendentes, rarius erecti, quadranguli, ſtriati.

Folia lanceolata, argute ſerrata, nuda, inferiora oppoſita: axillis ſaepius ramiferis, ſuperiora alterna.

Pedunculi ad folia alterna oppoſitifolii.

Capſulae longae ſubulatae.

6. GRATIOLA *hyſſopifolia.* Linn. Mant.

Folia ſaepius ovata, inprimis inferiora.

Capſulae ovatae.

Obſ. Foliorum ad articulos proportio, nullam dat notam conſtantem.

7. LOEFLINGIA *indica*, caulibus depreſſis, foliis ſubtetragonis lanceolatis, ſtipulis ſcarioſis, pedunculis dichotomis.

Pharnaceum depreſſum. L. Mant. alt. p. 562.

Habitat in agris oryzaceis et ſtagnis tempore arido exſiccatis. Viget copioſe Aprili et Majo. *Cel.* KÖNIG.

Calyx pentaphyllus, foliolis carina viridi-nigricante: margine lato ſcarioſo.

Corolla calyce minor, purpurea.

Capſula unilocularis, polyſperma.

Cetera vide Mantiſſ. l. cit.

8. SCHOENUS *cyperoides*, culmo compreſſo ſemitereti nudo, ſpicis ſeſſilibus lanceolatis tortis: infima involucrata.

In paſcuis aridis ſolo indurato Zeylonae lectum communicavit *Honorat.* KÖNIG.

Radices ſimplices, filiformes, deſcendentes.

Culmi ſolitarii, pedales et ultra, nudi, compreſſo-ſemiteretes, ſtriati.

Folia filiformia, longitudine circiter dimidia Culmi, baſi vaginis fuſcis emarcidis veſtiti.

Spicae 2-7 ſeſſiles, forma et torſione *Cyperi monoſtachyi;* ſed plus duplo latiores, nitidae: infima involucrum habet monophyllum, ſpica brevius.

Squamae cymbiformes, compreſſae, carinatae, mucronatae, cartilagineae.

Stamina tria: filamentis membranaceis.

Germen trigonum, pedicellatum, album.

Stylus triqueter.

Stigmata tria.

9. SCHOENUS *Bobartiae* culmo compreſſo, capitulo terminali, involucro pentaphyllo.

Dedit Cl. KÖNIG forte e Zeylona.

Radices plures, congeſti, e tunicis fuſcis inflatis bulboſae videntur, fibras longas perpendiculares demittunt.

Folia linearia, laxa, ſaepe culmi altitudinem ſuperant.

Culmus compreſſus, ſubpedalis.

Capitulum ſpiratum, breve, terminale, involucratum, rachi tereti.

Spiculae plures, ſquamis ſcarioſis ovatis, cavis ſubquinis.

Involucrum pentaphyllum, foliis decreſcentibus: longiore 9, breviſſimo ſesquipollicis longitudine.

10. CYPERUS *pygmaeus*, culmo tereti, umbella compoſita involucrata, ſpicis lanceolatis, glumis mucronatis.

In arenoſis Tranquebariae lectum miſit *Cel.* KÖNIG.

Radiculae faſciculatae, fibroſae, pollicares.

Folia radicalia, filiformia, culmo duplo longiora.

Culmus teres, ſtriatus, vix ſesquipollicaris.

Umbella compoſita, pedunculis 5-6 umbellulatis.

Spiculae umbellularum 4-6, lanceolatae, compreſſae, pallidae, medio ruſofuſcae: *glumis* carinatis mucrone parvo terminatis.

Involucrum tetraphyllum umbella triplo longius.

11. CYPERUS *arenarius*, culmo compreſſo nudo, ſpicis capituli glomeratis ſeſſilibus, involucro ſubmonophyllo.

Creſcit in arena volatili Indiae orientalis. Communicavit *Honor.* KÖNIG.

Radices articulatae, repentes, plures, faſciculos foliorum baſi vaginatos emittunt.

Folia filiformia, nuda, 3-6 pollicaria, compreſſa, ſtriata, hinc canaliculata, flavo-viridia.

Culmus e faſciculo foliorum ſolitarius, ſtriatus, compreſſus, foliis nonnihil altior.

Capitulum ſeſſile e ſpiculis 8-12 compoſitum.

Spiculae craſſiores, compreſſae, diſtichae, e *ſquamis* lato-ovatis, cymbiformibus, ſtriatis, fuſcis, albo-marginatis.

Involucrum monophyllum, capitulo longius, compreſſum. Saepe alterum folium capitulo brevius adeſt.

12. CYPERUS *capitatus*, culmo ſubanguloſo ſtriato medio folioſo, capitulo terminali triphyllo, ſpicis ſeſſilibus.

Locum natalem ignoro, forte indicum gramen.

Radiculae fibroſae, breves.

Culmus 4pollicaris, ſubangulatus, compreſſus, ſtriatus, baſi folium unum vel alterum, in medio vero faſciculum habet.

Folia baſi multum latiora altitudinem culmi parum ſuperant.

Capitulum globoſum e *ſpiculis* ſeſſilibus lineari - oblongis.

Glumae imbricatae, ſcarioſae, mucrone ſubariſtato recurvo terminatae.

Involucrum triphyllum, inaequale.

13. CYPERUS *ſtoloniferus*, culmo nudo triquetro, umbella compoſita involucrata, ſpiculis lanceolatis.

E Tranquebaria miſit *Honor.* KÖNIG.

Radix bulboſa; fibris longis praedita, ſtolones horizontales ſquamis veſtitos apice bulbos folia et culmos gerentes emittit.

Folia anguſta, linearia, complicata, palmaria et ſemipedalia, baſi ſua culmum obveſtiunt.

Culmus ſpittamaeus, triqueter.

Umbella depauperata umbellulam unicam ſubſeſſilem tresque circiter pedunculatas, 3 - 5 ſtachyas habet.

Spiculae lanceolatae, rubentes, glumis imbricatis.

Involucrum ſubdiphyllum, folio longiore 1½ breviore ſemi - pollicari. Praeterea unum vel alterum folium adhuc brevius: omnia ſubulata, ſtriata.

14. CYPERUS *Pangorei*, culmo triquetro baſi folioſo, involucro triphyllo, umbella univerſali decompoſita: partialibus ſubtrifidis.

Cyperus Pangorei Friis Rottb. deſcr. et ic. p. 31. tab. 7. f. 3.

E Tranquebaria miſit *Amic.* KÖNIG.

Bene convenit cum deſcriptione Rottbölliana, niſi quod

Involucrum umbella longius

Squamae loco involucri partialis lanceolatae, apice longo filiformi.

Ochreae duplo longiores.

Spiculae non filiformes, ſed compreſſae, lineares, latiores quam in icone citata.

Sed tota haec differentia forte ab aetate pendet. Ceterum

Radix fibris multis inanibus.

Culmus 2½ pedalis.

Folia longa, inermia, laxa.

Pedunculi umbellularum flexuoſi.

15. CYPERUS *cinnamomeus*, culmo triquetro folioſo, umbella ſpiculis capitatis pedunculatis ſeſſibilibusque, involucro pentaphyllo ſerrulato - ſcabro.

In Caldario Horti fuit, ſub nomine *Cyperi ligularis*.

Radix fibroſa, annua.

Culmi tripedales et ultra, ſolitarii, triquetri, baſi folioſi, ſuperne nudi.

Folia culmo altiora, pollicem dimidium fere lata, plicata, carina inermi. Margo inferioris partis inermis, ſed ſuperioris aſper.

Involucrum pentaphyllum: foliolis plicatis margine ſerrulato - ſcabris, carina inermi.

Folium extimum 1½ - 2 pedes longum, reliqua breviora, ut quintum bipollicare ſit.

Umbella capitulis compoſitis: tribus pedunculatis pedunculis compreſſis; quinque vel pluribus ſeſſilibus, involucello ſubulato ſub ſingulo.

Ochreae 2 ad 12 linearum longitudine ancipites, oblique truncatae.

Capitula ovata, compoſita, cinnamomea, e

Spiculis congeſtis, compreſſis, diſtichis, linearibus. *Squamae* oblongae, imbricatae, viridi-carinatae, obtuſae, 6-9.

Obſ. Figura Scirpi ligularis in *Friis Rottb. deſcr. et ic. t.* XI. bene noſtrum refert. Sed nullum mucronem ſquamularum ſpicae vidi, nec ſquamas lanceolatas ad pedunculorum diviſionem, niſi involucella ſubulata capitulo ſingulo ſubjecta longiora intelligat. Ceterum deſcr. Linnei pedunculos habet triquetros et ſpiculas ſubulatas.

16. CYPERUS *Jeminicus*, a *Nob.* ROTTBÖLL in Deſcr. et ic. p. 25 deſcriptus et t. VIII. f. 1. depictus etiam in graminoſis Zeylonae naſcitur, ubi bulbi ab indigenis comeduntur, ut in litteris retulit *Cel.* KÖNIG. Definitio vero ſpecifica a *D.* ROTTBÖLL data minus apta, potius haec erit:

C. culmo triquetro ſeminudo baſi bulboſo, involucro diphyllo, umbella ſubſimplici ſpiculis linearibus.

17. CYPERUS *compreſſus* L.

In Americana varietate *Involucrum triphyllum*

- - - Malabarica *tetraphyllum*

Zeylonica *pentaphyllum* eſt foliis longis.

18. CYPERUS *Luzulae* Friis Rottb. Deſcr. et ic. p. 23. no. 27.

A *Scirpo Luzulae* Ill. a Linné diverſiſſimus, niſi erronea ſit Ill. Viri deſcriptio. Cyperus enim Rottböllii, quem benevolentia *Cl.* KÖNIG poſſideo, ſine ullo dubio Cyperus eſt. Variat multum quoad involucri numerum, vidi enim foliis tantum tribus inſtructum.

19. SCIRPUS *glomeratus*, culmo nudo teretiuſculo, umbella glomerata, involucro diphyllo brevi, floribus diandris.

E Zeylona communicavit *Amiciſſ.* KÖNIG, ubi ad margines agrorum cum Scirpo dichotomo creſcit.

Radices longae, filiformes.

Folia radicalia, conferta, brevia, rigida, curvata.

Culmus ſubtereti-ſulcatus, nudus, ſolitarius, palmaris.

Umbella compoſita, glomerata.

Involucrum foliis duobus brevibus, rigidulis conſtat umbella brevioribus.

Involucella, ſquamae nonnullae ſcarioſae.

Spiculae ovatae e

Squamis latis, obtuſis, concavis, fuſcis, albo-marginatis.

Stamina duo.

20. SCIRPUS *arvenſis*, culmis compreſſis ſtriatis, umbellis ſimplicibus, involucro monophyllo brevi.

E Zeylona miſit *Honor.* KÖNIG.

Radices fibroſae.

Culmi bipedales, baſi vagina fuſca angulata bipollicari veſtiti, compreſſi, ſtriati.

Folium breve ſimul cum culmo e vagina exiens.

Umbella terminalis, ſimplex, 5-8 ſtachya. Raro pedunculus intermedius ſpicas duas pedicellatas gerit.

Involucrum plerumque monophyllum umbella brevius.

Spicae ovatae, fuſcae, pedunculatae, e

Squamis lanceolatis, a baſi ſenſim deciduis.

21. SCIRPUS *Polytrichoides* culmis compreſſis ſetaceis, ſpicis terminalibus ſolitariis ſubnutantibus monandris.

Gramen polytrichum Rumpt. Amb. T. VI. p. 17. t. 7. f. I.

Vulgatiſſimus in paſcuis depreſſis ſubudis Zeylonae. D. KÖNIG.

Radices capillaceae, nigricantes.

Culmi ceſpitoſi, depreſſi, 4 - 6 pollicares, ſetacei, compreſſi, ſtriati, baſi una cum foliis vaginata.

Folia breviora, filiformia.

Spica ſolitaria, ſubovata.

Bractea unica ſpica nonnihil brevior, acuminata.

Squamae ovatae, carinatae, obtuſae, ſcarioſae, apice fuſcae.

Stamen ſolitarium, raro duo.

22. SCIRPUS *nutans* culmo compreſſo ſubtetragono nudo, ſpica ovata, ſolitaria terminali nutante.

In uliginoſis Malaccae lectum dedit *Cel.* KÖNIG.

Radix fibroſa.

Culmi plures, ſpittamaei, filiformes, compreſſi, ex ſtria profundiore laterum anguſtiorum ſubtetragoni, baſi ſquamis brevibus fuſcis, dein vaginis 1 - 2 pollicaribus aphyllis veſtiti.

Spica ſolitaria, terminalis, ovata, nuda, nutans,

Squamis ovatis, integris, ſcarioſis, ſubfuſcis.

23. SCIRPUS *dichotomus* L.

Binas varietates e Zeylona miſit *Opt.* KÖNIG.

α. bipedalis, *umbella* magna, diffuſa, ramoſiſſima.

β. ſemipedalis *umbella* parva parce ramoſa.

utraque *culmos* habet nudos compreſſos, latere altero plano altero nonnihil convexo.

Fig. Pluk: t. 119. f. 3. verum icon ROTTB. *t. XII. f.* 1. et deſcriptio longe aliam innuunt plantam.

Semina in utraque varietate alba forte aliquam attentionem merentur.

24. SCIRPUS *lateralis* culmis triquetris nudis, ſpicis ſubternis lateralibus, involucro monophyllo brevi.

In Zeylona lectum dedit *Clar.* KÖNIG.

Culmi ſpittamaei - pedales, filiformes, triquetri, baſi vaginati.

Folia conformia, ſed breviora.

Spicae plerumque tres, quarum una pedunculata, paulo ſupra medium culmi egrediuntur. His ſaepius adeſt

Involucrum breve, monophyllum.

Obſ. His itaque a *Scirpo ſupino* abunde differt. *Flores* deſcribere nequeo, ſpecimina enim noſtra fructu maturo gaudent.

25. SCIRPUS *caribaeus* culmis faſciculatis ſetaceis ſulcatis, ſpica minima ovata terminali. *Friis Rottb. Deſcr.* p. 46. t. XV. f. 3.

E Zeylona miſit ſpecimina *Amiciſſ.* KÖNIG exacte deſcriptioni et figurae a *Nob.* ROTTBÖLL datis reſpondentia, praeter triquetros culmos, quos obſervare non potui; in meis exemplaribus enim compreſſi ſunt. Ceterum

Filamenta longitudine piſtilli, et

Setae tres tantum.

Semen ab interiore latere planiuſculum eſt, et ab exteriore dorſum elevatum habet, ut ovato - ſubtriquetrum dici poteſt.

26. SCIRPUS *aeſtivalis*, culmis depreſſis triquetris nudis, umbellis compoſitis involucratis, floribus monandris.

E Zeylona dedit *Cl.* KÖNIG, ubi vulgatiſſimus in fluviis fundo limoſo ſub Sirio exſiccatis.

Radiculae capillares, nigricantes.

Culmi triquetri, nudi, filiformes, bipollicares, depreſſi.

Folia filiformia, canaliculata, culmo plerumque longiora, hirta, baſi cum culmo ope vaginae conjuncta.

Umbellae pedunculis ſimplicibus et umbellatis.

Involucra filiformia, hirta, foliolis 5 - 8 quorum tria umbellâ longiora ſunt.

Involucella brevia, capillaria.

Spiculae tereti - ſubangulatae.

Squamae fuſcae, carinatae, acuminatae, acuminibus divaricatis, monandrae.

27. KYLLINGIA *ſumatrenſis*, umbella terminali: ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque cylindricis ſquarroſis, involucro univerſali polyphyllo, partiali nullo.

In Sumatra lectum dedit *plur. rever. Mag.* WENNERBERG.

Solo defectu *involucri partialis* differt a *Kyllingia umbellata* Rottböllii, et forte huc potius, quam ad umbellatam pertinet.

Scirpus cyperoides. L. Mant. alt. p. 181.

28. SCLERIAE genus, quod in Act. Reg. Acad. Scient. Suec. 1765 condidit *Nob.* BERGIUS, omnino videtur diſtinctum eſſe, et a genere CARICIS diverſum, pluresque ſpecies ſub ſe comprehendens, omnes fere ſub nomine *Caricis lithoſpermi* confuſas.

Hujus character eſſentialis erit:

Spicula Maſc. Gluma ſexvalvi 1 - 2flora.

- - *Foem.* - - ſexvalvi 1flora.

Semen globoſum album nitidum.

Numerus *Stylorum* diverſus eſt. D. BERGIUS unicum ſuis Scleriis tribuit, noſtrae tres habent.

Calamagroſtis Rumphii diverſiſſimum ab his eſt; *carex* vero *Amboinica* ejus videtur hujus eſſe generis.

29. SCLERIA *poaeformis*, culmo aphyllo, paniculae contractae ramis flexuoſis, ſpiculis ſeſſilibus: foemineis axillaribus, maſculis bifloris.

Miſit *amiciſſ.* KÖNIG.

Folia - - -

Culmus trigonus, lateribus planis.

Pedunculus communis paniculae multangulus, reliqui trianguli.

Spiculae maſculae teretes, alternae.

Foliolum capillare, breve ſub quovis paniculae ramo.

Facies fere Poae.

30. SCLERIA *tenuis*, culmo folioſo, foliis inermibus, panicula capillari, floribus ſeſſilibus: exteriore maſculo, interiore foemineo.

Zeylonenſe gramen communicavit *honor.* KÖNIG.

Facies junci tenuioris.

Folia filiformia.

Panicula parva, parum diviſa.

Flores omnes, praeter terminales ramulorum, ſeſſiles intra ſquamas communes, altero maſculo exteriore, foemineo altero interiore.

31. SCLERIA *levis*, culmo folioſo, foliis inermibus, paniculae ramis diviſis involucratis, ſpicis maſculis ſeſſili-pedunculatisque.

Ex India Orientali dudum habui.

Plurima cum *Scleria miti* Bergii l. cit. t. 5. habet communia, ſed

Spiculae maſculae ſeſſiles et pedunculatae

- - *foemineae* omnes ſeſſiles.

Foliolum l. *Involucrum* filiforme ſub quovis ramulo paniculae.

Folia anguſtiora.

Culmus anguſtior.

32 RESTIO *articulatus* culmis teretibus articulatis, ſpica ſolitaria articulata.

E Tranquebaria communicavit *Clar.* KÖNIG.

Radix repens, horizontalis.

Folia (l. *culmi ſteriles*) filiformi - teretia, articulata, inter articulos inania, 2 - 3 pedalia.

Vaginae tres aphyllae, quarum 1ª breviſſima tertiam pollicis partem, 2ª pollicem unum vel unum cum dimidio, 3ª quatuor ad quinque pollicum longitudinem aequat.

Culmus ſolitarius, craſſitie pennae anſerinae, 4 - pedalis, tereti - articulatus.

Vaginae quales in foliis, ſed longiores.

Spica ovata, ſquarroſa, pollicis ab apice culmi acuto remota ſpatio, lateralis.

33. CENCHRUM *granularem* Mant. alt. p. 575. e Sumatra et Malabaria poſſideo.

Uterque *folia* et *vaginas* piloſas, longis ſatis et albis pilis veſtitas habet.

Bracteae parvae flores in racemis diſtinguunt.

Racemi ſaepe plures quam duo ex eadem proveniunt vagina.

34. SACCHARUM *arundinaceum* paniculae confertae pedunculis diviſis, floſculis geminis ſeſſili pedicellatoque, corollis trivalvibus polygamis.

Colitur juxta ſepes et ad ſtagnorum margines prope Tranquebar, *alibi* rarius. Inde miſit *honor.* KÖNIG.

Culmi alti, usque ad 10 pedes, craſſi, ſemi - inanes, folioſi.

Folia lata, verticillata, culmo approximata.

Panicula bipedalis, contracta, rachi tetragona.

Pedunculi verticillati, triquetri, articulati, diviſi.

Flores bini, altero ſeſſili hermaphrodito, altero pedicellato ſaepe maſculo.

Calyx uniflorus, glumis aequalibus lana triplo fere longiore veſtitis.

Corollae ſaepius trivalves, valvulis hyalinis calyce minoribus: una longiore acuminata.

Nectarium ſquamulae 2. l. 3. tenerrimae, hyalinae.

Stamina tria, in maſculis ſaepe duo.

Styli barbati, nigricantes.

Tamulis *Pee-Carumbo*, id eſt: Saccharum Daemonum. *Culmi* toti ſaepe ad infimum tectorum ſtratum adhibentur, quum reliquis melius durent; ſed refugium quoque praebent Serpentibus, Lacertis etc. haec tecta. *Cel.* KÖNIG *in litt.*

35. PHALARIS *dentata* Linn. Suppl. p. 106.

In exemplari meo glumae minime hirſutae ſunt, ſed glabrae ac nudae, charactere itaque excludi debet *hirſuties.*

36. PHALARIS *aſpera* panicula ſpicata tereti, calycibus obcordatis mucronatis.

Habitat in alpibus Europae meridionalis.

Radix annua, fibroſa.

Culmi ſpithamaei, erecti, baſi ramoſi vaginati.

Folia anguſta, nuda, brevia.

Panicula ſpicata, craſſitie pennae anſerinae, 1 - 4 pollices longa.

Calyx obverſe cordatus, pallide viridis, durus, glumis aequalibus, ſuperne ventricoſis, mucrone terminatis, leviter carinatis.

Corollae glumae aequales.

Semen ovale, oblongum, minime compreſſum.

37. PASPALUM *longiflorum*, ſpica gemina, floſculis ovali-oblongis.

E Malabaria, ubi ad margines agrorum creſcit, miſit *hon.* KÖNIG.

Culmi adſcendentes, filiformes, tenues.

Folia brevia, acuta, patentia ad culmi baſin; dein vagina ad baſin fere culmi protenſa in folium breviſſimum terminatur.

Spicae 2 erectae, lineares culmum terminant.

Flores alterni, pedicellati, appreſſi.

Rachis plana, parum flexuoſa.

Calyces ovales, acuti, plani, virides, ſtriati, nudi, *Valvulis* aequalibus.

Corollae valvula altera calyci figura et magnitudine conformis, altera minor.

Facies Panici diſtachyi.

Huic generi potius quam *Milii* aſſociari puto.

38. PANICUM *ſetigerum*, ſpicis remotis, floſculis ſecundis, racheos dentibus ſetigeris.

E China miſit *Cel.* BLADH.

Culmi filiformes, ramoſi, folioſi.

Folia bipollicaria, baſi ſubcordata, marginibus vaginarum ciliatis.

Spicae inferiores remotae, ſuperiores ſaepe verticillatae, breves.

Flores ſecundi, geminati, vere ſeſſiles, altero tamen ſitu altiore.

Rachis depreſſa, dentibus pro floſculis manifeſtis ſeta una vel altera ab utroque floſculi latere inſtructis.

Calyx ovatus, acutus, valvula acceſſoria brevi, lata.

Obſ. Panicum repens Burm. Fl. Ind. p. 26. T. 11. f. 1. quod a *Panico* ejusdem nominis apud Linneum uti etiam a *Panico groſſario* ejusdem diverſiſſimum eſt, huc pertinere credo.

39. PANICUM *flavidum* culmo folioſo, ſpiculis remotis ſeſſilibus appreſſis ſecundis paucifloris.

E Zeylona miſit *honor.* KÖNIG.

Gramen erectum a bipollicari ad ſemipedalem altitudinem excreſcit.

Radix fibroſa, fibris indiviſis.

Culmi plures erecti, ad infimam ſpicam usque foliis glabris veſtiti.

Rachis elongata.

Spiculae 3-7 breves, plerumque ſexflorae, erectae, ſeſſiles, appreſſae tres pollicis quartas partes inter ſe remotae.

Flores globoſi, alterni, ſecundi, flavi, viridi-nervoſi.

Calycis glumae omnes apice violaceo.

Obſ. Multum affine *Panico-Brizoidi*, quod vero majus eſt, viride, foliis longioribus, vaginis relative anguſtioribus. *Spiculae* floribus usque ad 13 ovatis albis immaculatis inſtruuntur. *Ill. a* LINNE in Mantiſſa huic ſcil. *P. Briz.* adſcribit ſpiculas longitudine internodiorum et flores triplici ſerie diſpoſitos, quae in noſtro exemplari non inveniuntur.

40. PANICUM *ſquarroſum*, ſpicis geminis horizontalibus, involucris florum ſquarroſis, culmis decumbentibus.

In arenoſis Malabariae tempore pluvioſo frequens.

Gramen facie et ſtructura adeo ſingulare, ut proprium videatur conſtituere genus. *Cl.* autem KÖNIG, cui id debeo, Panicis adjunxit.

Culmi proſtrati, radicantes, ramoſi, folioſi.

Folia brevia, conferta, cum vaginis tomentoſa.

Pedunculus elongatus, erectus, nudus, terminatur

Spicis binis horizontaliter divergentibus, ſecundis, ſquarroſis.

Rachis membranacea, dilatata, flexuoſa, articulata. Cuique articulo adſidet

Faſciculus florum involucris vel bracteis difformibus cartilagineis obvallatus, bi - tri - florus.

Calycis valvula altera maxima ovata acuminata flexuoſa, altera minore lanceolata: utraque vero dura cartilaginea uti bracteae. *Valvula acceſſoria* parva, acuta, ſub majore.

Corolla lanceolata, magnitudine glumae calycinae minoris.

Spicam terminat faſciculus florum ſterilium.

Facies nonnihil *Cenchri*.

41. PANICUM *umbroſum*, ſpicis ſubquaternis remotis, floſculis geminis inaequaliter pedicellatis, culmo repente flaccido.

Habitat in graminoſis umbroſis Indiae Orientalis.

Miſit *Cel.* KÖNIG.

Culmi filiformes, pedales, adſcendentes, folioſi, debiles ad genicula radices emittunt.

Folia lineari - lanceolata, brevia, nuda.

Spicae ſubquaternae, rachi depreſſa.

Floſculi ſecundi, ſub - binati, ovati, acuti, uterque plerumque pedicellatus: pedicellis inaequalibus.

Calyx viridi - ſtriatus, hinc convexus, illinc planus, valvula acceſſoria brevi albida.

Corolla magnitudine et forma calycis, minime rugoſa.

Stigmata fuſco - nigricantia.

Semen album, a latere planiori marginatum.

42. PANICUM *ciliare*, ſpicis ſubdigitatis approximatis erectis linearibus, rachi flexuoſa: dentibus bifloris, calycibus ciliatis.

E Java et China adtulit *honor.* WENNERBERG.

Adeo ſimile *Panico filiformi*, ut facillime confundantur.

Gramen ſesquipedale, baſi ramoſum.

Calycis gluma exterior minor lanceolata, interior major longitudine corollae, utraque margine piloſa.

Valvula acceſſoria eſt ſquamula vix obſervabilis, ſaepe etiam deficiens.

Corolla glaberrima.

Flores lanceolati, acuti, altero ſeſſili.

Variat foliis plus minus vaginis geniculisque piloſis et nudis.

Obſ. In *Panico Aegyptio* Faſc. III. *valvula acceſſoria* eſt, denticulus minutus, *calycis valvula exterior* brevis, ovato - lanceolata, nuda.

In *Panico filiformi* vix major eſt *valvula acceſſoria*, ſed *valvula exterior calycis* longior et lanceolata.

In *Panico ſanguinali valvula acceſſoria* cum Panici Aegyptii coincidit, ſed *calycis gluma exterior* magis ovata.

Forte haec quatuor *Panica* nihil praeter varietates ſint.

43. PANICI *flexuoſi* in Faſc. III. deſcripti varietatem omnino glabram in Agris Oryzaceis paſſim obvenientem habui ab *amiciſſ.* KÖNIG.

44. PANICUM *iſchaemoides* panicula erecta contracta, calycibus biſloris polygamis acutis, culmo ſimplici, foliis diſtichis rigidis.

Vulgatiſſimum Malabariae in udis ad margines ſtagnorum gramen, proceritate reliqua Panica excedens. *Cel.* KÖNIG.

Culmi erecti, ſimpliciſſimi, folioſi.

Folia diſticha, patentia, vaginis margine tomentoſis.

Paniculae rami erecti, pauci, ad dimidias nudi ſtricti; pars floriger a vero flexuoſa.

Flores plerumque binati, altero pedicellato.

Calyces acuti, biflori, valvula acceſſoria breviſſima truncata.

Corollae longitudine calycis, altero hermaphrodito, altero maſculo.

Semen ovatum, planiuſculum.

Gramen totum exalbidum.

45. PANICUM *antidotale*, panicula nutante, calycibus bifloris polygamis acutis, culmo erecto ramoſiſſimo.

Colitur in hortis Malabarorum. *Honor.* KÖNIG.

Radix perennis, ſtolonifera.

Culmi octopedales et ultra, erecti, ramoſiſſimi.

Folia margine aſpera, etiam nervis majoribus licet minus.

Vaginarum Ora pilorum albidorum faſciculis fimbriarum more barbata.

Panicula pedalis, ramoſiſſima, nutans.

Pedicelli biflori, ita ut unus flos in pedicello alterius ſubſeſſilis ſit.

Floſculi copioſi, virides, tereti-acuminati.

Calyces biflori, valvulis acutis etiam acceſſoria, quae tertia parte brevior.

Corolla hermaphrodita dipetala, maſcula mihi monopetala viſa.

Semina ibi nunquam profert, ſed ſtolonibus propagatur, quare aliunde allatum exiſtimat D. KÖNIG.

Nigri hoc utuntur praecipue ad Ulcera Naſi, etiam ut diſcutiens in aliis caſibus vel tritum, vel in Cataplaſmat decoctione redactum. *Idem.*

46. PANICUM *remotum*, paniculae ramis triquetris, floſculis ſubgeminatis: altero pedicellato, culmo ramoſo tetragono-compreſſo.

E Tranquebaria miſit *Opt.* KÖNIG.

Culmi bipedales et ultra, tenues, compreſſo-tetragoni, ramoſi.

Folia linearia, 4-6 pollicaria, anguſta, nuda.

Panicula ramis trigonis, capillaribus, remotis, ſolitariis, ſuboctonis.

Floſculi remoti, plerique ſolitarii, ſeſſiles et pedunculati: hinc inde geminati, tuncque alter ſeſſilis, alter pedicello longo inſtructus, ovati, albidi.

Pedicelli quoque triquetri.

Calyx ſubaequalis, albidus, viridi-ſtriatus, valvula acceſſoria ovata.

Semen album, ovatum, planiuſculum.

47. PANICUM *ariſtatum*, culmo repente radicante, paniculae ramis indiviſis, floſculis binis ſeſſilibus ariſtatis.

E China adduxit *plur. rever.* D. WENNERBERG.

Culmus ramoſus, longe repens, ad genicula radices longas ſimpliciſſimas emittens, dein recta aſſurgens, ſupra folia pubeſcens.

Folia lanceolata, nuda, brevia.

Vaginae ciliatae, inter articulos dehiſcentes.

Panicula ſtricta, ramis paucis erectiuſculis, ſimpliciſſimis,

Floſculi plerumque bini, rarius terni vel ſolitarii, ſeſſiles.

Involucra ſetacea, numero variantia, alba.

Calycis valv. extima lanceolata, longitudine fere floris, ariſta triplo longiore recta terminata.

altera ovata, flore dimidio brevior, ariſta breviſſima terminali inſtructa.

tertia corollam amplectens, major, latior, mutica; omnes virides, ſtriatae.

Corolla lanceolata, aequivalvis, candida.

48. PANICUM *muricatum*, panicula patente, floribus ſolitariis muricatis, culmo radicante adſcendente.

Miſit *Cel.* KÖNIG.

Gramen ſesquipedale.

Culmus filiformis, baſi decumbens, hinc inde radicans.

Folia brevia, perfecte lanceolata, pilis albis ſparſis.

Panicula ramis brevibus ſolitariis ramuloſis, ad angulum acutum patentibus.

Flores parvi, ſolitarii, ſeſſiles pedicellatique, obliqui.

Calycis gluma cava brevior fere cymbiformis.

planiuſcula longior: utraque muricato-ſcabra.

acceſſoria parva, lanceolata, ſtriata, ſub antecedente poſita.

Corolla obliqua, glaberrima.

49. PANICUM *notatum*, panicula patente: axillis notatis, foliis lanceolatis ciliatis.

In Sumatra lectum dedit nuper nominatus D. WENNERBERG.

Gramen altum.

Culmus tenuis, geniculis nigris.

Folia lanceolata, acuminata, leviſſime piloſa, margine ciliata, 5 pollices longa et $\frac{3}{4}$ poll. lata.

Vaginae articulis breviores, oris barbatis.

Panicula fere pedalis, ramis longis ad angulum acutum patentibus ſcabris, in axillis nigro-notata.

Flores ſparſi, ſolitarii et binati, pedicellati, oblongi, acuti, parvi.

Calycis glumae binae interiores aequales, purpuraſcentes, *valvula acceſſoria* parum brevior albida; omnes lanceolatae.

Corolla longitudine et forma calycis.

50. PANICUM *radicans*, paniculatum, culmo ramoſo radicante, foliorum baſi vaginisque longitudinaliter ciliatis.

Ad *Canton* lectum dedit *Honor.* WENNERBERG.

Gramen pedale, tenue, glabrum.

Culmus usque ad paniculam folioſus, decumbens, ad genicula fibras longas ſimpliciſſimas ſolitarias radicantes demittens.

Folia lineari-lanceolata, acuta, ſesquipollicaria, baſi utroque margine ciliis longis albis inſtructa.

Vaginae longitudinaliter ciliatae.

Panicula bipollicaris, tenuis, erecta.

Flores parvi, pedunculati, obliqui, obtuſi, purpurei, nudi.

Calycis valvula acceſſoria acuta, longitudine dimidia planioris.

Obſ. Simile *Panico trigono* Faſc. II, etiam feminum forma. Vix hoc gramen ſub varietate anguſtifolia *Panici brevifolii* intellexit *Equ. a* LINNÉ.

51. AGROSTIS *linearis*, ſpicis ſubquaternis digitatis, floſculis unilateralibus alternis appreſſis muticis.

Miſit *honor.* KÖNIG. Ad viarum publicarum margines tempore pluvioſo vulgatiſſimum.

Gramen caneſcens, ſemipedale, ſimile *Panico lineari*.

Culmi praeſertim baſi folioſi.

Folia brevia, anguſta, diſticha, patentia.

Spicae tres, quatuor umbellatae, vix pollicares.

Rachis linearis, flexuoſa.

Floſculi alterni, ſeſſiles, ſecundi, rachi appreſſi.

Calycis glumae ſubulatae, patentes.

Corolla major, gluma exteriore majore minorem obvolvens.

Antherae ratione graminis grandes.

52. AGROSTIS *procera* paniculae pedunculis racemoſis erectiuſculis, floribus hirſutis muticis lanceolatis.

In graminoſis ſubhumidis Malabariae frequens. KÖNIG.

Culmi adſcendentes, quadripedales et ultra, ramoſi, folioſi, geniculis fuſcis villo tenui albo obductis.

Folia anguſta, nuda, ſemipedalia.

Panicula ſpithamaea, pedunculis ſolitariis erectiuſculis racemoſis.

Pedicelli clavati.

Flores lanceolati, compreſſi, acuti, hirſuti.

Calycis glumae ſubaequales, altera fuſco-purpuraſcente, altera viridi, utraque planiuſcula, ita ut calycis margines non plano ſeminis lateri, ſed margini ejus reſpondeant.

Corollae glumae minores, ejusdem ſitus, inaequales.

Antherae flavae.

Stigmata purpuro-nigricantia.

Semen album, ovatum, planiuſculum, hinc marginatum.

53. AGROSTIS *coromandeliana* panicula ovata patente, pedunculis ſimplicibus, floribus ſecundis muticis, calycibus aequalibus acutis nitidis.

In aridis duris Malabariae legit *indefeſſus* KÖNIG.

Gramen ſemipedale, caneſcens, rigidum a pecoribus non tangitur.

Radices numeroſae, flexuoſae, ſetaceae, rigidae, albae.

Culmi adſcendentes, filiformes, ſulcati, baſi folioſi, vagina longa demum veſtiti, quae ſine foliolo plerumque terminatur.

Folia radicalia, pollicaria, latiuſcula, lanceolata, carinata, acuta, rigida.

Panicula ovata, rara, pedunculis verticillatis patentibus ſubtus florigeris, ut mihi videntur viſcoſis, ſpatio a pedunculo communi remoto nudis.

Flores minuti, breviter pedicellati, nitidi.

Calyx aequalis, valvulis acutis nigricantibus.

Corolla paulo minor, valvula altera obtuſiore.

Semen flaveſcens, pellucidum.

54. POA *nutans*, panicula contracta apice nutante, ſpiculis decemfloris, valvulis reverſis.

E Tranquebaria miſit *Cel.* KÖNIG, ubi ad margines agrorum et in agris Oryzaceis minus ſubmerſis ſat frequens eſſe ſcripſit.

Culmi bi-tripedales, teretes, erecti, ſimplices.

Folia anguſta, brevia.

Paniculae contractae rami ſemiverticillati.

Spiculae ſubrubentes vel viridi-albicantes, lineares, ſubdecemflorae.

Valvula corollina exterior apice deflexo marginibusque reverſis.

55. POA *cynoſuroides* panicula ſtricta pyramidali, pedunculis patentiſſimis, ſpiculis dependentibus diſtichis.

Habitat in aridis ſterilioribus I. Or. *Cel.* KÖNIG.

Culmi bipedales, ſolitarii, teretes, erecti, baſi veſtiti foliis diſtichis reflexis. In culmo praeterea

Folia 2 - 3 convoluta.

Panicula tereti-pyramidata, ſaepe culmo longior, ſub floreſcentia colore ſanguineo inſignis.

Pedunculi terno - verticillati, horizontales, ſenſim ſuperiora verſus breviores. In his diſtiche poſitae ſunt

Spiculae confertae, numeroſae, multi (10) florae, dependentes.

Calyx valvulis inaequalibus.

Corollae valvulae acutae, carinatae.

56. POA *plumoſa*, panicula diffuſa, calycibus ſexfloris, valvulis corollarum interioribus linearibus recurvis dorſo ciliatis.

E Tranquebaria miſit *amiciſſ.* KÖNIG.

Radices fibroſae.

Culmi plures conferti ½ ad 1 pedales, filiformes, folioſi.

Folia 1 - 2 pollicaria, linearia, levia, vaginis ore pilis longis albis terminato.

Panicula diffuſa, pedunculis ramoſis flexuoſis.

Flores numeroſi, minuti.

Calyx ſubaequalis, acutus, carinatus, valvula exteriore ſi vitro intueatur minutiſſime dorſo ciliatus, 5 - 6 florus.

Corollae gluma exterior valvulae calycinae exteriori ſimilis, ſed aliquantulum major.

- - *interior* anguſta, recurva, dorſo ciliata, ciliis tamen quam in *Poa ciliari* minoribus.

Obſ. Flores lente vitrea inſpecti pellucidi pulchrum offerunt ſpectaculum ſeminibus etiam pellucidis transparentibus. A *Poa ciliari* L. differt forma paniculae, floribus et ciliis minoribus.

57. POA *amboinica* L.

Quod ſub hoc nomine communicavit gramen *Cel.* KÖNIG

Culmum habet evidenter compreſſum,

Paniculam brevem contractam ſpiciformem, et

Corollarum valvulam interiorem linearem curvatam et ciliatam ut *Poa ciliaris*, a qua tamen differt

Ciliis multoties minoribus,

Culmis depreſſis et

Foliis brevibus, vix pollicaribus.

Obſ. Errore factum eſt, ut in Mantiſſ. Plant. altera ad Poam amboinicam citetur *Phoenix amboinica Rumphii* Herb. VI. p. 19. t. 7. f. 3. Haec enim figura ut et deſcriptio ab hac maxime aliena eſt.

58. POA *viſcoſa* panicula oblonga patente, ſpiculis inferioribus trifloris: ſuperioribus duodecimfloris, culmis rigidis demum viſcoſis.

In glareoſis aridis Malabariae minus frequens tempore calido viget. *Cl.* KÖNIG.

Radices articulatae, ſtoloniferae culmorum folioſorum faſciculos emittunt.

Culmi ſpithamaei, teretes, rigidi.

Folia filiformia, convoluta, diſticha, brevia, rigidula.

Panicula ovato-oblonga, pedunculis brevibus patentibus ramoſiſſimis.

Spiculae lineari-lanceolatae, inferiores pauciflorae (3-5), ſuperiores multiflorae (12-13.)

Calycis gluma altera longior, altera brevior proxima gluma corollina.

Corollinae glumae ſimiles Poae amboinicae, valvula ſcil. interiore lineari verſus exteriorem recurva et dorſo parum ciliata.

Color paniculae ſaepius viridescens, alias incanus, non raro ſanguineus.

Obſ. Culmi, pedunculi, pedicelli et calyces viſcida materia obducti, qua fit, ut obambulantium ſoleae et fibulae inviſcentur, totaeque glumis obducantur. Odor terebinthinaceus atmoſphaeram praeprimis veſpertino tempore replet et obambulantes haud ingrate afficit.

59. FESTUCA *indica* panicula contracta erecta, ſpiculis compreſſis ſubariſtatis ſubſexfloris.

Tſiama pullu Rheed. Mal. T. XII. t. 45.

E Tranquebaria dedit *amic.* KÖNIG, ubi in agris Oryzaceis creſcit, in ſubmerſis erectis; in ſiccioribus decumbentibus culmis.

Facies omnino *Poae.*

Culmi tripedales et ultra, craſſitie pennae columbinae, ſtriatus, folioſus.

Folia linearia, vaginis baſi tumidis.

Panicula ſemipedalis, erecta, contracta, ramis ſimplicibus.

Spiculae compreſſae, 6-8 florae, parvae, alternae, breviter pedicellatae.

Calyx inaequalis, gluma exteriore majore carinata: interiore minore plana.

Corollae glumae ſubaequales, leves, exterioris nervo in ariſtam brevem plerumque terminato.

Obſ. Colore coeruleſcenti-viridi e longinquo dignoſcitur. Paniculae dimidia pars ſimul floret et patet, dein contrahitur florente altera parte.

60. ARUNDO *bifaria* culmo erecto folioſo, foliis bifariis, panicula coarctata, calycibus trifloris.

Habitat ad margines ſtagnorum et foſſarum in India Orientali. *Cel.* KÖNIG dedit.

Culmi erecti, craſſitie digiti minoris, folioſi.

Folia conferta, bifaria, patentiſſima, plana, pollicem lata, ſpithamaea.

Panicula erecta, contracta.

Calyx triflorus: valvulis acutis, trinerviis, membranaceis, exteriore anguſtiore nonnihil longiore.

Corollae gluma exterior longa, ſubariſtata, ventricoſa, extus lanata.

interior duplo brevior, hyalina, emarginata, nuda.

Antherae flavae.

Stigmata barbata, viridi-coerulea.

Flos tertius ſaepe neuter.

Malabaris *Nana Cadhi*, ad tecta uſurpatur, minus bene licet tegat. *Cel.* KÖNIG.

61. ARUNDO *karka* calycibus unifloris nudis flore ſubulato intus lanato multo brevioribus, panicula ſecunda nutante.

Dedit *Cl.* KÖNIG.

Culmus altus, priori anguſtior, inanis.

Folia longa, digitum transverſum lata, ſcabra.

Panicula biſpithamaca, contracta, ſecunda, nutans, rachi ſulcato-multangula.

Pedunculi ſemiverticillati, ſulcati, non articulati, longi, inaequaliter diviſi.

Flores ſparſi, pedicellis longis capillaribus innixi, ſolitarii, ſubulati.*

Calyx uniflorus, linearis, ſtriatus, nudus, inaequalis, corolla multo brevior.

Corolla lineari-ſubulata, calycis gluma majore duplo longior: glumis ſtriatis fere aequalibus convolutis extus nudis.

Lana longitudine corollae germen cingit.

*. In India Orientali vulgatiſſima ad tecta Indorum utitur. Panicula a ventis facillime mota directionem eorum indicat. KÖNIG.

62. ARISTIDA *ſetacea* culmo erecto, ariſtis ſcabriuſculis.

In aridis ſterilioribus Malabariae *Cel.* KÖNIG, unde ſub nomine Ariſtidae arundinaceae miſit. Ab hac vero certe diverſa.

Culmi ſtricti, ſimplices uti ex noſtro exemplari videtur.

Panicula contracta.

Calyx uniflorus: *valvula interiore* longiore tenuiore fere ariſtaeformi: *exteriore* parum breviore carinata, acuminata.

Corolla baſi lanata, ceterum nuda.

Ariſtae ſcabriuſculae.

Inter utiliſſima Indorum gramina. *Scopae* inde conficiuntur, ad dentes pectinum textorum adhibentur; chartae confectores loco fili Orichalcei illo utuntur; acuum vices ſubit ad Templa floribus ornanda, ad patinas e foliis conficiendas etc. *Cel.* KÖNIG in litt.

63. ARISTIDA *depreſſa* culmis trifido-ramoſis decumbentibus, ariſtis ſcabriuſculis.

Habitantem invenit *honor.* KÖNIG in ſterilioribus Malabariae cum priori.

Culmi decumbentes, filiformes, plerumque trifido-ramoſi, ſeſquipedales.

Folia anguſtiſſima, vix convoluta.

Panicula ſubſecunda.

Calyx uniflorus, valvulis carinatis acutis albis dorſo viridi, exteriore dimidio breviore.

Ariſtae ſcabriuſculae.

Corolla uti praecedentis baſi tantum lanata.

Multum ſimilis priori differt culmo, glumarum calycinarum longitudine relativa et forma. *Flores* ut etiam *Ariſtae* minores, breviores, minus divaricatae.

Ariſtae tertiae longitudo prae ceteris in diſtinguendis Ariſtidae ſpeciebus vix aliquid valet.

64. OLDENLANDIA *pentandra* floribus pentandris monogynis, foliis linearibus, pedunculis biſloris.

E Tranquebar miſit *Cl.* KÖNIG.

Similis *Oldenlandiae biflorae*, ſed major, ſemipedalis.

Caulis erectus, pubeſcens.

Folia oppoſita, ſeſſilia, linearia, integerrima, pubeſcentia.

Pedunculi axillares, ſolitarii, ſimplices, apice bifidi, foliis breviores.

Petala 5 parva, albida cum tinctura rubra.

Calyx 5 dentatus, pubeſcens.

Stamina 5.

Piſtillum 1.

65. OLDENLANDIA *digyna* floribus pentandris digynis ſeſſilibus, foliis lanceolatis.

E Tranquebaria etiam miſit *Cel.* KÖNIG.

Facies ab Oldenlandiis aliena.

Caules ramoſi, decumbentes.

Folia lanceolata, integra ſeſſilia.

Flores axillares, ſeſſiles vel breviſſime pedunculati.

Calyx 5 - fidus tubo globoſo.

Petala 5 minuta, alba.

Stamina 5.

Styli 2.

Capſula bilocularis, bivalvis.

66. OLDENLANDIA *trinervia* caule decumbente, foliis ovatis trinerviis, floribus verticillatis axillaribus, capſulis hiſpidis.

In umbroſis declivibus ſolo arenoſo humido praecipue ſub *Pandano* creſcit. *Cel.* KÖNIG, qui communicavit.

Radix ramoſa, tenuis.

Caules depreſſi, angulati, ramoſi.

Folia oppoſita, petiolata, lato - ovata, integerrima, trinervia, ſubpiloſa.

Flores axillares, verticillati, breviter pedicellati.

Fructus didymus, 4 - dentatus, hiſpidus.

67. HEDYOTIS *hiſpida* foliis lineari-lanceolatis, floribus verticillatis.

E Canton adduxit *honor.* WENNERBERG.

Caules ſemipedales, decumbentes, quadranguli, hiſpidi, ramo uno alterove.

Folia petiolata, lineari-lanceolata, acuminata, integra, utrinque hiſpida.

Petioli maxime hiſpidi, cum *ſtipulis* filiformi-laceris connati vaginam brevem conſtituunt.

Flores verticillati pedicellis vix obſervandis innixi.

Calyx hiſpidus, dentibus acutis.

Corolla infundibuliformis, laciniis acutis.

Stamina longitudine corollae.

Stylus ſtaminibus longior, clavatus.

Stigma incraſſatum.

Capſula ſemibilocularis, diſſepimento in medio capſulae evaneſcente nec apicem attingente, polyſperma.

68. SPERMACOCE *ſumatrenſis* hiſpida, foliis lanceolatis, corymbis terminalibus dichotomis.

In Sumatra lectam dedit *Cel.* WENNERBERG.

Caulis herbaceus, tetragonus, tomentoſus, articulis longis. *Rami* oppoſiti.

Folia lanceolata, petiolata, integerrima, hiſpida, nervis ſubtus tomentoſis.

Corymbi terminales e racemulis dichotomis.

Calyx minutus, 4 - dentatus.

Flores infundibuliformes.

Fructus diſpermus, 4 - dentatus.

69. EMBELIA Burmanni.

De charactere hujus generis eſſentiali nihil certi pronunciare audeo, non viſa ſpecie Burmanniana, fide autem *Opt.* KÖNIG binae ejusdem ſunt Species, ſcil,

EMBELIA *Ribes* foliis obovatis alternis. Burm. Fl. Ind. p. 62. *t.* 23. et
EMBELIA *Groſſularia* foliis ovato-lanceolatis oppoſitis, floribus tetrandris.
Hanc e Tranquebaria communicavit *Cel.* KÖNIG.
Arbor ramis oppoſitis.
Folia ovato-lanceolata, integerrima, pallide viridia, petiolata, nervoſa.
Racemi compoſiti, terminales ramorum, e foliorum axillis prodeunt.
Flores parvi, albeſcentes.
Calyx inferus, monophyllus, cavus, 4-fidus, laciniis rotundatis.
Stamina 4.
Filamenta ad diviſuram corollae adnato-decurrentia, ſupra diviſuram petalo breviora.
Antherae ſubrotundae, compreſſiuſculae, ab utroque margine dehiſcentes. Saepe alter tantum margo dehiſcit, unde trigona apparet.
Piſtillum.
Germen globoſum, ſuperum
Stylus nullus.
Stigma capitatum.
Fructus Bacca.

Obſ. Hujus generis mihi videtur *Ribeſioides* Linn. Flor. Zeyl. 403. quamvis pentandra ſit et pentapetala dicatur, quod ultro examinandum.

70. CELOSIA *nodiflora* L.
Calycis loco *bracteae* 1-3 lineares.
Corolla pentapetala.
Stamina baſi nectario affixa.
Stigma capitato-didymum.
Semen unicum, lenticulare, baſi emarginatum in
Capſula circumſciſſa.
Varietates duas habeo
α. foliis oblongis, capitulis pedunculatis
β. — brevibus ſubrotundis cum acumine, capitulis ſeſſilibus
priorem e Sumatra, alteram e Malabaria.

71. CRESSA *indica* corollarum apicibus barbatis, capſulis tetraſpermis.
Habitat in ſalſis Indiae Or. Viget a Februario in Iulium *Cel.* KÖNIG.
Adeo ſimilis *Creſſae creticae* ut ovum ovo, ſed differt
Corollis niveis extus piloſis, praeſertim ad apices laciniarum,
Capſulis tetraſpermis.
CRESSA CRETICA *itaque* corollis imberbibus, capſulis monoſpermis *dicenda.*

72. CAMERARIA *zeylanica* foliis ovato-lanceolatis transverſe venoſis.
Apocyno-Nerium Linn. Fl. Zeyl. 404. ubi deſcriptio.
E Zeylona ramulum miſit *Cel.* KÖNIG.

73. HELIOTROPIUM *malabaricum* foliis ovatis plicatis ſtrigoſis integerrimis, ſpicis ſubſolitariis.
Habitat in Malabaria.
Ut varietatem *Heliotropii Europaei Cel.* BURMANN in Flor. Ind. pag. 40. iconemque dedit in tab. 16. f. 1. ab hoc vero facile diſtinguitur.
Strigoſitate totius plantae,

Foliorum plicis et parvitate
Petiolis brevibus
Spicis ſaepe quidem geminis, verum non conjugatis
Calycibus minime imbricatis, ſed diſtinctis majoribus, ſemina etiam matura obvolventibus.

74. IPOMOEA *paniculata*, caule volubili, foliis ovatis acuminatis, pedunculis paniculatis. *Burm. Fl. Ind.* p. 50. t. 21. f. 3. deſcriptioni adde
Caules verſus fines, *folia* tenuiora, *pedunculi* et *calyces* tomentoſi.

75. POLYGONUM *barbatum* L.
Tres mihi ſub hoc nomine in Herbario plantae ſunt, quas ab autoptis ut vivae examinentur opto.
1. in *China* lecta
Folia et *Ochreas* habet hiſpidas,
Ochreas denique et *bracteas* ciliatas habet.
2. e *Malabaria*
tota glabra.
Ochreae tantum denticulatae.
Bracteae integerrimae.
3. e *Capite B. Spei*
tota glabra.
Ochreae et *bracteae* ciliatae.
Staminum et *ſtylorum* numerum in ſiccatis plantis tuto eruere non potui.

76. TURRAEA *virens* L. Mant. alt. p. 237. habet
Stipulas geminas lineares,
Ramulos tetragono-compreſſos,
Flores in paniculis brevibus axillaribus,
Petala lanceolata, obtuſa.

77. MELASTOMA *octandra* L.
In Syſtemate Nat. Ed. XIII. non minus quam in *Generoſiſſimi Auctoris Flora Zeylanica* ad hanc per errorem certe relata fuit *Cel.* BURMANNI
Melaſtoma ſcabra trinervia Theſ. Zeyl. p. 154. t. 72. quae figura ſine dubio ad *Melaſtomam aſperam* L. pertinet.
Si vero *Fragarius ruber* vel *niger* Rumphii vel neuter hanc deſignabit difficile eſt dictu.
Melaſtoma autem *Osbeckii*, quam in *itin.* p. 213. deſcribit et *octandra* Linn. eſt, planta eſt procumbens, nec frutex vel ſuffrutex, quae numero fructificationis variat. Examinavi enim varia ſpecimina, quibus
Calyx urceolatus, ſquamato-echinatus, ſexfidus, apicibus ciliatis, interjectis ſex denticulis ciliatis.
Corolla ſexpetala, *petalis* ciliatis.
Stamina. *Filamenta* 5 compreſſa, antherifera, *antheris* oblongis.
\- - - 5 alia clavata cum prioribus alterna, *antheris* nullis.
Foliorum forma, hiſpiditas in margine et nervorum numerus ternarius notae ſunt conſtantes.

78. AMYRIS *zeylanica* foliis pinnatis petiolatis glabris, racemis interruptis axillaribus, floribus involucratis hexandris.
In Zeylona detexit indeque communicavit *amic.* KÖNIG.
Arbor cortice cinereo.
Folia pinnata, quina vel ſeptena: foliolis petiolatis ovatis, acutis, integerrimis, nudis, venis fere transverſalibus.

Pedunculus axillaris, elongatus, tomentoſus, in quo glomeri nonnulli florum involucrati: infimus pedicellatus, ſuperiores ſeſſiles.

Involucra cordata, tomentoſa, ſeſſilia.

Calyx ſubgloboſus, tridentatus, coriaceus, tomentoſus, corolla major.

Petala tria cava, extus tomentoſa, margine fuſco nudo.

Stamina 6.

Drupa ſicca, ovata, ſesquipollicaris.

Nux oſſea, craſſa, praeter loculamentum pro nucleo bina habet in ipſa ſubſtantia oſſea nuci parallela foramina, quaſi triſperma eſſet nux.

Elemi fundit haec arbor, quae verum eſt *Elemi officinarum* Orientale ab Americano ejus nomine diverſum.

Quamvis numerus partium fructificationis differat, genuinam credo Amyridis ſpeciem.

79. LIMONIA *acidiſſima* L.

Ramulum miſit *Cel.* KÖNIG ſpinis deſtitutum, ſimulque in Litteris obſervavit, illam ad *Crataevae* genus amandari debere.

80. MEMECYLON *grande* foliis acuminatis.

Communicavit *honor.* KÖNIG.

Arbor grandis.

Rami teretes.

Folia oppoſita, integerrima, ſemipedalia, ovata, longe acuminata.

Pedunculi axillares, alterni, 4 - l. 5 - fidi, pedicellis multifloris.

Antherae incumbentes, omnes curvatae, an ab exſiccatione?

81. LEDUM *groenlandicum* Prodr. Fl. Scand. 436.

Quae de hoc in libro cit. attuli, jam confirmarunt ſpecimina tum ejus, tum *Rhododendri Daurici* in Groenlandia ab autopta *plur. rever.* D. OTHONE FABRICIO lecta mihique benevole communicata. *Rhododendron Dauricum* itaque in Groenlandia etiam creſcit; ideo tamen a *Nob.* OEDER in Florae Danicae Faſcic. X. tab. 567. depictus et nominatus fruticulus Ledi ſpecies genuina eſt, quae, ut mihi videtur, a LEDO *paluſtri* ſatis differt *foliis* ovalibus, *ſtaminibus* corolla brevioribus; ſed quum folia in *Ledo Groenlandico* magis ſint ferrugineo-tomentoſa, etiam ſub revoluto margine, character *Ledi paluſtris* ita corrigi debet, ut dicatur

Ledum foliis linearibus, ſtaminibus corolla longioribus.

82. EUPHORBIA *roſea* dichotoma, foliis obovatis baſi obliquis apice denticulatis, caule depreſſo diffuſo.

Habitat in arena mobili Indiae Orientalis, ibique per totum annum viget. *Cel.* KÖNIG, qui plantam communicavit.

Radix ſubſimplex, ſpithamaea, ſubtortuoſa, recta deſcendens.

Caules depreſſi, in orbem diffuſi, teretiuſculi, articulati: articulis nodoſis, dichotomi, leviter hirſuti.

Folia ad genicula oppoſita, breviter petiolata, obovata, ſuperiora obverſe lanceolata, baſi obliqua, apice denticulata, nuda.

Flores ad apices ramorum congeſti, maſculi hermaphroditis mixti, petalis pulcherrime roſeis.

Capſulae glabrae.

83. MYRTUS *laurinus* pedunculis racemoſis bracteolatis, foliis ovato-lanceolatis ſerrulatis glabris.

Burm. Theſ. Zeyl. p. 139. t. 62. ubi deſcr.

E Zeylona miſit *amic.* KÖNIG.

84. ROSA *pimpinellifolia* L.

In horto e ſeminibus a *Clar.* D. EHRHART benevole communicatis excrevit, et tertio anno floruit. Deſcripta a *Cel.* DU ROI in Obſ. Bot. p. XXII. Circa quam deſcriptionem monuiſſe juvabit, quod

Caules non decumbentes, ſed erecti in noſtra.

Calycis laciniae margine interiore villoſo, apicesque dilatatae, bi-trifidae.

Flos magnitudine *Roſae caninae* albus, rubore levi hinc inde ſuperfuſus.

Petioli ſubtus aculeati, et ſaepius quoque coſtae foliorum.

Foliorum ſerraturae apice glanduloſae.

Stipulae ſerratae, ſerraturis glanduloſis.

Obſ. Si haec *Roſa ſcotica Milleri* ſit, neſcio, quid per *foliola apice inciſa* intelligat.

85. ELAEOCARPUS *copalliferus* foliis integris.

E Zeylona miſit *honor.* KÖNIG.

Arbor.

Folia magna, ovata, coriacea, integerrima, nervis transverſis.

Flores paniculati.

Calyx ad baſin quinquepartitus, ſuperus, laciniis lineari-oblongis obtuſis utrinque tomentoſis, perſiſtens.

Corolla pentapetala, petalis calyce longioribus ovatis integris.

Stamina 40 plura, *filamentis* breviſſimis.

Antherae longae, lineares, apice bifido filiformi.

Germen conicum, ſtriatum, tomentoſum.

Stylus antheris longior, anguloſus.

Stigma ſimplex, acutum.

Fructus, *Pomum* conicum, carnoſum, reſinoſum, uniloculare.

Semina.

Obſ. *Antherae* lineares longae filis cirrhoſis terminatae meliorem characterem ſiſtere mihi videntur, quam *Petala lacera.*

Reſinam *Copal* dictam fundit, huius vero plures ſunt ſpecies.

86. ELAEOCARPUS *ſerrata* quam e Zeylona communicavit *honor.* KÖNIG, habet

Folia obovata, ſerraturis longis,

Calycem laciniis ternis, quaternis et quinis acutis carinatis,

Petala tria tripartito-lacera.

Stamina 25,

Antheras filis cirrhoſis terminatas,

Germen multum tomentoſum.

Icon Burmanni bene cum hac convenit.

87. PEDICULAREM e Groenlandia in *Prodr. Florae Scandin.* p. 117. n. 680. ſub nomine *Pedicularis incarnatae* dubie propoſui. Ipſam *Pedicularem incarnatam* e Sibiria nunquam vidi, nec adhuc librum *Allioni*, quem quotidie exſpecto, accepi; video autem, me perperam l. cit. applicaſſe verba, *ſed calyces villoſi acutiores* in Spec. Plant. occurrentia, et haec ad plantam Allioni referenda eſſe. Sed aliae occurrunt difficultates, quae noſtram cum *P. incarnata* conjungere prohibent. Ait ſcil. *Gener. Eques* in Spec. Plant. *folia radicalia* pedalia eſſe, *pinnasque* pinnatifidas habere, *ſpicas* nudas *calycesque* ſemigloboſos et *galeas* acutas ei tribuit, quae omnia in noſtra aliter ſe habent, ut ex icone in Tab. I. propoſita patet.

88. SESAMUM *javanicum* foliis lanceolatis ſerratis ſeſſilibus. *Burm. Fl. ind.* p. 133.

Caulis tetragonus.

Folia ſerrata, non dentata.

Reliqua vide apud *Burm.*

89 SESAMUM *proſtratum* caule depreſſo diffuſo, foliis orbiculatis crenatis hiſpidis.

Pluk. amalth. Tab. 373. f. 2.

Creſcit in arena mobili circa Madraſtam, alibi rariſſima. *Cel.* KÖNIG.

Caules depreſſi, diffuſi, lignoſi, hiſpidi, ramis oppoſitis et alternis.

Folia petiolata, ſuborbiculata (figura ad Hermanniae alnifoliae proxima) profunde crenata, denſe hiſpida, oppoſita, ramorum floriferorum vero alterna.

Flores ſolitarii, erectiuſculi.

Calyx 5 partitus, laciniis linearibus hiſpidis.

Corolla campanulata leviter quinquefida: lobo infimo longiore, extus e pilis minutiſſimis denſis caneſcens, intus ſanguineo colore ſuper fundum flavum pulcherrime picta et punctata.

Rudimentum quinti ſtaminis nullum.

Stigma lanceolatum.

Capſula dura, lignoſa, ovata, baſi ſubtetragona, apice compreſſa retuſa mucronata, ſulco utrinque notata, quadrilocularis.

Semina plurima oblonga, anguloſa, nigra.

Odor nullus.

Sapor ſubacris.

Malabaris medicinalis.

90. RUELLIA *faſciculata* decumbens, foliis lanceolatis petiolatis dentatis oppoſitis: alterno minore, floribus faſciculatis.

Habitat in nemoroſis prope Thermas Trinquemallenſes Zeylonae. *Cel.* KÖNIG.

Multa habet communia cum *Prunella molucca* Rumph. VI. t. 13. f. 3. ſed minora ſunt folia, lanceolata et longe petiolata, nec cordata.

Caulis decumbens, tetragonus, tenuis.

Folia oppoſita: alterno minore, petiolata, lanceolata, dentata, nuda.

Faſciculi florum terminales.

Bracteae ovatae, integrae, trinerviae, piloſae.

91. CLEOME *tenella.* L. Suppl. Pl. p. 300.

Sinapiſtrum indicum triphyllum tenuiſſimis foliis e Maderaſpatan. *Pluk. Phyt.* t. 224. f. 3. bona.

Habitat in aridis arenoſis ſat copioſe *Cel.* KÖNIG.

Foliola petiolis longiora impar lateralibus longius.

Pedicelli ſolitarii in matura ſiliqua longitudine petiolos aequant.

Corolla lutea.

Stamina 6.

91. MALUA *abutiloides* Spec. Plant p. 971. caſu in Syſt. Nat. ed. XIII. excluſa, nullo modo cum *Malva abutiloide* Suppl. Plant. p 307, quam benevolentia Amici ſemper honorandi Dⁱ THUNBERG cum plurimis aliis Africae plantis poſſideo, confundenda. Audivi hanc in Anglia nomine *Malvae aulicae* appellari.

93. SIDA *lanceolata* foliis lanceolatis ſerratis, ſtipulis linearibus acutis nervoſis.

Miſit exemplar *honor.* KÖNIG.

Caulis erectus, ramoſus, tomento hinc inde aſperſus.
Folia oblongo-lanceolata, acuminata, acute ſerrata, nuda, breviter petiolata.
Stipulae lineares, acutae, nervoſae, petiolo longiores.
Pedunculi ſolitarii ſtipulis parum longiores.
Flores parvi,
Capſulae acuminato-ariſtatae.

94. SIDA *chinenſis* foliis ovalibus ſubtus tomentoſis ſerratis, ſtipulis filiformibus.

E China ſpecimen adduxit *plur. rev.* WENNERBERG.
Caulis fruticoſus, farina quaſi aſperſus, *ramis* divaricatis ſimilibus.
Folia petiolata, ovalia, ſerrata, ſubtus tomentoſa.
Stipulae breves, filiformes, fuſcae.
Pedunculi uniflori, ſolitarii, floriferi folio breviores, demum elongati, geniculati.
Flores parvi, flavi.
Capſulae quinqueloculares, glabrae.

95. HEDYSARUM *triflorum* β. L.

E China communicavit *hon.* WENNERBERG.
Caules vix ſemipedales, hiſpidi.
Folia ternata, foliolis obcordatis petiolisque hiſpidis et nudis.
Stipulae ovatae, acutae, ſtriatae.
Pedunculi longitudine folii, axillares, ſolitarii, uniflori, oppoſitifolii.
Flores parvi.
Calyces hiſpidi.
Legumina uni-et multi-articulata, altero margine integro.

96. INDIGOFERA *linifolia.*

Sic potiori jure vocatur planta ad Hedyſari genus in *Supplem. Plant.* p. 331. relata, quum Indigoferae characterem gerat, teſte autopta KÖNIG.

97. INDIGOFERA *fragrans* foliis quinato-pinnatis: foliolis ovatis piloſis extimo majore, leguminibus tetragonis.

Dedit *amic.* KÖNIG.
Caules teretes, ſubpiloſi.
Folia pinnata, quinata, utrinque piloſa.
foliola paria ovata.
foliolum impar obovatum, majus.
Stipulae lanceolatae, acuminatae, hirtae.
Pedunculi folio longiores, axillares, 3-5 flori.
Flores rubri *calycibus* albido-piloſis.
Legumina linearia, tetragona.
Colutea ſiliquoſa glabra ternis quinisve foliis maderaſpatana ſemine rubello *Pluk. Phyt.* t. 166. f. 1. ſatis bona, quamvis planta non glabra.

98. In Mantiſſis Plantarum et Syſt. R. Vegetabilium *Equ. a* LINNÉ perperam confuſae ſunt ſub nomine *Indigoferae enneaphyllae* et *Hedyſari proſtrati* non minus quam tres Coluteae Plukenetii. *Indigofera enneaphylla* noſtra, quam amicitiae D. KÖNIG debeo, bene cum *Colutea Pluk. Phyt. t. 166. f.* 2, minus cum *Hedyſaro proſtrato Fl. Ind.* convenit, nam legumina multum tomentoſa, quamvis diſpermia et ſpiculas ſeſſiles habet.

Indigoferam enneaphyllam Mant. 272. 571. et *Hedyſarum proſtratum* ibid. 102. equidem pro eadem habeo planta, ſed inter ſynonyma ejus eliminari debent

citationes *Pluk. Phyt.* t. 165. f. 4. et 166. f. 3. non minus quam *Burm. Fl. Ind.* t. 54. f. 2, nomen *Pſoraleae pinnatae* p. 272, et citatio *Mantiſſae* 496. in pag. nuper memorata occurrens.

Forte magis vel minus ſeſſilia capitula habeat, et ſiliquis glabris et tomentoſis ludat.

99. TRIFOLIUM *albidum* ſpicis piloſis ovalibus pedunculatis ebracteatis, calycibus patentibus, caule diffuſo, foliolis ovatis.

E ſeminibus ſub alieno nomine miſſis in Horto floruit.

Planta annua.

Caules ramoſi, diffuſi, teretes, leviſſime pubeſcentes, ramis baſi nodoſis.

Folia oppoſita, *foliolis* inferioribus ovatis, ſuperioribus lanceolatis, ariſta brevi recurva terminatis, margine et carina ciliatis.

Stipulae lineari-lanceolatae, albo-viridique ſtriatae.

Pedunculi elongati, ſtricti, ſubſtriati.

Capitula ebracteata, *floris* ſubgloboſa; fructus ovata.

Calyx cylindricus, pubeſcens, dentibus adpreſſis: infimo longitudine circiter corollae trinervi, omnibus ſubulatis. Dorſales dentes, qui lateralibus paulo breviores ſunt, ad corollam adeo deprimuntur, ut apices eorum ſub lateralibus occultantur.

Corolla albida, leviſſime ad flavedinem vergens, monopetala.

In *capitulo fructifero* calycis dentes latiores facti divergunt, ut in Trifolio ſtellato, et in baſi gerunt

Legumen monoſpermum.

100. DOLICHOS *ſinenſis* L.

In horto academico ſub dio terrae commiſſa ſemina Plantas caule erecto vix pedali dederunt, in tirnis vero ſata et tepidario incluſa caulem volubilem quadripedalem protruſerunt; *ſubvolubilis* itaque *caulis* dicendus.

101. HIERACII *Taraxaci* quae ſine dubio eſt *Picris* 27. *Halleri a Nob.* LINNE' in Spec. Plant. p. 1125. deſcripti icon nullibi, quantum ſcio, proſtat, quare illam addere ſuperfluum non duxi. Tab. II.

102. ORCHIS *hyperborea* L. Mant. Pl. 121. Prodr. Fl. Scandin. p. 167. quum ab *Orchide Königii* ibid. p. 168. cujus icon in Fl. Dan. t. 333. proſtat, diverſa ſit, ejus figuram addere volui. Vid. Tab. III.

103. LICHEN *ſcopulorum* foliaceus, rectus, compreſſus, linearis, laciniatus, nitidus, lateribus verrucoſis.

Lichenoides fuciforme tinctorium, corniculis brevioribus et obtuſioribus. *Dill. Hiſt. Muſc.* 167. t. XX. f. 60.

Rupium latera rudi cauro expoſita in littore maris ad Houfshallar Scaniae copioſe obveſtit. In rupibus Inſulae Yerſey *Dillenius.*

Licheni farinaceo quoad ſtructuram haud abſimilis.

Frondes caeſpitoſae creſcentes, ſeſquipollicares, lineares, laciniatae, compreſſae, nitidae, albo-viridulae.

Laciniae ſteriles acutae, fructificantes obtuſae.

Fructificationes incipientes ſeſſiles excavatae, *maturae* verruciformes ſubpedunculatae convexae nitidae.

Obſ. Figura et deſcriptio Dillenii ſat bene cum noſtro Lichene conveniunt, niſi quod folia in noſtro ſint anguſtiora, et omni villo deſtituantur.

ANDREAE IOHANNIS RETZII


PHIL. MAG. AD REG. ACAD. LVNDENS. HISTORIAE NATVR. ET OECONOM.
PROF. R. ET ORD. SOCIET. PHYSIOGRAPHICAE LVND.
SECRETARII ETC.

FASCICVLVS

OBSERVATIONVM BOTANICARVM

QVINTVS.

CVM FIGVRIS AENEIS.



LIPSIAE
APVD SIEGFRIED LEBRECHT CRVSIVM.
CIↃIↃCCLXXXIX.

GENEROSISSIMO DOMINO

ALEXANDRO

COMITI

DE SOWZA ET HOLSTEIN

EQVITI, ET REGINAE PORTVGALLIAE AD REGIAM AVLAM DANICAM LEGATO EXTRAORDINARIO ETC. ETC.

SCIENTIAE NATVRALIS PATRONO ET CVLTORI ILLVSTRI

in pietatis tegeram

offert

AVCTOR

In decima tertia editione Syſtematis Vegetabilis Perill. a LINNE' varios detegebam errores, quos ſedulo notatos cum venerando Sene communicabam, vt in nova forte Editione hos evitaret. Quum Crantziana Mediceave bile non conſpurcatae erant, verum debita erga verum Botanices Patrem Statoremque veneratione concinnatae meae annotationes, gratam ſuam de hoc ingrato meo labore mentem litteris mox teſtabatur, mihique continuationem ejusmodi obſervationum ſimul amice injungebat. Verum hae cum multis aliis poſt mortem Summi Viri in manus Filii pervenerunt, et tandem, proh dolor! extra patriam cum pretioſiſſimis collectionibus profectae ſunt. Tandem prodibat Liber errorum, ne pejora dicam, plenus ſub titulo Supplementi Plantarum, quem oculatiſſimus EHRHART, omni licet cura adhibita, a mendis purgare non potuit. Minime ergo mirum, quod hi errores omnes in editione decima quarta, etiam Nob. Equitis MURRAY cura quae prodiit, transiverint. Quos ego notavi, heic ſiſto, ut quivis eos ipſe corrigat. Plures forte adſunt, quos vel ego ſenſim, vel alii obſervent, ut terſior aliquando evadat XV. editio.

Novas, quas in quinto hoc Faſciculo deſcripſi, Plantas ab egregio KÖNIG etiam quoad maximam partem datas fuiſſe dum teſtor, vellem ut Amici hujus merita digno encomio celebrare ſimul poſſem. Verum huic labori vires meas impares ſentio. Mihi ſane irreparabile fuit damnum maturus ejus obitus; non ſo-

lum enim amicum genuinum, verum etiam liberalem, qui, praeter alia, copioſam Indiae Filicum meſſem, vt Plumerianum opus continuarem, ſpopondit, amiſi. Doleant mecum certe omnes Scientiae Botanicae veri cultores. Doleant Virum pium, integerrimum, indefeſſum, qui, inexplebili res naturae ſcrutandi ardore ductus, omnia incommoda, omnia pericula inſignesque ſumtus ſprevit; quem vana gloriae cupido ſordidave avaritia vel invidia non contaminavit, quemque ad ultima ſuſpiria ſingularis modeſtia comitavit.

Sed fuit. Aeternum res noſtras ille reliquit.

IN SYSTEMATIS PLANTARUM

ED. XIV. ET SUPPLEMENTO PLANTARUM LINNEANO

ADDENDA, OBSERVANDA ET CORRIGENDA.

1. VERONICA *biloba* racemis lateralibus, foliis oblongis dentatis, capſulis bipartitis. Mant. alt. p. 172.
   poſt Ver. ſcutellatam inſerenda.
2. IUSTICIA *Gandaruſſa* Suppl. adde *Fl. ind. Burm.* p. 10.
3. VERBENA *Aubletia* Suppl. adde *Act. R. Acad. Holm.* 1773. p. 2. t. 5.
4. SALVIAE *coccineae* locus natalis eſt *Florida*, non autem C. B. Spei.
5. COMMELINA *cucullata* corollis aequalibus? foliis ovatis, involucris cucullatis turbinatis. Mant. alt. p. 177. et
6. COMMELINA *ſpirata* corollis aequalibus, foliis lanceolatis, floribus paniculatis. Mant. alt. p. 177.
   poſt Comm. Zanoniam inſerendae.
7. IRIS *ciliata et minuta* lege *petalis*, non vero petiolis.
8. CYPERUS *ſtrigoſus*, SCIRPUS *cyperoides et intricatus*, ad Kyllingiae genus amandandos ſuſpicor.
9. NARDUS *Thomae* S. Veg. p. 102. lege *imbricata* non incurvata.
10. PHALARIS *dentata* exclude in definitione *hirſutis* aeque ac in deſcriptione, hirſutiem enim deponit.
11. ANTHISTIRIA *ciliata* adde characterem Speciei ex Faſciculo noſtro III. p. 11.
12. PANICUM *lineare*. Huc pertinet *Burm. Fl. ind. tab.* 10. f. 3. non vero f. 2.
13. PANICUM *patens*. Burmanni non omnino excludi debet. Confer Faſc. noſtr. III. p. 9.
14. ALOPECURUS *geniculatus*. Exclude peſſimam Florae Danicae iconem.
15. AGROSTIS *indica*. Plukenetii nomen excludatur, ad gramen enim longe diverſiſſimum ſcil. *Andropogon contortum* pertinet.
16. ARUNDO *Bambos* eliminatur.
17. PLANTAGO *incurvata* S. Veg. p. 156. eſt
   Plantago recurvata foliis linearibus canaliculatis recurvatis nudis. Mant. alt. p. 198.
18. ILEX *cuneata* foliis cuneiformibus tricuſpidatis. Spec. Plant. p. 181. *deſideratur*.
19. CALLICARPA *cana* foliis ſerratis ſubtus tomentoſis. Mant. alt. p. 198. *deeſt*.

Num hic frutex idem ſit cum *Callicarpa americana*, quae in Mantiſſa minime occurrit, cujusque flores in Actis Upſal. 1741. p. 80. tantum deſcripſit *b. Equ. a* LINNÉ, neſcio, quum mihi deſit CATESBY opus, nec dubium ſolvat deſcriptio Iohnſoniae apud MILLER. Diverſas vero ſuſpicor 1°) ob Patriam, *Callicarpam canam* enim ſaepius e Iava accepi, *americanam* e Carolina auſtrali habuit MILLER, in Virginia invenit MITCHELL. Cfr. *Ejusd. nova Genera.* 2°) *Callicarpa cana* folia habet ſubtus denſe tomentoſa, et tomenti nulla ſit mentio neque in MILLERI deſcriptione Iohnſoniae, nec in definitione ſpecifica GRONOVII, et CATESBY folia tantum ſcabra meminit. In ſynonymo in ſpeciebus Plantar. p. 161. ex PLUKENETIO mutuato occurrunt quidem verba: *folio molli et incano*, ſed fieri poteſt, ut ejus planta *Callicarpa cana* fuerit, et patriam hic, ut alibi ſaepius transpoſuerit. HEISTER in ſua ad Burkhardi Epiſtolam praefatione p. 94. aliqua *ratione lanuginoſa* eſſe folia ait, ſed ſi ſupra vel infra vel utrinque quaerenda ſit haec lanugo, reticet.

20. CALLICARPA *integrifolia.* Syſt. Nat. Ed. X. forte eſt *Callicarpa tomentoſa*, quae in Mant. alt. p. 333. *lanata* dicitur.

21. ANCISTRUM *ſanguiſorbae* capitulo globoſo, foliis ſubtus canis *dicendum.*

22. ANCISTRUM *latebroſum* floribus ſpicatis, foliis utrinque ſericeis.

23. ECHIUM *laevigatum.* Quum laevis ſit caulis, nequit *Echium pyrenaicum* hujus varietatem eſſe, ſed *Echii italici*, ut quoque in Mant. alt. p. 334. monitum fuit.

24. LYCOPSIS *variegata.* Icon Florae Danicae ad *L. arvenſem* pertinet.

25. PRIMULA *minima.* Corollas purpureas eſſe docet JACQUIN l. cit. non luteas. HALLER carneas dixit.

26. HYOSCYAMUS *reticulatus*, foliis caulinis petiolatis cordatis ſinuatis acutis: floralibus integerrimis, corollis ventricoſis. Spec. Plant. p. 257. reſtitui debet, niſi idem ſit cum *H. mutico* Mant. I. p. 45. et *H. Datora Forsk.* quem iterum cum *H. minore Milleri* eundem eſſe puto.

27. CAMPANULA *peregrina* foliis ovatis rugoſis, petiolis marginato-dilatatis ſerratisque, caule ſimplici hiſpido, corollis patulis. Mant. alt. p. 204. ſuo loco inſerenda.

28. CAMPANULA *canarienſis*, quam CANARINAM vocavit et ad Hexandras amandavit *Equ. a* LINNÉ. Sub utroque nomine haud bene occurrit.

29. CAMPANULA *dichotoma* vel p. 208. eliminanda, vel ut varietas a *Campanula molli* ſeparanda. Quantum ex deſcriptionibus brevibus, quas dedit Syſtematis Auctor, patet, diverſae ſpecies videntur.

30. LISIANTHUS *chelonoides.* Ab hoc diverſus *L. alatus Aubletii.*

31. CONVOLVULUS *ſcoparius.* Hic et ſaepius alibi in ſupplemento Plantarum occurrit vox hiſpanicas Barranca, quae, ni fallor, colles arenaceos denotat.

32. LYCIUM *europaeum.* Synonymon *Trewii* ſub *L. barbaro* allatum ad europaeum pertinet.

33. LYCIUM *foetidum L.* eſt *Lycium indicum* Faſc. N. II. p. 12.

34. DATURA *laevis* adde
Weigel in Act. Soc. Phyſiogr. T. I.

35. ACHYRANTHES *alternifolia.* Synonymon Burmanni maxime dubium.

36. ILLECEBRUM *Monſonia* eſt
Celoſia Monſonia Faſc. N. II. p. 13.
Pluk. Phyt. t. 357. f. 4.

37. CELOSIA *lanata* et ILLECEBRUM *Iavanicum* an diſtinctae plantae?

38. VINCA *puſilla.* Quomodo haec ſimillima *V. roſeae* dici poſſit, non video. Eſt praeterea

Vinca parviflora Faſc. N. II. p. 14.

Cuupa Veela Rheed. Mal. IX. p. 61. t. 33.

Pluk. Phyt. t. 119. f. 7.

39. THESIUM *funale* floribus ſpicatis, corollis ciliatis, caule ſuffruticoſo, foliis ſubulatis breviſſimis. Spec. Plant. p. 302.

reſtitui debet

40. THESIUM *alpinum.* Iacqu. Vind. p. 213. n. 15.

41. GENTIANA *campeſtris.* Varietas *β* diſtincta eſt ſpecies *G. tenella* dictae.

42. BUNIUM *aromaticum* involucellis triphyllis. Mant. alt. p. 218. *deſideratur.*

Paſtinacarum characteres haud boni ita forſan corrigi poſſunt:

43. PASTINACA *lucida* foliis ſimplicibus ternatis pinnatiſque lucidis

P. lucida Gouan ill. et Obſ. Bot. p. 19. t. 11. et 12.

44. PASTINACA *ſativa foliis* pinnatis ſubbipinnatiſque auriculatis.

α. glabra.

β. hirſuta.

45. PASTINACA *Opopanax* foliis pinnatis bipinnatiſque, foliolis baſi antica exciſis, ſtrigoſa.

P. Opopanax Gouan l. cit. p. 19. t. 13. et 14.

46. CRASSULA *dichotoma* bis in Syſt. Veg. occurrit; priorem in Supplemento deſcriptam *ramoſam* vocavit inventor *ill.* THUNBERG.

47. TULBAGIA *alliacea.* Mantiſſam alteram editurus *b. Equ. à* LINNE' non niſi unicam viderat Tulbagiae ſpeciem, ut ex Mantiſſa patet; jam vero cum in generico charactere p. 148. nectarii limbum ſexpartitum dixerit, quod in Supplemento *Tulbagiae alliaceae* tribuit, *cepaceae* vero triphyllum nectarium eſſe ait, patet quoque *Tulbagiam capenſem* eandem eſſe cum *Tulbagia alliacea*, vel forte tertiam adhuc exiſtere ſpeciem. De icone Iacquiniana nihil dicere audeo, donec illam videre licuerit.

48. AMARYLLIS *capenſis* Syſt. Veg. et HYPOXIS *ſtellata* eadem eſt planta, priori itaque loco eliminanda.

49. DRACAENA *medeoloides* et MEDEOLA *aſparagoides* numne una eademque planta? Certe inter plantas capenſes a honoratiſſimo THUNBERG miſſas nullam vidi Medeolam, niſi quam Dracaenam medeoloidem dixit.

50. PHORMIUM *Aloides* Suppl. et LACHENALIA *tricolor* Syſt. Veg. eandem eſſe plantam omnia ſvadent.

51. ALETRIS *farinoſa* acaulis, foliis lanceolatis membranaceis, floribus alternis. Spec. Plant. p. 456. *immerito omiſſa.*

52. ALLIUM *multibulboſum* Syſt. Veg. excludatur. Conf. Faſc. Noſtr. I. Specimen ex ipſo *Nob.* IACQUINI herbario poſſideo, quod dedit *Gener.* BANKS.

53. HYACINTHUS *lanatus* male inter Hyacinthos relatus, *Augeam* olim nuncupavit *Nob.* THUNBERG.

54. POLYGONUM *divaricatum.* Figura Gmelini, quae mala judicatur, ad aliam ſpeciem pertinet, uti etiam varietas *β*.

55. MELASTOMA *octandra.* Figura et deſcriptio Burmanni longe diverſam refert.

56. RHODODENDRUM *dauricum* adhuc cum diverſiſſimo LEDO *groenlandico* confuſum manet.

A 2

57. RHODORA *canadenſis* Spec. Plant. p. 561. reſtitui debet, omnino enim exiſtit hocce genus a Rhododendris diverſum corolla tripetala.

58. IAGONIA *indica* foliis ſimplicibus ovalibus, ſpinis geminis. Mant. alt. p. 238. Burm. Fl. ind. 102. t. 34. f. 1. *ſuo loco inſerenda.*

59. BERGERA *Koenigii* Mant. alt. p. 563. poſt *Samydam* forte locanda.

60. SAXIFRAGA *cernua.* Huc pertinet icon Florae Danicae, quae quoque, licet perperam, ad *S. bulbiferam* occurrit.

61. SILENE *orchidea* Suppl. eſt SILENE *Atocion* IACQUINI, exterminari ergo haec debet.

62. LYCHNIS *alpeſtris* et *quadridentata.*

Planta *Plukenetii Phyt.* t. 75. f. 5. quae in Supplem. ad *alpeſtrem* refertur, in Syſt. Veg. ad *quadridentatam* relatam video. Ad utramque pertinere nequit. HALLER illam ad *alpeſtrem* retulit, in Syſt. Veg. itaque hoc ſynonymon una cum *Halleri* nomine ad quadridentatam expungendum.

63. SOPHORA *tetraptera.* Hic binae ſpecies, ſcil. *Sophora tetraptera* et *microphylla* confuſae ſunt, folia enim hujus, fructus vero illius, deſcriptioni inſervierunt.

64. SEDUM *coeruleum* foliis oblongis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus patentibus, racemis ſimplicibus. Mant. alt. p. 241. In Syſt. Veg. deeſt.

65. SEDUM *Aizoon.*

Etiam hic perperam citatur GMELIN.

66. MANGIFERA *pinnata.* Suppl. p. 156.

Monente *Cel.* KOENIG flores decandros pentagynos, raro octandros, nucem quinquelocularem, pentaſpermum, involucrum Nucis Moſchatae ad inſtar, ſed calloſo cinctam habet, quodque LINNE'o *jun.* ſaepius ſcripſit, ergo a Mangiferae genere plurimis diverſum genus.

67. LYTHRUM *Pemphis* eſt

Mangium porcellanicum Rumph. Herb. Amb. III. p. 126. t. 84.

68. TACCA *pinnatifida* eſt

Leontice Leontopetaloides Linn. notante *Cl.* DRYANDER in litteris.

69. SONNERATIA *acida* eſt

Rhizophora caſcolaris Linn. ex eiusdem obſervatione.

70. MESPILUS *Xanthocarpus et Phaenopyrus* in Supplemento deſcriptae plane deſiderantur.

71. MESPILUS *Canadenſis*, *Amelanchier et arbutifolia*, quas ad PYRI genus amandavit *Nob.* LINNE' inter Meſpilos in Syſt. Veg. adhuc militant.

72. ROSA Fl. Dan. t. 398. nequit et ad *R. arvenſem et ſpinoſiſſimam* pertinere, uno loco itaque excludenda. In icone pedunculi omnino nudi pinguntur, ideoque jure ad *R. arvenſem* referenda mihi videtur, licet cymoſi non ſint flores. HUDSON *ſubcymoſos* dicit, et varietatem flore ſolitario affert.

73. POTENTILLA *verna.*

Exclude iconem Oederianam, quae ad *P. auream* omnino pertinet.

74. CAPPARIDEM *horridam* e Coromandel, non vero e Ceylono miſit *b.* KOENIG.

75. DELPHINIUM *puniceum* Pall. it. 3. p. 736. 96. eſt perennis planta.

76. AQUILEGIA *viſcoſa* nectaria habet incurva *la* CHENAL *Diſſ.*

77. THALICTRUM *ſtamineum* nova non eſt planta, ſed quae in Spec. Plant. p. 771. ſub nomine THALICTRI *petalodei* occurrit.

78. NEPETA *multifida* Spec. Plant. p. 799. et Suppl. p. 273. nequeunt eandem eſſe plantam, niſi una in alteram per culturam mutari poſſit, prior enim habet folia pinnatifida integerrima, poſterior bipinnata. Hanc quoque *bipinnatam* vocavit *Ill.* PALLAS.

79. OCYMUM *verticillatum.*
Habitat ad C. B. Spei.

80. DRACOCEPHALUM *moldavica.*
Definitioni adde: *foliis ſubtus punctatis.*

81. PEDICULARIS roſea ſi eadem ſit cum *Pediculari* ALLIONII *Pedem.* p. 52. t. 11. f. 1. neſcio, IAQUINI opus enim conferre non potui, id autem abſolute certum eſt, ALLIONII plantam a *Pediculari hirſuta* differre. Pedemontii Pediculares dedit *honorat.* DANA Prof. Taurin.

82. HEBENSTREITIA *ciliata* foliis linearibus dentatis, calycibus trivalvibus ciliatis. Mant. alt. p. 420. Berg. Cap. 154.
In Syſt. Veg. deficit, ut etiam

83. SIBTHORPIA *africana* foliis orbiculatis integris crenatis, pedunculis ſolitariis Spec. Pl. 880. An hujus generis?

84. SCROPHULARIA *chinenſis* foliis ovato-oblongis ſerratis pubeſcentibus. Mant. alt. p. 250. *quoque deeſt.*

85. BIGNONIA *ſpathacea.* Exclude nomen *Rumphii.*

86. ERINUS *lychnidea* eſt *Erinus capenſis.* Mant. alt. p. 252.

87. LUNARIAE characteres maxime vagos in Faſciculo I° correxi.

88. SISYMBRIUM *Irio.* Exclude *Amoen. Acad.*

89. SISYMBRIUM *Loeſelii* p. 322. eliminatur et ejus loco p. 279. adſcribitur

90. SISYMBRIUM *orientale.* Huc pertinet *Amoen. Acad.* 4. p. 322.

91. CHEIRANTHUS *lacerus* eliminandus, quum *Heſperidis* ſpeciem dudum dixerit *Equ. à* LINNÉ.

92. BUNIAS *aegyptiaca* in tab. 9. 1. cit. proſtat.

93. GERANIUM *cucullatum.*
Sub hoc nomine duae ſpecies confuſae ſunt, a DILLENII enim longe diverſus eſt HERMANNI frutex.

94. GERANIUM *glaucum.*
Exclude *integerrimis,* dupla enim adeſt varietas
α foliis integerrimis,
β — — ſerrulatis.

95. MALVA *Abutiloides* foliis lobatis villoſis, caule erecto, calycibus breviſſimis, capſulis globoſis ſtriatis: loculis polyſpermibus. Spec. Plant. p. 971.
Debet reſtitui. Conf. Faſc. Noſtr. IV. p. 28.

96. HIBISCUS *hirtus* Sp. Plant. p. 977. Syſt. Veg. XIII. p. 523. relinquendus, non enim eſt varietas *Hibiſci phoenicei.*

97. GUSTAVIA *auguſta.*
Pirigara hexapetala a tetrapetala diſtincta omnino ſpecies.

98. CAROLINEA *princeps.*
Habitat in Gviana, non in Gvinea.

99. BORBONIA *laevigata* et LIPARIA *umbellata* una eademque planta videtur, ſaltem plurima conveniunt, et lapſu memoriae factum puto, quod in *Mant. alt.* p. 269. *Borbonia umbellata* nominetur.

100. PTEROCARPUS *ſantalinus.*
Moutouchi ſuberoſa multum diverſa.

101. SPARTIUM *ſupranulium* ab inventore D. MASSON *ſupranubium* dictum, quum in altiſſimis montibus ſupra nubes creſcere tantum obſervatum, nec ſingularis illi cum *Spartio junceo* ſimilitudo.

102. SPARTIUM *patens* Syſt. Veg. p. 644. et CYTISUS *patens* p. 666. idem omnino frutex in Supplem. Plant. p. 328. duplicato errore iterum ſub nomine CYTISI *pendulini* occurrit.

103. CROTALARIA *linifolia* videtur eſſe *Rumph. Herb. Amb.* V. t. 96. f. 1.

104. ONONIS *arvenſis*.

Neque MILLER, nec GOUAN hanc plantam, quae eadem eſt cum *Ononide hircina* Syſt. Veg. p. 651. cognoverunt, ut me certiorem fecit amicus honor. DRYANDER, verum aliam pro *O. miti* habuerunt.

105. ROBINIA *Halodendron* folia habet plerumque quaterna, rarius binata vel ſena, minime *ternata*.

106. AESCHYNOMENE *coccinea* non creſcit in nova Zelandia, ſed in Otaheite et Huaheite.

107. HEDYSARUM *fruticoſum*, lege *racemis* pro *ramis*.

108. HEDYSARUM *Albagi*. *Gmel.* it. Roſſ. II. p. 197. t. 29.

109. PHASEOLUS *vulgaris*. Exclude *bracteis calyce minoribus*, et ad

110. PHASEOLUM *nanum*, *bracteis calyce majoribus*; *uterque* enim character inconſtans.

111. ERVUM *Lens*. Exclude iconem *Oederi*.

112. ASTRAGALUS *arenarius*. Conf. Faſc. N. II. p. 22. et III. p. 41.

113. TRIFOLIUM *pratenſe*.

Huic non ſolum competit *corolla monopetala*, ergo vel excludendus hic character, vel et reliquis eadem inſtructis addendus.

114. MELALEUCA *lucida*.

Creſcit in Otaheite.

115. MELALEUCA *villoſa*.

Creſcit in nova Caledonia.

116. HYPERICUM *reflexum*.

In Teneriffa reperit MASSON.

117. PRENANTHES *pinnata* ſine dubio eſt SONCHI ſpecies.

118. HIERACIUM *prunellaefolium* caule ramoſo multifloro, foliis lyratis tomentoſis, pedunculis unifloris. *Gouan ill. et Obſ.* p. 57. t. 22. f. 3. eſt *Leontodon dentatum*. Mant. 1. p. 107. *Hieracium pumilum* Mant. 2. p. 279. et *Crepis pygmaea* S. Veg. teſte *Cel.* ALLIONE.

119. EUPATORIUM *ſcabrum* ſquama calycinas habet hirſutas ex obſervatione defuncti amici D. MONTIN.

120. PTERONIA *ſpinoſa* in noſtro herbario flores habet pedunculatos.

121. SENECIO *alpinus*.

Quo jure haec planta ad Seneciones relata ſit, fateor me non perſpicere, ſaltem illa in Prodromo Florae Scandinaviae memorata ab hoc genere aliena.

122. TANACETUM *ſuffruticoſum* foliis pinnato-multifidis: laciniis linearibus ſubdiviſis acutis, caule ſuffruticoſo. Spec. Plant. 1183.

Debet reſtitui. *Conf.* ſimul *Mant. alt.* p. 465.

123. ERIGERON *obliquum*, ramoſiſſimum, foliis ovatis obliquis. *Mant. alt.* p. 573. et

124. COTULA *pyrethraria*, foliis oppoſitis ovatis crenatis petiolatis. *Mant.* 1. p. 116. in *Syſt. Veg.* omiſſae.

125. STOEBE *gnaphaloides* et *gomphrenoides* eadem omnino planta.

126. SERIPHIUM *gnaphaloides* floribus ſpicatis unifloris. *Spec. Plant.* p. 1317. numne *Seriphii fuſci* varietas?

127. LOBELIA *comoſa*

Qvatenus *Lobeliae triquetrae* varietas ſit, excludenda.

128. LOBELIA *hirſuta*

In Syſt. Veg. bis occurrit; quum vero planta in Supplemento Plantarum determinata nequeat aliam eſſe, quam illam in Spec. Plantarum nominatam, excludatur altera. In icone Burmanniana *pedunculi breves* quidem pinguntur, ſed in deſcriptione *admodum longi* dicuntur. In *Suppl. Plant.* p. 395. exclude *bi-ſeu trifloris*, ſaepius enim uniflori ſunt.

129. LOBELIA *bellidiflora* ſingularis ſane planta ſi bellidiflora, rectius *bellidifolia* dicenda, quod itaque in Supplem. aeque ac Syſtem. Veg. corrige.

130. ORCHIS *flexuoſa* Suppl. ab ORCHIDE *flexuoſa* Spec. Plant. multum diverſa. Prior e ſupplemento Plant. mutuata, quae in *Syſt. Veg.* p. 807. occurrit eadem videtur cum illa, quam *b. Eques* ſub nomine *Orchidis biflorae* in Spec. Plant. et Syſt. Naturae propoſuit, quamque in ſexto Volumine Amoen. Acad. p. 109. ſub nomine *Orchidis ſatyrioidis* bene deſcripſit. Inter orchides itaque galea calcarata expungi debet *O. flexuoſa*.

131. ORCHIS *habenaria*. Icon Fl. Dan. ad *Orchidem bifoliam* pertinet.

132. ORCHIS *hyperborea*. Nomen et icon Oederi excludi debent. Icon in Faſciculo N. IV. adeſt.

133. SERAPIAS *latifolia*. Icon Fl. Dan. 267. ab hac removeri debet, quum ad *S. longifoliam*, notante dudum HALLER, pertineat.

134. NEPENTHES *diſtillatoria*

Eſt planta dioica monente *Cl.* KOENIG.

135. CAREX *Dioica* Oed. Dan. t. 369. loco 166.

136. CAREX *Drymeja* eſt *C. ſylvatica* Prodromi Fl. Scand.

Mirum eſt ill. Syſtematis editorem praeter *uncinatam* et *cyperoidem* omnes in Supplemento Plantarum enumeratas *Carices* praetervidiſſe. Ego praetervifas ſpecies poſſideo et non poſſum, quin pro diſtinctis habeam.

137. PARIETARIA *zeylanica* excludatur ad *Urticam alienatam* relata.

138. BEGONIAE *obliquae* nomen triviale haud felicem ſubiit mutationem, nam ſi quoque ad C. B. Spei creſcat, in multis Indiae Orientalis locis occurrere certum eſt. Melius *acaulis* diceretur.

139. ACROSTICHUM *thalictroides* et *ſiliquoſum* ex mente defuncti amici KOENIG una eademque eſt Filix, nam frondes ſteriles ſub aqua ſaepe putreſcunt, antequam fructificantes juſtam acquiſiverunt ſtaturam et aetatem.

140. PTERIS *ſerrulata*. Suppl. p. 445.

Hic maxima Synonymorum confuſio. Excludi debent PLUMIERI et SLOANEI nomina ac iterum *Acroſticho trifoliato* una cum habitatione reddi.

Ad *Pteridem ſerrulatam* vero quae Chinae Ceylonaeque eſt incola, ſequentia pertinent:

Filix fronde pinnata: pinnis enſiformibus ſerratis, inferioribus oppoſitis: inferne folio longo auctis. *Linn. Fl. Zeyl.* p. 199.

Polypodium caule ſimplici, foliis ſimplicibus variis longis ſerratis. *Burm. Zeyl.* p. 198. t. 37. fig. exter.

De Filice Plukenetii, quamvis nomen ejus aptum videatur, nihil dicere audeo, in Bibliotheca enim publica non niſi priores 250 Tabulae adſunt.

141. PTERIS *pedata*

A filice Plumeriano certe diſtincta eſt illa, quae in Comment. Acad. Petropol. V. XII. t. 12. f. obvenit, quamque benigne communicavit *Ill.* PALLAS, licet character utrique conveniat.

142. ADIANTHUM *furcatum.*

Figuram *Plukenetii* huc non pertinere vidi apud deſideratum cito nimis amicum D. D. et *Aſſeſſ. L. Montin.*

143. HYPNUM *fluitans* Flor. Suec. 1034.
Weis Crypt. Gott. p. 226.

Suo loco inſeri debet, vt etiam .

144. BRYUM *rubrum* anthera oblonga nutante, foliis ſubulatis, caule ſimpliciſſimo medio pedunculifero. *Mant. alt.* p. 309.

145. LICHEN *Oederi*

Hunc dudum *Rev.* GUNNERUS in Flora Norvegica vocavit *Lichen Koenigii*, aliumque in eodem opere *L. Oederi* dixit. Illum ego ſecutus ſum in Prodromo Florae Scandinaviae. Cur haſce denominationes ſine ulla neceſſitate *à* LINNÉ *jun.* mutaverit, non video.

146. LICHEN *flammeus* in Syſt. Veg. perperam inter ſcyphiferos locatus, medius inter fruticuloſos et foliaceos.

147. LICHEN chryſophthalmus Mant. et *Capenſis* Suppl. certe idem eſt.

148. FUCUS *aculeatus*, lege *Oed. Dan.* 355.

149. FUCUS *ornatus* fronde plana oblonga prolifera ciliata ramentis foliaceis confertiſſimis. *Mant. alt.* p. 309.

etiam locum inter reliquos meretur.

1. NYCTANTHES *viminea* ramis teretibus elongatis, foliis ovatis acuminatis, pedunculis axillaribus unifloris: terminalibus trifloris.

E Tranquebaria miſit *Cl.* KOENIG.

Frutex ramis teretibus debilibus vimineis, glabris.

Folia breviter petiolata, nuda, ovata cum acumine parvo, pollicaria.

Pedunculi axillares breves ſolitarii uniflori, ramulos vero terminantes triflori.

Calyx truncatus, dentibus ſubulatis tubo corollae brevioribus.

Corollae tubus ſenſim incraſſatus

laciniae longitudine tubi, lineari-lanceolatae.

2. NYCTANTHES *pubeſcens* ramis teretibus hirſutis, foliis cordatis utrinque pubeſcentibus.

E Calcutta miſit *bonor.* KÖNIG.

Frutex ramis oppoſitis albo-hirſutis.

Folia oppoſita, cordata, petiolata, integerrima, utrinque, magis tamen ſubtus pubeſcentibus; ſuprema ſubrotunda.

Flores faſciculati, terminales ramorum.

Bracteae lanceolatae, hirſutae.

Calyx hirſutus, dentibus longis linearibus.

Corolla inter majores generis, glabra,

tubo calycinis dentibus longiore.

3. NYCTANTHES *ſcandens* glabra, ramis teretibus elongatis ſcandentibus, foliis oblongo-cordatis, paniculis brachiatis axillaribus.

Habitat Bengaliae, ubi ad ſummitates arborum ſcandit, teſte D. KÖNIG, qui communicavit.

Frutex glaber, ramis teretibus longis virgatis.

Folia oppoſita, oblongo-cordata, integerrima, glauca, apice (an in omnibus) curvato.

Paniculae axillares, oppoſitae, longe pedunculatae, brachiatae.

Flores in paniculae pedicellis capitati, *Jasmini fruticantis* minores.

Calyx dentibus ſubulatis, hirtus, tubo brevior.

Corollae limbus ſexfidus tubi longitudine: laciniis lineari-lanceolatis.

4. IUSTICIA *parviflora* diffuſa, foliis ovatis integris, ſpicis ſecundis, bracteis lanceolatis: anterioribus alatis.

E Calcutta miſit *bonor.* KÖNIG.

Caules ſubherbacei, diffuſi, angulati, pubeſcentes.

Folia ovata, integerrima, acuta, nonnihil hiſpida.

Spicae ſemiunciales, terminales et axillares, pedunculatae, ſecunda, multiflorae.

Bracteae dorſales imbricatae, lanceolatae, acuminatae, virides, oblique nervoſae, margine tenui albo.

. . . . *anteriores* his ſimiles, ſed margine membranaceo albido latiore et intus hirſutulo quaſi alatae; ſuperiores emarginatae.

Calyx minutus, hyalinus, dentibus acutis.

Corollam minutam albidam galea viridi ob parvitatem in ſicca examinare non potui.

Capſula generis.

5. PAEDEROTA *minima*, foliis oblongis integris oppoſitis, floribus axillaribus oppoſitis, calycum dentibus intus hirſutis.

Communicavit *Cel.* KÖNIG, cujus auctoritate Paederotam facio, nam in tenella planta ſiccatas examinare non potui corollas.

Facies Elatines Hydropiperis.

Caules ſesquipollicares rarius ramoſi, baſi radicantes.

Folia oppoſita, oblonga, obtuſa, integerrima, nuda.

Flores axillares, ſeſſiles, ſolitarii.

Calyx quinquefidus, pentagonus, campanulatus, dentibus intus hirſutis.

6. ÇYPERUS *ſetaceus* culmis ſetaceis ſtriato-angulosis nudis, ſpica terminali ſubquadriflora nuda.

Habitat in graminoſis humidiuſculis frequens Calcuttae. *Hon.* KÖNIG.

Simillimus *Scirpo aciculari.*

Culmi faſciculati 3-4 pollicares, tenuiſſimi, ſtriato-angulosi, aphylli, baſi vaginis purpuraſcentibus veſtiti.

Folia nulla.

Spica terminalis ſolitaria, nuda, ſubquadriflora.

Glumae purpuraſcentes.

Stamina tria.

Stylus trifidus.

Semen albidum, turbinatum, triquetrum, rugoſulum. Anguli mucrone truncato ſupra ſemen elevantur, unde coronata ſemina.

Obſ. SCIRPUS *acicularis* huic proximus Cyperis omnino aſſociari poſſit, ſpicam enim diſticham gerit, obſervante dudum HALLERO.

7. CYPERUS *compactus* culmo tereti folioſo, umbella decompoſita, involucro pentaphyllo, ſpiculis congeſtis ſubſpiralibus.

E China allatum communicavit *Rev. D. D.* OSBECK.

Radices fibroſae.

Culmus bipedalis et vltra, teres, ſtriatus, inferne folioſus.

Folia altitudine fere culmi linearia, vaginis purpuraſcentibus, margine et carina inermia, ſtriata: licet plana inter ſtrias iſthmis intercepta videantur.

Umbella decompoſita, radiis teretibus patentibus.

Involucrum 5phyllum, folio longiſſimo ſesquipedali, breviſſimo tripollicari, omnibus margine ſcabris.

Umbellulae e 3-5 radiis compoſitae.

Involucella pro numero radiorum, capitulis breviora, ciliata.

Capitula compacta e ſpicis patentiſſimis lineari-ſubulatis ferrugineis.

Spicae ſeſſiles, ſemipollicares, lineam latae, tortae videntur, plerumque ſexflorae.

Squamae ſubulatae marginibus conniventibus, ſtriatae, purpuraſcentes carina viridi.

Stamina 3.

Stigmata 3 villoſa.

8. CYPERUS *mucronatus* culmo tereti? nudo, ſpicis lateralibus ſeſſilibus, involucro monophyllo.

Habitat in ſcaturiginoſis ad Wiſſagapatnam *Cel.* KÖNIG.

Radix repens vaginis fuſcis veſtitus.

Culmi pedales, nudi, ſtriati, baſi vaginis fuſcis truncatis veſtiti; num vero teres ſit vel compreſſus diſcernere haud potui in ſiccato.

Folium unum vel alterum radicale, breve, anguſtum.

Capitulum e ſpicis ſeſſilibus paucis ſesquipollicari ab apice culmi ſpatio remotum.

Involucrum monophyllum ſpicis vix longius.

Squamae ovatae, acutae, convexae, albidae.

Obſ. Num hic a *Cypero mucronato* ROTTB. *ic.* p. 19. t. 8. f. 4. vere differat, neſcio; figura certe ſimillima, ſed involucrum ſub ſpicis in noſtro omnino adeſt.

9. CYPERUS *diphyllus* culmo ſubtriquetro diphyllo, umbella ſupradecompoſita, ſpiculis teretiuſculis ſuppinnatis.

In aquis fluentibus Indiae Orientalis lectum miſit *amiciſſ.* KÖNIG.

Radices capillaceae.

Culmus 6pedalis. Ex eo quod ſub umbella triqueter ſit, triquetrum judico, ſub exſiccatione omnino compreſſus factus.

Folia duo ad baſin culmi vaginis integris; verum a fluminis motu haec folia in tenerrima filamenta reſoluta fuere.

Umbella terminalis quadripollicaris, ſupradecompoſita.

Involucrum foliis pluribus brevibus acutis.

Pedunculi compreſſi.

Involucellum ſub omni pedunculo partiali lanceolatum, albidum.

Spiculae fere pinnatae, teretiuſculae, acutae, pallidae circiter 12florae.

Squamae imbricatae, ovatae, acutae, longitudinaliter ſtriatae.

Stamina 3.

Germen anguſtum.

Styli 3. ſtigmatibus villoſis.

10. CYPERUS *leucocephalus* culmo ſetaceo triquetro nudo, capitulo ſeſſili, involucro ſubtetraphyllo patentiſſimo, floribus monandris.

Habitat in nemoroſis Tſchandranconae. D. KÖNIG.

Radix bulboſa oblonga, fibris longis capillaceis.

Culmi ſemipedales ſetacei, triquetri, nudi, baſi vaginis emarcidis veſtiti.

Folia graminea, laevia, culmo dimidio breviora.

Capitulum parvum niveum.

Involucrum plerumque tetraphyllum, foliis ſetaceis: longiore pollicari, patentiſſimis.

Spicae 8 - 12 ſeſſiles, lato - ovatae.

Squamae lineares, compreſſae, infimae longae, ſuperiores ſenſim breviores, obtuſae, ſtriatae.

Stamen 1.

Stylus 1. *Stigmata* 3. villoſa.

Semen longum, lineare, trigonum, nigrum.

11. CYPERUS *rotundus* a LINNEO in Flora Zeylanica deſcriptus a *Cypero procero* ROTTB. p. 29. t. 5. f. 3. plane diverſus eſt.

12. CYPERUS *exaltatus* culmo triquetro baſi monophyllo, umbella ſupradecompoſita polyphylla, ſpiculis linearibus pedunculatis.

Cyperus faſtigiatus Rottb. icon. p. 32. t. 7. f. 2. forte hujus eſt ſpecimen mancum.

E Tranquebaria miſit *honor.* KÖNIG.

Radix fibroſa.

Culmus quinquepedalis, triqueter, ſtriatus.

Folium unicum e radice, praeter vaginam pedalem, fere tripedale, duas quintas pollicis partes latum, planum, ſtriatum, margine aſperum.

Umbella pede altior, faſtigiata, ſupradecompoſita.

Involucrum polyphyllum: folio longiſſimo bipedali, reliquis ad pollicis unius longitudinem decreſcentibus, margine aſperis.

Radii umbellae triquetro-compreſſi.

Ochreae pollicares, albidae, truncatae cum acumine.

Umbellulae multiradiatae, radiis inaequaliter diviſis compoſitisque.

Involucella numero inaequalia, brevia, filiformia.

Ochreae breves truncatae ſine acumine.

Spicae pedunculatae, lineares, 20florae, compreſſae, lateribus ferrugineae.

Squamulae 2 minutae ad exortum pedicellorum.

Squamae compreſſae, acutae, carinatae.

Stamina 3.

Stigmata 3 villoſa.

Semen triquetrum album.

13. CYPERVS *niveus* culmo triquetro filiformi nudo, umbella terminali ſeſſili diphylla, ſpicis compreſſis lanceolatis.

Creſcit in nemoroſis ad Midnapour, Tſchandrancona. D. KÖNIG.

Culmi ſesquipedales, filiformes, nudi, triquetri, ſtriati.

Folia radicalia, pauca, brevia, anguſta, *Vagina* integra: ligula folio oppoſita brevi obtuſa.

Umbella ſeſſilis, terminalis, e ſpicis niveis pluribus plerumque ſeſſilibus.

Involucrum diphyllum, reflexum, capitulo longius.

Spicae compreſſiſſimae, lanceolatae, ſemipollicares, floribus ad 30.

Glumae compreſſae, carinatae, ſtriatae.

Stamina 3 membranacea.

Germen trigonum.

Stylus ſimplex ſtigmatibus tribus vix villoſis.

Semen nigrum Fagopyri.

14. CYPERUS *imbricatus* culmo triquetro nudo, umbella decompoſita, umbellularum radiis imbricatis, involucri hexaphylli foliis tribus longiſſimis, tribus breviſſimis.

E Tranquebaria miſit *Cel.* KÖNIG.

A *Cypero ligulari* diverſus.

Folia radicalia.

Culmi triquetri nudi.

Umbella inaequalis quadripollicaris.

Involucri folia tria longiora pedalia vel bipedalia, linearia, margine aculeata, carina laevi.

. . . . . breviora umbella, anguſtiora.

Ochreae truncatae cum acumine, baſi purpuraſcentes.

Umbellulae aliae ſeſſilcs, aliae pedunculis ſesqui-tripollicaribus triquetris innixae.

Involucella nulla.

Radii umbellularum a baſi ad apicem uſque ſpiculis imbricati, teretes, minimè capitati.

Spiculae utrinque convexae medio longitudinaliter compreſſae, lanceolatae, 12 - 20florae, vix duas lineas longae, flavo - fuſcae, pedicellatae.

Squamae imbricatae, lato - ovatae, acutae, marginibus membranaceis.

Stamen unicum mihi viſum.

Germen triquetrum.

Stylus ſimplex *ſtigmate* trifido.

15. CYPERUS *cruentus* culmo triquetro baſi monophyllo, umbella terminali diphylla, ſimpliciſſima.

E Tranquebaria miſit *Cel.* KÖNIG.

Culmus 4 - 5 pollices altus, filiformis, triqueter, ad baſin

Folium unicum, lineare, culmo brevius gerit.

Umbella ſimpliciſſima.

Spiculae 2 - 10 lanceolatae, ſanguineo - fuſcae, lineas 2 - 3 longae.

Involucrum diphyllum umbella quadruplo longius.

Squamae imbricatae, cymbiformes, obtuſiuſculae.

Stamina 3.

Stigmata totidem obſcure purpurea.

Semen lenticulare l. utrinque convexum marginibus acutis nigro-purpuraſcens.

16. CYPERUS *nitens* culmis triquetris baſi folioſis, umbellis ſubſimplicibus, involucro triphyllo, floribus monandris.

E Tranquebaria communicavit *amiciſſ.* KÖNIG.

Radices capillares.

Culmi plures triquetri, pollicem unum vel alterum alti, baſi folioſi.

Folia 2 - 4, linearia, culmo longiora.

Umbella glomerata, ſpicis aliis ſimplicibus, aliis umbellulam fere ſeſſilem conſtituentibus.

Involucrum triphyllum folio longiore ſesquipollicari, reliquis decreſcentibus.

Spiculae lineares, anguſtae, nitidae, albidae medio longitudinaliter fuſcae, ſquamarum apicibus divergentibus, 10 - 14florae.

Squamae ovatae, compreſſae, carinatae, ſtriatae, hyalinae, carina viridi, obtuſae cum acumine.

Stamen 1.

Stigmata 3.

Semen cinereum.

Obſ. Proximus *ſquarroſo* ſed ſpiculae aliter coloratae, duplo latiores ſquamarum apicibus brevioribus minus divaricatis, nec umbellae partiales in noſtro pedunculatae.

17. CYPERUS *flavidus* culmo triquetro ſtriato, umbella compoſita triphylla, ſpicis lanceolatis, ſquamulis monandris.

E Tranquebaria miſit *bonor.* KÖNIG ſub nomine *Cyperi-flaveſcentis.*

Culmi ſemipedales, monophylli, trianguli, ſtriati.

Folia faſciculata, brevia, anguſta, in culmo unicum culmo dimidio brevius.

Umbella ſpicis nonnullis ſeſſilibus, aliis umbellulatis.

Involucrum triphyllum, erectum, umbella triplo l. quadruplo longius, lineare.

Spicae lanceolatae, floribus 26 circiter.

Squamae ſcarioſae lateribus purpuraſcentes, diſcretae, anguſtae.

Stamen 1 tantum vidi.

Stigmata 3 villoſa.

18. SCIRPUS *plantagineus* culmis teretibus geniculatis nudis, ſpica terminali cylindrica nuda.

Scirpus plantagineus Rottb. Deſcr. p. 45. t. 15. f. 2.

Culmi 3-4pedales, baſi vagina emarcida veſtiti, teretes, ſtriati, geniculati et inter genicula (in ſicco exemplari) iſthmis extus apparentibus denſe notati.

Folia ſimilia, ſed breviora et verſus apices compreſſa.

Spica terminalis, pollicaris, cylindrica, denſe imbricata.

Reliqua vide *Nob.* ROTTBÖLL l. cit.

Fateor me neſcire, in quibus a *Scirpo geniculato* differat, quum neque ipſe Scirpus, nec Sloanei opus adſit, culmum vero in hoc farctum dicit *Nob.* ROTTBÖLL, qui in noſtro praeter iſthmos omnino vacuus eſt.

19. SCIRPUS *atropurpureus* culmis ſetaceis teretibus faſciculatis, ſpicis terminalibus ovatis ſolitariis, floribus monandris.

In humidiuſculis uliginoſis Indiae creſcit. D. KÖNIG.

Similis *Scirpo caribaeo* ſed tenuior.

Radices filamentoſae.

Culmi conferti, ſtricti, ſetacei, teretiuſculi, ſtriati, nudi, baſi vagina brevi purpuraſcente veſtiti, pollicares - ſemipedales.

Folia ſimilia pauca.

Spica ſolitaria, terminalis, ovata, nuda, tempore praeſertim pluvioſo atropurpurea.

Squamae ovatae, obtuſae, carina viridi.

Stamen 1.

Semen atrum ſetis nonnullis niveis baſi circumdatum.

20. SCIRPUS *ſchoenoides* culmo ſetaceo compreſſo ſtriato, ſpica ovata, involucro monophyllo brevi membranaceo, ſeminibus turbinato-compreſſis.

Ex India miſit *Cel.* KÖNIG.

Radices capillares.

Culmi plures, ſemipedales, ſetacei, compreſſi, ſtriati, baſi ſolioſi.

Folia culmo nonnihil breviora, ſetacea, marginibus convoluta.

Vaginae emarcidae, fuſceſcentes.

Involucrum monophyllum, lanceolatum, ſpica brevius.

Spica terminalis, ovata, tumidula.

Squamae latae, breves, acutae, albidae carina viridi.

Stamina tria *filamentis* latiuſculis.

Germen ovatum, compreſſiuſculum, utrinque convexum, margine acuto, album.

21. SCIRPUS *complanatus* culmo compreſſo ancipiti, umbella ſupradecompoſita involucro diphyllo longiore.

Ex India miſit *Cl.* KÖNIG.

Culmus tripedalis, compreſſus, anceps.

Folia longitudine culmi, plana, culmo triplo fere latiora.

Vaginae compreſſae ancipites.

Ora in plano latere oblique aſcendentia, fuſco-marginata.

Umbella erecta, contracta, quadripollicaris.

Involucrum, folia duo plana, alterum pollicare, alterum dimidio longius.

Involucella brevia filiformia.

Spiculae anguſtae, acutae, pauciflorae.
Squamae lanceolatae, acutae, compreſſiuſculae, fuſcae.
Stamina 3.
Germen trigonum candidum.
Stylus ſimplex. *Stigmata* 2 reflexa.

22. SCIRPUS *diphyllus*, culmis ſemicylindricis ſtriatis diphyllis, umbella compoſita involucro diphyllo longiore.

E Tranquebaria miſit *honor.* KÖNIG.

Radices fibroſae, breves.
Culmi 2 l. 3 vix pedales, filiformes, ſemicylindrici, ſtriati, baſi foliis duobus inſtructi.
Folia glauca, *radicalia* breviora, *caulina* culmi fere longitudine, graminea.
Umbella compoſita, inaequalis.
Involucri folia duo umbella longiora radicalibus ſimilia; praeter haec unum vel alterum filiforme brevius.
Involucella brevia, ſcarioſa.
Spiculae ovatae, pedicellatae.
Squamae ovatae, acutae, concauae, fuſcae, dorſo linea viridi.
Stamen 1. filamento compreſſo-plano.
Piſtillum. Germen obovatum, acutum, compreſſum, utrinque convexum, longitudinaliter ſtriatum, transverſim minutiſſime rugoſum.
Stylus latiuſculus, compreſſus, longitudinaliter utrinque hirtus.
Stigma bifidum.

23. SCIRPUS *anomalus* culmo triquetro folioſo, panicula terminali brevi, ſpiculis ovatis, floribus corollatis infimis monandris, ſuperioribus diandris.

Specimen dedit *Honor.* THUNBERG ex India Orientali forte allatum.

Radices fibroſae.
Culmus ſubbipedalis, triqueter, folioſus, laevis.
Folia ad baſin culmi multa longitudine culmi, plana trinervia, nuda, inermia, pollicem dimidium lata; in culmo tria hisce ſimilia, ſed breviora.
Panicula ſesquipollicaris, pedunculis brevibus ſemiteretibus ciliato-ſcabris.
Involucrum, ſub infimo pedunculo *folium* panicula quadruplo longius, ciliato-ſcabrum;
ſub ſecundo pedunculo huic ſimile, ſed panicula vix longius;
reliqua folia ſenſim breviora, omnia ciliato-ſcabra.
Pedunculi 3-5flori.
Pedicelli breviſſimi, ſquamis duabus tribusve lanceolatis.
Spiculae ovatae, *ſquamis* imbricatis ovatis obtuſis.
Flores inferiores monandri, ſuperiores diandri.
Corolla dipetala, magnitudine circiter ſquamae calycinae.
Glumae aequales, compreſſae, carina ciliata.
Filamenta capillaria, longa. *Antherae* lineares, flavae.
Piſtillum. Germen trigonum.
Stylus ſimplex, longitudine corollae.
Stigmata duo, filamentis breviora, villoſa.

24. SCIRPUS *groſſus.* Linn. Supplem. p. 104.
Vulgaris in Indiae lacubus. *Cel.* KÖNIG.

Culmi novempedales, craſſi, triquetri, latere tertio juxta baſin anguſtiore; anguli acuti inermes.

Umbella terminalis, ſupradecompoſita, ſemipedalis.

Involucrum triphyllum, folio 1° 21 pollices, 2° 14 et 3° ſeptem longo, margine retrorſum ſcabris.

Pedunculi inaequales, alii umbellulati, alii alternatim pinuati, triquetri.

Involucella brevia, fuſca, diphylla: interiore amplexicauli.

Spiculae ovatae.

Squamae lato-ovatae, fuſcae, carinatae.

Stamina tria, filamentis latiuſculis.

Germen triquetrum.

Styli duo *ſtigmatibus* villoſis.

Setae nullae.

Obſ. Nullam cum *Scirpo miliaceo* video ſimilitudinem ſingularem.

25. SCIRPUS *lateralis* Faſcic. IV. p. 12.

adde

Spicae 2 - 8, ovatae.

Squamae pallide fuſcae, carina viridi, ovatae, acutae, concavae.

Stamina 3 antheris linearibus.

Germen trigonum, utrinque acutum.

Stylus brevis, *ſtigmate* leviter bifido.

26. SCIRPUS *miliaceus* Spec. Plant. p. 75.

Deſcriptioni adde

Culmi variant a ſemipedis ad ſeſquipedis altitudinem.

Folia baſi equitantia.

Spiculae globoſae, minime ovatae.

Staminum numerum obſervare haud potui.

Stigmata 2 flexa.

27. SACCHARUM *bengalenſe* paniculae confertae pedunculis diviſis, floſculis geminis ſeſſili pedicellatoque, corollis bivalvibus hermaphroditis.

Habitat Bengaliae, unde benevole communicavit *Cel.* KÖNIG.

Adeo magnitudine et reliquis ſimile *Sacchaŕo arundinaceo*, ut pro eodem facillime habeatur, differt

Corollis bivalvibus, omnibus a me examinatis hermaphroditis et

Stigmatibus fuſco-flaveſcentibus;

modo haec ſufficiant.

28. SACCHARUM *Koenigii* panicula ſpicata, floribus diandris, culmi geniculis barbatis, foliis planis.

Saccharum ſpicatum Thunb. Fl. Iapon. p. 42

Num hoc etiam *Saccharum ſpicatum Linnei* ſit, omnino dubius ſum, deſcriptio enim haud ſufficit. Idem vero, quod ſub nomine *Sacchari diandri* aliquoties miſit *honor.* KÖNIG ab *amiciſſimo* THUNBERG, accepi ſub nomine *Sacchari ſpicati* ex *Iaponia*.

Culmus tenuis, pedalis l. ſeſquipedalis, geniculis pilis albis erectis barbatis.

Folia radicalia multa, plana

caulina pauca, tota vaginantia.

Panicula tota lana videtur candidiſſima, quae floribus triplo longior.

Corolla aegre obſervatur.

Stamina duo *antheris* flavis.

Stigmata duo villoſa, fuſca.

29. SACCHARUM *Thunbergii* panicula ſpicata, floribus diandris, culmi geniculis nudis, foliis convolutis.

Etiam hoc dedit *Nob.* THUNBERG in Orientali India lectum.

Altius proceriusque gramen.

Panicula magis contracta duplo longiore, *lanugine* magis flaveſcente.

Genicula culmi omnino nuda.

Folia rigida, convoluta.

Flores diandri, digyni, duplo majores.

Corolla calyce duplo minor, tenuis, albo-nitidiſſima.

30. PANICUM *diſtachyon* ſpicis ſubternis ſecundis laevibus *dicendum.*

Saepius enim ſpiculae tres, immo quatuor adſunt.

31. PANICI *ſquarroſi* Faſcic. IV. p. 15. iconem vide Tab. I.

32. PANICUM *lanceolatum* ſpicis alternis, calycum valvula extima ciliata ariſtata, foliis lanceolatis.

Miſit *Opt.* KÖNIG.

Culmi ſimplices, decumbentes, folioſi, radicantes, longi.

Folia lanceolata, nuda, nervoſa et inter nervos tenuiſſime lineata, baſi ciliata

Vaginae tuberculato-piloſae.

Spica compoſita e ſpiculis alternis uncialibus.

Flores ſecundi, alternatim bini in rachi flexuoſa trigona, altero majore utroque ariſtato, rarius in inferiore ſpicae parte ſolitarii; omnes virides.

Calycis valvula exterior lata, baſi ciliata, ariſta flore triplo longiore flexuoſa.

interior ejusdem fere longitudinis, anguſtior, utraque compreſſa.

intima corollam omnino occultans, longior teretiuſcula.

Nectarium? ſquamula linearis apice piloſa intra calycem.

Corolla biglumis, *valvulis* aequalibus hyalinis acutis, *exteriore* interiorem, interiore ſtamina piſtillumque obvolvente.

33. PANICUM *ſtagninum* ſpicis ſecundis alternis, calycibus bifloris ariſtatis hiſpidis.

Habitat in ſtagnis Indiae Orientalis D. KOENIG.

Culmi erecti, tripedales, folioſi.

Folia linearia, plana, laevia, margine aſpera, oris vaginarum piloſis.

Spica compoſita, ſemipedalis.

Spiculae ſesquipollicares, floribus ſecundis, alternis, binatis ſolitariisque majusculis.

Calycis valvula exterior planiuſcula, ovato-lanceolata, deſinens in ariſtam longam hirtam, trinervia.

. . . . *interior* ejusdem formae et magnitudinis, ſed magis convexa, mutica.

. . . . *acceſſoria* dimidio brevior et lanceolata.

. . . . *omnis* hiſpida praeſertim margine.

Floſculus exterior maſculus, petalo unico, plano, lanceolato, hyalino.

. . . *interior* foemineus calycis valvulis fere longior, dipetalus, *petalis* cartilagineis, altero plano, altero convexo marginibus amplexante.

Germen ſubrotundo-ovatum, compreſſum.
Styli 2.

34. PANICUM *hiſpidulum* ſpicis binatis ternatisque erectis, calycibus hiſpidis biariſtatis.

Ex India Orientali miſit *honor.* KÖNIG.

Proximum *P. ſtagnino*, valde tamen differt.

Culmi et *Folia* praecedentis.

Spica compoſita, ſemipedalis, conferta.

Spiculae vix pollicares, rachi fere adpreſſae, binatae l. ternatae, etiam ſolitariae.

Calycis valvula exterior in ariſtam flore quadruplo longiorem nudam terminatur,

. . . . . . *interior* aliquantulum longior mucrone ſeu ariſta brevi terminatur, utraque hiſpida praeſertim margine.

. . . . . . *acceſſoria* brevis e baſi lata pedicellum ambiente in acumen terminatur, nuda.

Corolla praecedentis, ſed acuminata et hermaphrodita. Praeterea inter corollam et calycis valvulam longius ariſtatam *petalum hyalinum* adeſt, quale in praecedenti; ſed huic neque ſtaminum, nec piſtilli rudimentum adſidet.

35. PANICUM *Brizoides.*

Hujus in Mant. alt. p. 184. deſcriptio adeo manca, ut tota deleri debeat.

Culmi baſi decumbentes, compreſſi, geniculis purpureis.

Folia ad genicula culmi quidem primo ſingula prodeunt, dein vero plura intra communem vaginam proveniunt linearia, laevia.

Vaginae compreſſae, tumidae, oris ciliatis circuloque purpureo notatis.

Spica compoſita palmaris.

Spiculae ad XII. lineares interſtitiis breviores, erectae et fere adpreſſae, unciales.

Rachis univerſalis trigona

. . . *partialis*, linearis, repanda, nonnihil aſpera, mucrone elongato terminatur.

Flores duorum (minime trium) ordinum, compreſſi, mutici, facie Paſpali.

Calycis valvulae binae exteriores minutae, retuſae, ſquamularum forma.

. . . . . *tertia* plana, magnitudine corollae, lato-ovata, acuta, trinervia.

Corolla cartilaginea *valvulis* planis glaberrimis, altera margine amplexante.

Stamina 3.

Styli duo *ſtigmatibus* barbatis pallide roſeis.

Nectarium ſquamulae 2 retuſae margine ſubvilloſae.

Obſ. PANICUM *fluitans* Faſc. II. p. 8. huic ſimile differt *valvulis* duabus longitudine corollae, *acceſſoria* tantum brevi retuſa. Ceterum utrumque faciem habet Paſpali.

36. AGROSTIS *Cinna* panicula contracta mutica, floribus acuminatis ſubmonandris, foliis planis ſcabris.

Cinna arundinacea Spec. Pl. p. 7.

Quum variet ſtaminibus ſolitariis, duobus et tribus commode Agroſtidis generi aſſociatur.

Folia lata, multinervia, ſcabra.

Panicula coeruleſcenti-glauca, racemis imbricatis.

37. AGROSTIS *diandra* panicula elongata contracta, floribus ſubulatis muticis diandris, foliis convolutis.

Miſit *Cel.* KÖNIG ſub nomine *Cinnae.*

Culmus filiformis, ſeſquipedalis, folioſus.

Folia tenuia, convoluta.

Panicula tenuis, ſpithamam longa, racemis brevibus erectis.

Flores pedicellati, ſubulati, diandri.

38. POA *tenella.* Syſt. Veg. XIV. p. 114.

Non ſolum Folia fauce piloſa, ſed tota panicula ad pedunculorum baſin faſciculos gerit e pilis longis 3-16 candidiſſimis.

39. POA *malabarica.* Syſt. Veg. XIV. p. 114.

Flores minime ſeſſiles, ſed pedicellati et magis quam in *chinenſi* remoti et elongati.

Calyx in noſtro ſpecimine quadriflorus, floribus brevior, carina, ſi probe attendetur, ciliata.

Rachis aſpera.

Folia et *vaginae* nudae.

40. POA *Chinenſis.* Syſt. Veg. XIV. hujus varietas eſt *Poa panicea* Faſc. III. p. 11.

Ludit haec *calycibus* 2-3-4floris non minus quam altitudine, ut ex pluribus ſpeciminibus inter ſe collatis poſtea vidi.

Flores pedicellati, non ſeſſiles, rachi fere adpreſſi, fereque imbricati.

Calyx longitudine floſculorum, carina laevi.

Rachis non aſpera.

Folia piloſa praeſertim ad vaginas.

41. POA *unioloides* panicula erectiuſcula, ſpiculis ſubdecemfloris ovatis, calycibus inferioribus multivalvibus.

Communicavit *Honor.* KÖNIG.

Gramen hoc medium quaſi inter Poas, Brizas et Uniolas.

Spicae ovatae, breves *Brizae*, ſed valvulae acutae, carinatae.

Calyx florum inferiorum paniculae quadrivalvis, ſuperiorum vero bivalvis.

Flores infimi 4flori, ſuperiores 8-10-12flori.

42. POA *biflora* panicula denſa, calycibus ſubbifloris glabris, culmo adſcendente.

Miſit *Cel.* KÖNIG.

Culmus pedalis, adſcendens, folioſus.

Folia ſuprema culmo vix breviora, nuda, linearia acuta.

Panicula elongata, anguſtata, pedunculis brevibus patentibus, ſemiverticillatis.

Flores numeroſi, minuti.

Calyces glabri, pellucidi, ovati, compreſſi, magnitudine glumarum corollae, biflori, rarius triflori.

43. CYNOSURUS *indicus* L.

Bractearum dorſum ſerrulato-ciliatum.

44. SCLERIA *ſumatrenſis* culmo folioſo, panicula prolifera erecta, involucris triphyllis, floribus polygamis. *Tab. II.*

E Sumatra adduxit *Rev. D.* WENNERBERG.

Culmi alti, craſſi, triquetri, folioſi.

Folia linearia, longe acuminata, ſuprema panicula longiora, nuda, margine aſpera.

Panicula ſemipedalis, compoſita, prolifera videtur, nam praeter involucrum ſub panicula aliud habet in paniculae medio.

Involucrum vtrumque triphyllum panicula brevius.

Involucella monophylla, brevia, filiformia.

Pedunculi et *Pedicelli* triquetri, ramoſi.

Spiculae parvae ferrugineae,

Maſculae pedunculatae triflorae.

floſculi 2 maſculi antheris ſubſeſſilibus linearibus flavis nigro-cuſpidatis.

tertius foemineus digynus ſterilis, *germine* nullo,

ſtylis longitudine ſpiculae nudis.

Femineae ſeſſiles, axillares, ſolitariae, uniflorae.

Germen rotundatum.

Styli tres

Stigmata villoſa.

Semen ſubrugoſum, atrum?

Num ſola haec ſpecies ſeminibus albis laevigatis deſtituatur?

45. ARUNDO *bengalenſis* calycibus bifloris, paniculae erectae pedicellis trifloris.

Habitat in Bengala. *Cel.* KÖNIG.

Culmi alti, inanes, craſſi, folioſi.

Folia glabra, bipedalia et vltra, baſi 2 pollices lata.

Panicula bipedalis, ramoſiſſima, erecta.

Pedunculi ſemiverticillati, inaequales, ramoſi.

Flores in inferiori paniculae parte ternati, unico ſeſſili duobusque pedicellatis, dein binati altero ſeſſili, ſupremi ſolitarii.

Calyx ſubulatus, nudus, biflorus, valvula altera parum longiore.

Corollae 2 lana longitudine calycis cinctae, altera pedicellata calyce parum longiore, *petalis* anguſtis linearibus, trinerviis, hyalinis.

46. ANDROPOGON *glaucum* panicula foliacea, involucellis calycibusque bifloris, florum ſeſſilium calycibus trivalvibus: pedunculatorum bivalvibus.

Miſit *opt.* KÖNIG, qui *Anthiſtiriae* ſpeciem credidit.

Culmi filiformes, pedales, folioſi.

Folia linearia, plana, glauca.

Panicula ſparſa, folioſa.

Pedunculi breves e vagina folii prodeuntes, ſolitarii l. plures.

Involucrum breve, cymbiforme, ariſta latiuſcula brevi terminatum. Ex hoc prodeunt

Pedicelli 2 breves, quorum ſingulus iterum *involucello* priori ſimili bifloro inſtruuntur.

Flores bini altero ſeſſili, pedunculato altero.

Seſſilis Calyx triglumis, cartilagineus, valvulis duabus lateralibus ſubfalcatis planis, tertia longiore convoluta recta acuminata; biflorus.

Corolla hermaphrodita vel foeminea, valvula altera cymbiformi majore, altera plana lanceolata, utraque hyalina.

Pedunculati pedicellus longitudine floris ſeſſilis, craſſus, rigidus.

Calyx bivalvis, acutus, longior, biflorus.

Corollae bivalves, lineari-lanceolatae, hyalinae, altera foeminea, vacua altera.

Stigmata plumoſa.

47. ANDROPOGON *ſerratum* ſpica ſimplici imbricata ſeriebus binis flôrum ariſtatis ſeſſilium, binis muticis pedicellatorum, calycibus univalvibus.

Creſcit ad oras fluminis in Bengalia. *Cel.* KÖNIG.

Culmi pedales, filiformes, ramoſi, folioſi, geniculis barbatis.

Folia linearia, laevia.

Pedunculus elongatus, fere capillaris.

Spica ſimplex, ſolitaria, imbricata, ſesquipollicaris.

Flores rachi adpreſſi, in quatuor ſeriebus digeſti, quarum binas unius lateris conſtituunt flores ariſtati ſeſſiles, alteras mutici pedicellati.

Maſculi Calyx univalvis, valvulâ ovata, obtuſa, viridi-ſtriata, ciliata.

Corolla bivalvis, valvulis hyalinis lanceolatis, interiore carinata.

Antherae tres lineares.

Foeminei Calyx et *Corolla* maris.

Germen ovatum, utrinque acutum, compreſſum.

Styli duo.

Ariſta longa, fuſca, tortilis, ad germinis latus inſerta.

48. ANDROPOGON *incurvatum* ſpicis filiformibus ſubdigitatis, floribus geminatis: foemineo pedicellato ariſtato, maſculo ſeſſili mutico, calycibus univalvibus.

Habitat in Tranquebaria juxta flumina. *Cel.* KÖNIG.

Culmi bipedales, filiformes, folioſi, ramoſi.

Folia linearia, ad radicem multa, in culmo pauca.

Pedunculus elongatus.

Spicae plures, filiformes, viridi-fuſcae.

Flores geminati, hirti, baſi barbati, maſculo ſeſſili mutico, foemineo pedicellato ariſtato.

Calyx in utroque linearis, univalvis, obtuſus, hirtus, viridi-fuſcus.

Corolla bivalvis, lanceolata, hyalina.

Ariſta foeminei floris longa, torta, geniculata, ad genu usque fuſca, dein albida, prope germinis baſin inſerta.

Germen longum cylindricum.

Antherae tres, parvae.

49. ANDROPOGON *muricatum* Faſcic. III. p. 43.

Idem eſt gramen, quod minus apto nomine *A. ſquarroſum* in *Supplem. Plant.* p. 433 dictum fuit, nihil enim ſquarroſi in toto gramine apparet.

50. ANDROPOGON *binatum* ſpicis geminis lanatis, calycum valvula altera acuminata: altera truncata tridentata, petalo majore ariſtato.

Tſchandranconae lectum dedit *amiciſſ.* KÖNIG.

Culmi filiformes, pedales, ſesquipedales.

Pedunculi 1-3 longi, filiformes.

Spicae geminae, pollicares.

Racheos dentes lanugine flava faſciculata.

Flores ſeſſiles eadem lanugine obſiti.

Calyx ſtriatus, *valvula majore* acuminata, *minore* truncata tridentata.

Corollae valvula exterior linearis, ariſtata, *ariſta* geniculata.

. . . . . *interior* brevior, mutica.

Styli duo. *Stigmata* villoſa, fuſca.

Obſ. In variis ſpicis nulla ſtamina adfuere, num deciderint? vel num flores hermaphroditi aut maſculi in diſtinctis individuis?

51. ANDROPOGON *aciculatum* panicula contracta erecta, pedunculis trifloris, floribus maſculis binis pedicellatis acuminatis, foemineo ſeſſili ariſtato.

Gramen aciculatum Rumph. Amb. VI. p. 14. t. 5. f. 1.

Habitat in Indiae Orientalis ſterilibus et ruderatis.

Culmi baſi radicantes, adſcendentes, pedales bipedalesque, ſimpliciſſimi.

Folia lanceolata, ſerrulata-ciliata, ſuprema vaginantia.

Panicula fuſco-purpurea, ſtricta, contracta, pollicaris.

Pedunculi triflori.

Receptaculum floris ſeſſilis piloſum et hinc lineae 2 piloſae in pedunculo decurrunt.

Flos ſeſſilis foemineus, *calyce* aculeolis ciliato, acuminato *petalo* interiore ariſtato, *ariſta* ſcabra.

Flores pedicellati maſculi duo, *calycibus* ſubulatis acuminatis angulatis.

Corolla nulla.

Stamina 2.

Rudimentum germinis.

Obſ. Deſcriptionem ex unico ſpecimine deflorato concinnavi, dubius itaque etiamnum ſum, an, quod in floribus maſculis obſervaverim, filamenta ſint, petalave anguſtiſſima.

52. CISSUS *heptaphylla* foliis ſeptenis ſerratis hiſpidis.

E Calcutta miſit *honor.* KÖNIG.

Frutex ſarmentoſus, ſcandens.

Rami pubeſcentes.

Cirrhi oppoſitifolii bifidi.

Folia alterna, petiolata, compoſita e binis ternatis et unico ſimplici majore, iterum petiolatis.

Foliola ovato-lanceolata acuminata, inaequaliter ſerrata, ſuperne ſparſim hiſpida, inferne magis; nerui veroet margines utrinque hiſpidiores.

Paniculae faſtigatae, brachiatae, pedunculatae, oppoſitifoliae.

Flores parvi.

53. SOLANUM *corymboſum* caule inermi ſuffruticoſo, foliis ovatis integris ſubtrilobisque, floribus cymoſis.

Habitat in Peru. Semina communicavit *Cl.* THOUIN.

Caulis bipedalis, ſuffruteſcens, debilis, angulatus, nudus. In Caldario fruteſcit.

Folia ſparſa, ovata, nuda, plerumque integra, rarius triloba. In Caldario lanceolata.

Cymae ex foliorum ſupremorum axillis, breves, e racemis ſimplicibus compoſitisque.

Flores purpuraſcentes, parvi.

Baccae nigrae, parvae.

54. PHYSALIS *limenſis* herbacea, foliis ovatis repandis piloſis, calycibus florum inflatis ſcarioſis.

Habitat in Lima. Semina benevole miſit *Cl.* THOUIN.

Planta annua, ſucculenta, tenera.

Caules teretes, debiles, piloſi.

Folia ovata, repanda, petiolata, binata, altero minore, pallide viridia, piloſa.

Pedunculi ſolitarii, foliis longiores, uniflori, violacei, piloſi.

Calyx inflatus, ſcarioſus, decemcarinatus, quinquedentatus. *Carinae* violaceae piloſiſſimae. *Dentes* acuti, virides.

Corolla campanulata, extus piloſa, violacea.

Tubus calyce brevior, anguſtus.

Limbus ampliatus, ſubpentagonus, ſubquinquelobus, angulis extus: carinis intus trilineatis.

Filamenta fauci adnata, ſubulata, inaequalia, baſi piloſa, albida, *antheris* erectis coeruleis.

Germen oblongum, viride, baſi circulo aurantio continuo circumdatum.

Stylus filiformis, ſtaminibus longior, verſus ſtigma nonnihil incraſſatum.

Stigma lobis duobus acutis ad ſtyli latera deflexis adnatisque, viride marginibus fuſcis.

Fructus abortiit.

Facies Hyoſcyami, corollis coeruleſcentibus majoribus.

55. CELOSIA *baccata* floribus trigynis, fructibus baccatis.

Communicavit *Cel.* KÖNIG.

Caulis erectus.

Folia alterna, petiolata, cordata, acuminata, integra

Racemi axillares ſolitarii, terminales plures longi.

Flores parvi, breviſſime pedunculati.

Calyx foliola duo minuta appreſſa.

Petala quinque ovata, nonnihil concava.

Stamina 5, *filamentis* atris baſi dilatatis, ut germen omnino cingant.

Germen ſubrotundo-trigonum.

Styli 3 ſtigmatibus ſimplicibus.

Bacca atra, triſperma.

Semina latiuſcula, hinc convexa inde concava, utrinque nitida.

56. PHARUS *ciliatus* panicula ſubramoſa, calycibus apetalis ciliatis muticis.

Ad margines ſtagnorum lectum dedit *honor.* KÖNIG.

Culmi multum folioſi, bipedales.

Folia linearia, anguſta, ſcabra.

Panicula parum ramoſa, brevis, vel etiam racemus ſimplex.

Calyx valvulis ovatis convolutis, dorſo biſulcatis, muticis, margine ciliatis.

Corolla nulla.

57. PHARUS *ariſtatus* panicula umbellata, calycibus apetalis ariſtatis nudis.

Habitat in Indiae aquoſis.

Culmus ſupra aquam vix bipedalis ad genicula ſub aqua radiculas plures pectinatas emittens, erectus, folioſus.

Folia lanceolata, brevia, latiuſcula, nuda, ſuperne aſpera, ligula nulla.

Vaginae in ramis ſterilibus tumidae.

Panicula umbellata, pedunculis racemoſis inaequalibus.

Flores pedicellati, pedicellis incraſſatis.

Maſculi plures, ſuperiores, lanceolati.

Calyx biglumis, *gluma exteriore* quinquenervia, ariſtata, dorſo et marginibus ciliata, *interiore* anguſtiore ariſta excepta longiore, uninervia, hyalina, acuminata, non ariſtata.

Corolla nulla.

Stamina ſex, *filamentis* breviſſimis, *antheris* linearibus longis flavis apice laeviter bifidis.

Foeminei pauciores, inferiores.

Calyx et *Corolla* Maris.

Germen minutum.

Styli 2.

Stigmata plumoſa, alba.

Obſ. Valde affines ſunt Phalaridi Oryzoidi.

58. BAMBOS.

Cum Arundinis genere nihil commune habet, uti floribus perſpectis mox patebit. E variis peregrinatoribus Flores habui, ſed ſemper mancos et diſſolutos, ita ut characterem extricare impoſſibile fuerit, donec ramulum melius ſervatum ab amiciſſimo KÖNIG acceperim. Nomen Bambos ſervavi, quia notum, licet barbarum.

Inflorescentia Spica diſticha multiflora.

Calyx ſquamae plures breves inaequales concavae.

Flores plerumque quaterni, caeterum 3 - 8 in ſpica vidi.

Corollae valvula exterior oblonga, mucronata, convexa, marginibus ad baſin nonnihil inflexis, enervia.

interior planiuſcula, lanceolata, marginibus ad angulum acutum inflexis. *Anguli* hi piloſi.

Stamina filamentis ſex breviſſimis, *antheris* linearibus. Saepe filamentum unum antheram ſolitariam, ſecundum duo et tertium tres antheras gerit.

Piſtillum. *Germen* minimum.

Styli breves 2, etiam unicus.

Stigmata longa, longitudinaliter plumoſa.

1. *Bambos arundinacea.*

Arundo Bambos Auctorum.

Panicula ramoſa, divaricata, dura.

Spicae alternatim congeſtae, numero inaequales, ſeſſiles.

59. LIMONIA *pentaphylla*, inermis, foliis ſubquinatis.

Dedit ex India *honor.* KÖNIG.

Spinae nullae.

Folia plerumque in petiolo quina, alterna, ovata, acuta, integra, magnitudine foliorum *Citri Medicae.*

Petioli partiales breves ſubalati, alae vero inflexae.

Racemi breves, compoſiti.

Flores minuti.

Calyx quinquedentatus.

60. SAXIFRAGA *punctata* Gunn. Fl. Norveg. 1076. Rottb. Act. Hafn. Vol. X. p. 445. t. III. f. 10. quam pro *umbroſa* L. habui in Prodr. Fl. Scand. p. 79. *Cel.* DRYANDER contendit eſſe *cuneifolia* Linn. et Scop. quae proprie defectu punctorum ab *umbroſa* differt, ſi modo haec ſufficiant. Forte omnes tres unicam conſtituunt ſpeciem.

61. SEDUM *ſtellatum* L.

Caulis erectus, angulatus.

Folia infima ſaepius oppoſita, reliqua ſparſa, cuneiformia, angulato-ſeptemdentata, ſquamulis pellucidis ciliata, utraque pagina tenuiſſime ſtriata ac minimis punctis lucidis obducta.

Cyma bifida, folioſa.

Flores in axillis foliorum floralium ſeſſiles.

Folia floralia obovata, inferiora 5 l. 3dentata, ſuperiora integra.

Calyx foliolis lanceolatis, acutis, erectis.

Petala calycinis foliolis anguſtiora et vix breviora, lanceolata, acuta, compreſſa, candida carina rubente.

Stamina et *Germina* petalis breviora, candida.

Stigmata purpurea.

Nectaria ſquamulae quinque citrinae, oblongiuſculae, ſub germinibus.

Capſulae divergentes.

62. NECTARIA in

SEDO *populifolio* ſquamae 5 ſubrotundae albae tantillum ad flavedinem vergentes.

. . *Telephio* . . . . truncatae, lineares, longiores.

. . *hiſpanico* . . . . truncatae, emarginatae, flavo-rubentes.

. . *rupeſtri* . . . . truncatae flavae.

63. LAGERSTROEMIA *Flos Reginae* foliis ovato-oblongis, calycibus rugoſis tomentoſis.

Lagerſtroemia Major javanica Faſc. N. I. p. 20.

Murtughas L. Fl. Zeylan. 533.

Ketmia indica foliis laurinis flore violaceo ſpicato. *Burm.* Zeyl. p. 137.

Adamboe Rheed. Malab. IV. tab. 20. 21.

Creſcit in ſylvis Calcuttae KÖNIG, Iavae BLADH.

Deſcriptionem vide in Faſc. I. l. cit. cui addi poteſt

Calyx turbinatus, coriaceus, rugoſus.

Florum panicula pyramidalis brachiata ſpithamaea.

Pedunculi tomentoſi.

64. LAGERSTROEMIA *indica* foliis ovatis, calycibus nudis laevibus.

Lagerſtroemia indica Spec. Plant. p. 734.

Lagerſtroemia minor chinenſis Faſc. N. I. p. 20.

65. SPARRMANNIA *africana* Suppl. Pl. p. 265.

Iconem pulcherrimi fruticis vide Tab. III.

Tſiin-Kin Rumph. Amb. VII. t. 28.

Habitat in China.

Deſcriptioni l. cit. adde

Calyx campanulatus.

Panicula brevis pedunculis alternis laevibus.

66. STEMODIA *ruderalis*, foliis ovatis ſerratis petiolatis.

In ruderatis Indiae-Or. lectam miſit *Cel.* KÖNIG.

Caulis ſuffruticoſus videtur, teres, pubeſcens, ramoſus.

Folia oppoſita, ovata, ſerrata: ſerraturis magnis, baſi integra.

Petioli tenues longitudine fere foliorum.

Flores axillares, ſolitarii, oppoſiti, pedicellati.

Calyx campanulatus, quinquedentatus, pubeſcens.

Corolla aurea.

Stylus corolla brevior.

67. ARACHIS *fruticoſa* caule fruticoſo erecto.

Hedyſarum hamatum L. Syſt. Veg. XIV. p. 674.

Trifolium procumbens zeylanicum hirſutum Loti facie *Burm. Zeyl.* p. 226. t. 106. f. 2.

Habitat in Zeylonae, Tranquebariae aridis. D. KÖNIG.

Obſ. Varietas jamaicenſis ulterius examinanda, num revera huc pertineat.

68. CROTALARIA Faſc. N. II. N°. 66. eſt
CROTALARIA *linifolia* Supplem. Plant. p. 322.

69. CROTALARIA *ſericea* foliis ſimplicibus lanceolatis acutis ſubtus ſericeis, florum racemis elongatis.

Communicavit *Opt.* KÖNIG.

Planta procera, fruticoſa videtur, annua tamen.

Caulis ramoſus, ſtriatus.

Folia breviter petiolata, oblonga, lanceolata cum minuto acumine, verſus petiolum decreſcentia, ſupra glabra, ſubtus ſericeo-tomentoſa.

Stipulae ſemicordatae, acuminatae.

Racemi elongati, ſimplices, terminales et axillares.

Bracteae cordatae, acuminatae.

Flores pedunculati, ſolitarii, lutei.

Pedunculi bracteolis 2 l. 3 in medio.

Calycis lab. ſuperius profunde bifidum.

. . . . *inferius* tridentatum, dentibus lanceolatis.

Stylus verſus ſtigma incraſſatus, piloſus.

70. HEDYSARUM *gramineum* foliis ſimplicibus lineari-lanceolatis, ſtipulis ſcarioſis, racemis nudis, pedicellis bifloris, dentibus calycum barbatis.

Miſit *amiciſſ.* KÖNIG.

Frutex determinate ramoſus.

Caules teretes, ſtricti, articulati.

Folia bipollicaria, ſesquilineam lata, lineari-lanceolata, acuminata, venoſa, petiolata, petiolis brevibus fuſcis.

Stipulae lanceolatae, acuminatae, ſcarioſae juxta folia; alterum par ad caulis articulum, quod in adultioribus ramis in fibras reſolvitur.

Racemi ſtricti, elongati, aphylli.

Pedunculi gemini, uniflori, diſtantes.

Calyx tubuloſus, angulatus, ſcarioſus, dentibus ſubulatis intus barbatis.

Corolla parva, purpurea.

Legumina convexo-ancipitia, glabra, mucronata, articulis 3-5, forte etiam pluribus.

71. AESCHYNOMENE *cannabina* caule herbaceo, foliolis obtuſis acuminatis, pedunculis ſolitariis, leguminibus compreſſis laevibus.

Dedit *honor.* KÖNIG, qui cannabinam vocavit, quia hujus in modum tractata, cannabis ſpeciem praebet.

Caulis herbaceus, angulosſus, ſtriatus, parce piloſus.

Foliola numeroſa, oppoſita, linearia, obtuſa cum acumine parvo, piloſa, ſubtus glauca.

Petioli ad petiolorum partialium inſertionem barbati.

Pedunculi axillares, ſolitarii, uniflori.

Flores parvi.

Calyx campanulatus, bilabiatus, nudus.

Legumen longum, lineare, tetragono-compreſſum, laeve.

72. ABROMA *Wheleri* foliis ovato-lanceolatis acuminatis, ſubdentatis.

Miſit *honor.* KÖNIG.

Frutex cortice fuſco.

Rami ultimi tomentoſi.

Folia alterna, ovato-lanceolata, acuminata, hinc inde dentata, alia integra, nervis tomentoſis.

Pedunculi oppoſitifolii, multiflori, involucrati, articulo unico inſtructi; fructiferi recurvati lignoſi.

Involucrum polyphyllum foliolis lanceolatis deciduis.

Flores triſte purpurei.

Nectarium utrumque ciliato-barbatum;

interius obcordatis ſquamis.

Antherae ternatae, ſeſſiles in ſinubus inter lacinias l. ſquamas Nectarii interioris.

Capſula magna, quinquevalvis: valvulis membranaceis.

Receptaculum quinquepartitum barbatum, valvularum ſuturis adnatum.

Semina ovata, atra, punctis elevatis ſcabra.

Obſ. Emendatione itaque eget Generis character in Suppl. Plant.

73. HYPERICUM *chinenſe* fruticoſum, trigynum, pedunculis axillaribus bifloris, foliis ovato-lanceolatis integerrimis.

E China adduxit *Clar.* D. BLADH.

Arbuſcula ramis alternis.

Folia oppoſita, petiolata, ovato-lanceolata, acuta, integerrima, nuda, bipollicaria.

Pedunculi axillares ſolitarii, oppoſiti, bifidi, biflori.

. . . . . *terminales* multiflori.

Flores flavi.

Calyx laciniis ſubrotundis margine altero incumbentibus, coriaceis.

Petala obovata, ſtriata, calyce longiora.

Filamenta tria lata in multa fila ab exteriore latere ſenſim altiora diviſa, quarum ſuprema ſterilia, exteriora antherifera.

Germen trigonum.

Styli tres latiuſculi, *ſtigmatibus* ſimplicibus.

74. SENECIO *uniflorus* Faſc. III. p. 42. eſt

Senecio cernuus Supplem. p. 370.

75. ERIGERON *ſumatrenſe* tomentoſum, floribus racemoſo-paniculatis, foliis lanceolatis ſubſerratis.

E Sumatra adduxit *adm. Rev.* D. WENNERBERG.

Caulis tripedalis et ultra, teres, ſtriatus, tomentoſus, ruber.

Folia ſeſſilia, lanceolata, tomentoſo - hiſpida, inferiora dentata: ſuperiora ſerrata.

Pedunculi longi, racemoſo-paniculati, foliolo uno alterove anguſto-lanceolato, plerumque integro.

Calyx tomentoſus, foliolis linearibus longitudine pappi.

Floſculi radii multi, capillares, pappo nonnihil breviores.

. . . *diſci* infundibuliformes, pauci, longitudine pappi, fertiles.

Pappus ſimplex, copioſus.

76. ERIGERON *ſericeum* floribus paniculatis, foliis ovato - lanceolatis tomentoſo-ſericeis integris ſerratisque baſi appendiculatis.

E Iava allatam dedit plantam *adm. Rev.* D. WENNERBERG.

Caulis erectus, ſimplex, tomentoſus.

Folia alterna, petiolata, ovato-lanceolata, alia ſerrata, alia integra, alia denique altero margine variantia, utrinque tomentoſo-ſericea; ad baſin utrinque dentem acutum longum unum alterumve habent.

Panicula diffuſa.

Flores magnitudine *Conyzae cinereae.*

Calyx imbricatus, foliolis extimis breviſſimis, interioribus nonnihil floſculis longioribus.

Floſculi (quantum e Specimine ſicco hariolari licet) lutei, *diſci* hermaphroditi circiter XX, *radii* pauciores filiformes.

Pappus piloſus, rubens.

77. ARTEMISIA *littoralis* procumbens ſtrigoſa, foliis ſpathulatis ſerrato-dentatis, calycibus nudis pedicellatis.

In littoribus marinis Indiae Orientalis lectam dedit *amic.* KÖNIG.

Similis *Artemiſiae Maderaſpatanae* ſed

Tota tomento ſtrigoſo obducta praeter *calyces*, qui grandiuſculi, ſcarioſi, nudi.

Folia ſimplicia, ſpathulata, ſerrato-dentata.

Flores pedicellati, plerumque oppoſitifolii, ſed etiam axillares et terminales; ſolitarii, rarius binati.

78. ZINNIA *Bidens*: foliis pinnatifidis, ſeminum ariſtis longis retro-aculeatis.

In Bengala lectam miſit *opt.* KÖNIG.

Planta parva, vix ſemipedalis, anomala.

Radix ſimplex, lignoſa, ratione plantae longa.

Caulis erectus, ſimplex, apice in pedunculos nonnullos diviſus.

Folia radicalia pollicaria, petiolata, inaequaliter pinnatifida: laciniis lanceolatis acutis integris.

caulinum unum vel alterum pinnatifidum ſeſſile.

Pedunculi uniflori, nudi.

Flos magnitudine grani piperis.

Calyx ſimplex, quinquefolius.

Flores radii foeminei quinque, diſco nonnihil breviores, lamina ovata nervoſa tridentata (?) perſiſtente.

diſci tubuloſi, altiores, 7 - 8 hermaphroditi.

Paleae floribus diſci breviores, lineares.

Semina radii brevia biariſtata compreſſa.

. . . *diſci* duplo longiora, compreſſa, vtrinque triſtriata, ariſtata.

Ariſtae longitudine dimidia ſeminum, divergentes retro - aculeatae.

Species itaque anomala characteres *Zinniae*, *Bidentis* et *Coreopſidis* conjungens.

79. IMPATIENS *roſmarinifolia* foliis oppoſitis linearibus, pedunculis ſolitariis unifloris.

E Zeylona miſit *Cel.* KÖNIG.

Pedunculis alternis ſolitariis.

Nectario petalis majore.

Foliis ſubtus glaucis.

Ab *Oppoſitifolia* L. videtur differre, reliqua cum deſcriptione in Fl. Zeyl. p. 148. N°. 314. conveniunt.

80. ARISTOLOCHIA *bracteata* foliis cordatis obtuſis, caule infirmo, floribus ſolitariis, bracteis cordatis petiolatis.

Miſit plantam *honor.* KÖNIG circa Madras in agris et collibus ſolo argilloſo minus frequentem.

Caulis flexuoſus, infirmus, ſtriatus.

Folia petiolata, cordata, rotundata.

Flores ſolitarii, axillares, pedunculati, folio breviores, labio longo curvo.

Bracteae cordatae, petiolatae.

Planta Indis medica.

81. PHYLLANTHUS *ſimplex* ramis foliisque lanceolatis decurrentibus ſimplicibus.

E Tranquebaria miſit *Honor.* KÖNIG.

Rami virgati, angulati, raro ramoſi, ſpithamaei et pedales, e radice adſcendentes, trunco fere nullo.

Folia lanceolata margine et carina albidis, breviſſime petiolata, *petiolo* ad proximum folium decurrente.

Stipulae minutae, acutae.

Flores ad petioli ſiniſtrum latus prodeunt.

Foeminei longe pedunculati.

Maſculi ſeſſiles.

82. PHYLLANTHUS *ſtellata* foliis ſimplicibus alternis lanceolatis, umbellis ſeſſilibus axillaribus.

E Zeylona miſit *Cel.* KÖNIG.

Arbor l. Frutex.

Folia magnitudine et forma Citri, glauca, integerrima.

83. PHYLLANTHUS *rhamnoides* caule ſuffruticoſo, foliis pinnatis, foliolis alternis ovatis floriferis, pedunculis inferioribus geminis maſculis: ſuperioribus ſolitariis foemineis.

Rhamnus Vitis idaea Burm. Fl. ind. p. 61. c. Synon.

Communicavit *Amiciſſ.* KÖNIG.

Planta ſuffruticoſa, nuda.

Folia alterna.

Foliola etiam alterna, ad 14. ovata, integerrima, acuta.

Stipulae parvae, acuminatae, caducae.

Pedunculi axillares foliolorum.

inferiores binati maſculi, altero longiore, *calycibus* truncatis.

ſuperiores ſolitarii foeminei, *calycibus* fiſſis.

Fructus forma et magnitudine *Iuniperi vulgaris.*

84. ACALYPHA *betulina* fruticoſa, involucris foemineis cordatis crenatis, foliis ovatis acutis ſerratis,

Cauda felis agreſtis Rumph. Amb. IV. p. 84. t. 37.

In Zeylona ſpontanea, plantatur in India in uſum medicum indigenorum. *Cel.* KÖNIG, ex quo Specimen accepi.

Frutex ad altitudinem humanam excreſcens.

Rami teretes, cortice cineraſcenti-fuſco.

Folia ovato-lanceolata, acuta, ſerrata, petiolata, alterna.

Amenta axillaria, tomentoſa.

Involucro vel nullo vel rotundato, cordato crenato rachim amplexante intra quod

Flores 2. l. 3. *foeminei* tomentoſi

ſtylis tribus non tri-ſed multipartitis longis.

maſculi plures ſupra foemineos.

Odor aromaticus.

85. CROTON *punctatum* foliis ovatis acutis integris ſubtus tomentoſis punctatis, caule fruticoſo.

E Zeylona miſit *Cel.* KÖNIG.

Fructus ſpicatus, capſulis ſericeis coccineis piloſis.

Flores non vidi.

86. TROPHIS *aſpera* foliis ovatis inaequaliter ſerratis aſperis.

Habitat in ſylvis et nemoribus Indiae Orientalis. *Cel.* KÖNIG.

Arbor.

Folia ovata, inaequaliter ſerrata, aſpera praeſertim ſubtus.

Mas Amentum globoſum, axillare, pedunculatum, *floribus* 12-13 ſeſſilibus.

Foemina Flores congeſti, axillares, *ſtylis* longis.

Fructus bacca aurantia, glabra, nonnihil compreſſa, magnitudine Piſi, diſperma. *Pulpa* parca.

An *Cudranus amboinicus* Rumph. Herb. V. p. 25. t. 15. f. 1. 2.

Obſ. Folia ad laeviganda ligna loco Equiſeti a Scriniariis adhibentur. KÖNIG.

87. ANTIDESMA *acida* foliis obovatis, ſpicis ſolitariis.

Dedit *Amic.* KÖNIG.

Folia obovata, minus acuta.

Spicae ſolitariae vel axillares (vel ramulos laterales breviſſimos terminant.

Calyx quinquedentatus.

Flores foeminei ſtylis plerumque tribus reflexis.

88. DIOSPYROS *Ebenaſter* foliis ovali-oblongis coriaceis, gemmis glabris.

Dioſpyros Ebenum L. Supplem. p. 440.

Hebenaſter Rumph. Amb. III. p. 13. t. 6.

Habitat in ſylvis circa Calcuttam. KÖNIG.

Obſ. Manifeſte utrasque Dioſpyri ſpecies confundit *Nob.* à LINNÉ Fil. Deſcriptio hujus habetur in *Suppl. l. c.* quacum conferri meretur *Rumphius.*

89. DIOSPYROS *Ebenum* foliis ovato-lanceolatis acuminatis, gemmis hirtis.

Dioſpyros glaberrima Friis Rottb. in Novis Act. Hafn. II. p. 540. tab. 5.

Dioſpyros Ebenum Phyſiogr. Saelſk. Handl. V. I. P. 3. p. 176.

Habitat in Zeylonae ſylvis.

Deſcriptionem ab inventore concinatam vide l. cit.

Folia circiter tripollicaria, quoad conſiſtentiam tenuia, flexilia, obſcure viridia.

90. TERMINALIA.

Clar. KÖNIG, qui hujus ſex ſpecies invenit, eſſentialem generis characterem ponit in

Calycis fundo glanduloſo, barbato.

Nuce lignoſa, *nucleo* cylindrico utrinque acuto, *cotyledonibus* ſpiraliter contortis.

91. TERMINALIA *chebula*, foliis ovatis nudis, petiolis ſupra biglanduloſis, racemis ſimplicibus.

Habitat in montibus Palliacattenſibus vel Narienſibus mixta cum *Pterocarpo Santalino.*

Arbor triplam vel quadruplam hominis altitudinem vix excedens, fronde haud multum diffuſa.

Rami ſparſi cortice cinereo.

Folia ſuboppoſita, petiolata, ovata, nuda, integerrima; juniora ſericeo-hirſuta.

Glandulae 2 ſub folio in ſuperiore petiolorum latere, nonnunquam 2 aliae in ipſa folii baſi, quod praeprimis in teneris obtinet.

Pedunculi racemoſi, floribus ſeſſilibus verticillatis, terminales ramulorum.

Calyx monophyllus, ſuperus, campanulatus, brevis, quinquedentatus, extus nudus flaveſcens, intus barbatus.

Glandulae fundi oblongae, denſe barbatae.

Corolla nulla.

Stamina 10 calyce duplo longiora: alterna in calyce ſitu inferiora.

Filamenta ſetacea.

Antherae didymae.

Germen inferum, oblongum, baſi craſſiore piloſa.

Stylus filiformis, longitudine fere ſtaminum.

Stigma ſimplex.

Obſ. In meis ſpeciminibus ab *Opt.* KÖNIG acceptis, omnes flores hermaphroditi, ſed foecundi flores a ſterilibus facile dignoſci queunt, horum enim germen aequale, illorum baſis incraſſata.

92. LYCOPODIUM *ciliare* foliis bifariis: ſuperficialibus, diſtichis, caule ramoſo, ſpicis terminalibus ſolitariis folioſis compreſſis, unilateralibus.

E Zeylona dedit *Cel.* KÖNIG.

Muſcus ſesquipollicaris, inordinate ramoſus, ex axillis radiculas capillares demittens.

Folia majora alterna, diſticha, patula, ovata, acuta, ciliata.

. . *minora* cum his alternant ab altero caulis latere appreſſa, acuminata, non ciliata.

Spicae ramos terminant e foliis ſimilibus ſed majoribus, compreſſae, diſtichae, et in his folia majora integra ſinu ſterilia, minora vero ciliata ſinu capſulifera.

Capſula ſolitaria, bivalvis, ſeſſilis, globulos tres raro quattor polliniferos dilute flaveſcentes, gerens.

93. CLAVARIA *bifida*, bifida, laciniis ſubbifidis.

In Malacca, Siam habitat *Cel.* KÖNIG.

Fungus pollicaris luteus.

Stipes tenuis, verſus ſummitatem bipartitus, laciniis divergentibus, vel laeviter bifidis vel ſaltem emarginatis.

ANDREAE IOHANNIS RETZII
PHIL. MAG. AD REG. ACAD. LVNDENS. HISTORIAE NATVR. ET OECONOM. PROF. R. ET ORD. SOCIET. PHYSIOGRAPHICAE LVND. SECRETARII ETC.

FASCICVLVS OBSERVATIONVM BOTANICARVM SEXTVS

CVM FIGVRIS AENEIS

ET

I. G. KOENIG

DESCRIPTIONES EPIDENDRORVM

IN INDIA ORIENTALI FACTAE.



LIPSIAE,
APVD SIEGFRIED LEBRECHT CRVSIVM.
cIↄIↄccxci.

ILLUSTRISSIMO

I. C. D. SCHREBER

PROFESSORI ERLANGENSI

AMICO HONORATISSIMO

D. D. D.

AVCTOR.

L. B.

Ultimam Tibi jam offero Plantarum a b. m. KÖNIG miſſarum meſſem. Plures earum quidem poſſideo, ſed ita comparatae ſunt, vt certo definiri non poſſint.

In hoc Faſciculo nonnulla noua Genera conſtituere tentaui. Dantur Botanici, qui ex quauis in fructificationis partibus etiam leuiori differentia noua fingant genera & ſic nobilem ſcientiam confundant, ac veterem magno magnorum Virorum labore expurgatam barbariem denuo introducere allaborent. Cum his non ſentio. Has, noua, vt puto, Genera conſtituentes plantas non heri accepi; ſed per annos ſeruaui cum multis aliis, quas ſenſim a variis illuſtribus Botanicis determinatas ac deſcriptas vidi. Difficultas e ſiccatis plantis certos ac indubios genericos characteres eruendi, varios in Botanica introduxit errores, quos ſolum euitare poteſt conſummatus in arte Botanicus, plantas vegetantes cultura haud deprauatas inſpiciens; ſemel vero introductos corrigere difficile ſatis eſt. Non raro etiam contingit, quando ex vnica ſpecie generis character deſumtus ſit, vt detectis nouis ejusdem generis ſpeciebus ſuppoſitum eſſentialem genericum characterem in ſpecificum tranſire jubeat natura. Sic etiam fieri potuit, vt ego in his errauerim.

Quam facilis enim in his error ſit, demonſtrat praeter alia *Schreberae* genus in Nouis Actis Upſalienſibus conſtitutum, quod ex flore Cuſcutae cujusdam Africanae & fructu Myricae conflatum eſſe obſeruauit acutiſſimus VAHL Linneanum Herbarium ſcrutatus. Aliud itaque genus Botanico, inter noſtri temporis principes jure numerando, dicaui.

In tertio harum Obſeruationum Faſciculo pag. 47 & 48. characteres Monandrarum a b. KÖNIG deſcriptarum propoſui. Monuit incomparabilis, at cito nimis ereptus amicus, inflorescentiam in hac tribu magni eſſe ponderis. Ex hoc fundamento tria jam tentaui genera conſtituere; quam feliciter judicent autoptae.

Quam alio loco *Swarziam* dixi, jam *Helleniae* ſub nomine ſiſtitur. Intellexi enim a nobiliſſimo Viro, bina genera ab aliis jamjam nomine ejus inſignita fuiſſe.

Sic etiam *Gaertneram* antehac alio, ſcilicet nobiliſſimi SMITH nomine nuncupaui, poſtquam autem honoratisſimus VAHL *Smithiae* nomen alii plantae (ex Diadelpharum claſſe datum eſſe, mihi certiorem fecerit, *Smithiam* vero meam jamjam ab alio GAERTNERAE nomine dici, id correxi; characte-

rem autem generis, ab alio quamuis antea propoſitum, quem quidem non vidi, qualem ego illum inueni, deſcribere, ſuperfluum non ideo duxi.

Excellentiſſimi HOLMSKIOLD in rem Botanicam merita, quamuis exteris adhuc forte minus nota ſint, poſcunt, vt ejus nomine ſuperbiat planta, non minus pulchra quam ſingularis. Egregium hujus Viri ſimulque ſplendidiſſimum de *Clavariis* opus quotidie exſpectamus.

Cymbachne facie externa omnino *Rottboelliis* accedit, verum ab his recedit tota ejus interna ſtructura. Ex recentis autem graminis inſpectione, vel collatione ſaltem plurium exemplarium major de charactere certitudo neceſſe habebitur.

Video ex ill. SCHREBER *Gram. tab.* 34 et cum hac collata deſcriptione *Mantiſſ. alt.* p. 302. *Panicum ſquarroſum* Faſc. IV. p. 15. & V. tab. 1. eſſe *Cenchrum muricatum* Linnei. Cenchris facie quidem, vix charactere accedit, nec regulariter polygamum eſt gramen.

Deſcriptiones Epidendrorum Orientalis Indiae, quas laborioſiſſimus KÖNIG concinnauit, beneuole communicauit ill. SCHREBER, vt huic Faſciculo annecterem. Gratius ſane mihi injungere non potuiſſet officium.

Vale meisque conatibus faue.

HERITIERA.

Inflorescentia paniculata.

Corollae limbus duplex, exterior ſubtrifidus.

Nectarium diphyllum vel bifidum.

Capſula trilocularis, coriacea, inflata ſubgloboſa.

1. HERITIERA *Allughas* nectariis diphyllis, capſulis ſubſpongioſis, foliis integerrimis. *Tab. I.*

Allughas. L. Flor. Zeyl. 448.

Habitat in Zeylon. König.

Scapus bipedalis, ſimpliciſſimus, compreſſus, ſtriatus, geniculatus, foliorum petiolis vaginantibus ad ſemipedis circiter a panicula diſtantiam veſtitus.

Folia oblonga, pedalia, acuta, integerrima, margine albicantia, nervoſa & utrinque ad angulum acutum tenuisſime et confertisſime ſtriata duos cum dimidio ad tres pollices lata, vtrinque aequali fere proportione decreſcentia.

Panicula ſpithamæa, pedunculo tomentoſo.

Pedunculi partiales etiam tomentoſi, ramoſi, alterni, bracteis cucullatis ab altero latere fisſis, tomentoſis, caducis inſtructi, multiflori. Ad pedicellorum exortum aliae bracteae ſcarioſae, nudae, ſemiorbiculares, deciduae.

Calyx Spatha campanulata, tomentoſa, inaequaliter bifida: laciniis obtuſis, ſupera.

Corolla monopetala, bilimbis, extus hirta.

Tubus cylindricus longitudine ſpathae.

Limbus exterior ringens; *labium ſuperius* longius ovatum, cymbiforme, apiculatum, *inferius* bifidum, lobis ſemiovatis, obtuſis, margine exteriore inuoluto.

. . . *interior* longior, latior, erectus, bifidus, lobis ouatis neruoſis.

Filamentum lineari-lanceolatum limbo exteriore longius, interiore breuius, ſupra antheram apicem extollens. Sub antheſi autem apice finditur, ita vt in uno filamento binae videantur antheræ baſi cohaerentes.

Anthera margini interiori filamenti adnata, linearis, bipartita.

Germen inferum, ſubtrigonum, hirtum.

Stylus filiformis, ſub anthera flexus, dein in rima inter utrumque antherae lobum latens, poſt explicationem corollae ſenſim ſupra antheram elongatus.

Stigma ſuborbiculare, medio elevatum.

Nectarium diphyllum, compresſum: foliolis lanceolatis ſtylum includentibus eiusque dimidiam longitudinem habentibus.

Fructus nonnihil ovalis, vtrinque parum retuſus, quaſi in tres capſulas ex tomento compacto molli fragili confectas polyſpermas reſolvitur.

Semina arillata circiter octo in quovis loculo ſubreniformia, griſeo-fuſca, quae contuſa odorem & ſaporem Galangae nonnihil camphoratae offerunt.

2. HERITIERA *alba* nectariis diphyllis, capſulis ſtriatis, foliis integerrimis.

Langvas vulgare König Deſcr. Monandr. p. 64.*

3. HERITIERA *chinenſis*, nectariis diphyllis, foliis ciliatis.

Langvas chinenſis. König l. cit. p. 65.*

4. HERITIERA *aquatica* nectariis monophyllis bifidis, foliis margine denticulatis.

Langvas aquaticum l. ſylveſtre. König l. cit. p. 67.*

II. HORNSTEDTIA.

Inflorescentia ſpica ſtrobiliformis apice hians, ſubacaulis.

Calyx bifidus

Corollae tubus longus, filiformis; limbus duplex: exterior tripartitus.

Nectarium tubuloſum.

Capſula trilocularis oblonga.

5. HORNSTEDTIA *Scyphus* foliis ſubtus tomentoſis.

Amomum ſcyphiferum König l. cit. p. 68.*

6. HORNSTEDTIA *Leonurus* foliis glabris ciliatis.

Amomum Leonurus. König. l. cit. p. 69.*

III. HELLENIA.

Infloreſcentia Spica ſtrobiliformis ouata, ſcapo elongato folioſo inſidens.

Calyx trifidus.

Corollae limbus interior cucullato-campanulatus dorſo fiſſus.

Nectarium nullum.

Capſula trilocularis, oblonga coronata.

7. HELLENIA *grandiflora.*

Bankſea ſpecioſa. König l. cit. p. 75.*

8. In egregia ſua *Diſſertatione de* HIPPURIDE p. 8. Cel. Aboenſium Profeſſor HELLENIUS amice monuit, me haud recte genus *Hippuridis* ad Gynandrarum claſſem retuliſſe. Pace celeberrimi Viri dictum ſit, me rationes ibi allatas haud bene intelligere. Germen piſtilli partem eſſe nemo forte negabit, et ipſe cel. Vir fatetur, et ſtylum (piſtillum errore forte calami dicitur) & ſtamen germini inſidere, adeo itaque ſiniſtre hoc a me factum non puto. Germen eſt piſtilli pars eſſentialis, ſtylus haud ita. Characterem Gynandrarum ita definivit *Equ. à* LINNE: *Stamina piſtillis, non receptaculo inſident*, neceſſarium ideo non eſt, vt ſtamina ſtylo inſideant.

9. VERONICA *Pſeudochamaedrys* Jacqu. Auſtr. I. t. 60 eſt *Veronica latifolia* β. Obſ. Bot. Faſc. I. p. 9.

10. PIPER *longum* L.

eſt Planta monoica obſervante *Cel.* KÖNIG.

11. SCIRPUS *globuloſus* culmo compreſſo nudo, panicula terminali, ſpicula vnica ſeſſili: pedunculatis pluribus globoſis.

Habitat in India Orientali.

Culmi ſimplicisſimi, nudi, ſpithamaei, craſſitie fili groſſioris, compreſſi mihi videntur.

Spicata terminalis ſeſſilis, globoſa, fuſca, magnitudine ſeminis milii praeterea 3-5 pedunculatae.

Pedunculi indiviſi monoſtachyi, raro alteram ſpicam ſeſſilem ſimul gerunt, a 2 ad 8 lineas longi, inaequales, ad baſin vagina breviſſima veſtiti. *Vaginae* hae foliolo breviſſimo, vel potius apice libero terminantur.

Spicularum ſquamae ſubrotundae, obtuſiſſimae, concavae, fuſcae margine albido.

Stamina 3.

Stylus 1.

Stigmata 3, hirſuta, fuſca.

11. SCIRPUS *junciformis* culmo nudo filiformi ſubtrigono, paniculae ſpiculis ſeſſilibus pedunculatisque, inuolucro diphyllo.

E China dedit *Cel. D.* BLADH.

Folia radicalia, linearia, levia, culmo breviora.

Culmus pedalis, filiformis, triqueter angulo tertio obliterato, vt irregulariter fere quadrangulus ſit.

Panicula Junci bufonii ſed brevior.

Involucrum vniuerſale diphyllum panicula brevius.

Spiculae acute trigonae, pauciflorae.

Squamae inprimis tres exteriores acute carinatae, mucronatae, inter quas vel ſtamen 1 vel 2, vel etiam piſtillum tantum; interiores minus carinatae, hermaphroditae, *ſtaminibus* tribus *piſtilloque* uno, cujus

Germen minutum, oblongum

Stylus ſimplex,

Stigmata tria, longa, villoſa.

12. SCIRPUS *piloſus* culmo tereti ſtriato folioſo, panicula terminali diphylla ſubfaſtigiata, ſpiculis ovatis ſquarroſo-echinatis.

Ex *India Orientali* accepi.

Culmus ſpithamaeus, tenuis, ſtriatus, verſus ſuperiora piloſus.

Folia radicalia

culmi unicum in medio, culmo nonnihil longius, $\frac{1}{8}$ poll. latum, nervoſum ſupra et margine piloſum.

Panicula brevis, faſtigiata fere, ex pedunculis mono-vel diſtachyis, piloſiſſimis.

Inuolucrum diphyllum; folium inferius panicula quinquies longius, ſuperius ſesquilongius, figura et veſtitu folii, ſed etiam ſubtus piloſum.

Spiculae ouatae, $\frac{1}{8}$ pollicis longae, ſquarroſo-echinatae ex pilis copioſis albidis apparent.

Squamae imbricatae, obovatae, tenues, pellucidae, ſtriatae, filo albido longitudine ipſius ſquamae terminantur. Hoc filum ariſtae nonnihil reflexae inſtar apparet et ab vtroque latere pilis albis rectis quaſi pinnatum.

Stamina tria fuſca longitudine ſquamae.

Germen triquetrum fuſcum.

Stylus longitudine ſtaminum.

Stigmata tria.

13. SCIRPUS *barbatus* culmis triquetris nudis, vaginis foliorum piloſo-barbatis, capitulo terminali ſeſſili inuolucrato.

Scirpus barbatus Friis Rottb. Rottb. Deſcr. et icon. p. 52. t. XVII. f. 4.

Deſcriptioni l. cit. datae addere lubet, quod graminis hujus folia etiam ſesquipedalem attingant longitudinem et involucri folia pollicarem. Ceterum figura et deſcriptio optimae.

14. CYPERUS *racemoſus* culmo triquetro nudo, umbella ſupradecompoſita, pedunculis ramoſis racemoſisque, inuolucro polyphyllo longo.

Ex *India orientali* habui.

Folia radicalia, culmo altiora, levia.

Culmus pedalis, triqueter, craſſus.

Umbella decempollicaris, ſupradecompoſita.

pedunculis ſimplicibus, umbellatis, biumbellatis, indiviſis et ramoſis triquetris.

Inuolucrum vniuerſale foliis X & pluribus: exteriore umbella duplo longiore, reliquis ſenſim minoribus.

. . . *partiale* foliis nonnullis filiformibus umbellula brevioribus.

Ochreae breves, albae, truncatae, foliolo ſubulato terminatae.

Spiculae denſae et ſine ordine pedunculos cingentes, lineares.

Floſculi XII. imbricati, rufeſcentes.

15. CYPERUS *canaliculatus* culmo triquetro canaliculato, nudo, umbella decompoſita, pedunculis racemoſis, inuolucro polyphyllo longiſſimo.

Ex *India Orientali* allatum ſpecimen.

Folia ad culmi baſin longa, levia.

Culmus tripedalis, trigonis, angulis rotundatis, lateribus canali excavatis.

Umbella pedunculis ſimplicibus umbellatis et biumbellatis, erectis, indiviſis.

Inuolucrum vniuerſale ſubhexaphyllum, folio extimo fere bipedali, reliquis decreſcentibus.

. . . *partiale* foliis nonnullis filiformibus umbella brevioribus.

Pedunculi et Pedicelli triquetri *ochrea* flavida truncata, hinc in acumen elongata baſi veſtiti.

Pedicelli flexuoſi.

Spiculae denſe et ſine ordine in pedicellis ſeſſiles, paruae V-VIIIflorae; floſculis imbricatis acutis.

16. CYPERUS *albidus* culmo triquetro nudo, umbella compoſita, pedunculis corymboſis, inuolucro polyphyllo longiſſimo.

E China redux dedit *Cel.* BLADH.

Folia ad baſin culmi bipedalia, levia.

Culmus tripedalis, triqueter, nudus, levis.

Umbella compoſita e pedunculis octo circiter, patentibus 1-2 pollicaribus, et centrali breviſſimo.

Inuolucrum vniuerſale octophyllum, folio longiore ſesquipedali, reliquis decreſcentibus ita, vt breuiſſimum tripollicare ſit: omnia levia.

. . . *partiale* nullum.

Pedunculi compreſſi, ad baſin ochrea fiſſa veſtiti, apice ſpiculas corymboſe emittunt.

Spiculae latiuſculae ad ½ poll. longitudine ⅓ ad dimidium pollicis, albidae XVI ad XX floribus.

Floſculi acuti, imbricati, apicibus divergentibus.

Semen triquetrum viridi-nigrum, ſplendens, altero apice acumine elongato, altero capitulo truncato terminato ſigmati peltato ſimili.

17. CYPERUS *aegyptiacus* quem pulchre delineavit *Cel.* GLOXIN in Diſſert. inaug. *Obſ. Botan.* p. 22. t. III. eſt

SCHOENUS *mucronatus* Linn. Syſt. Veg. XIV. p. 95. haud bene ad Cyperi genus relatus. Melius autem forte dicitur

Schoenus culmo tereti nudo, capitulo terminali conglomerato, inuolucro hexaphyllo patenti.

18. Ad *Cyperum difformem* erronea in Amoen. Acad. Vol. IV. ex *Plukenetio* citatio, dein in Speciebus Plantarum, et ex his forte in *ill. Friis Rottböll* Deſcr. et Icon. nov Plant. introducta, eliminari debet. *Gramen cyperoides elegans Vaſſumbo curry Malabar.* in Amaltheo vel Almageſto non inveni et tab. 317 f. 5 figuram alienam offert. Icon vero tab. 192. f. 3. (erronee f. 2. adducitur) bona eſt et huc pertinet.

19. KYLLINGIA *cyperina*, culmo triquetro ſtriato baſi folioſo, umbella ſimplici, ſpicis ſtrictis ſeſſilibus, inuolucro vniuerſali polyphyllo longiſſimo, partiali nullo.

Habitat in India Orientali.

Culmi pedales et vltra, baſi folioſi, triquetri, ſtriati.

Folia culmo duplo fere longiora, anguſta, baſi vaginantia, vagina truncata.

Umbella terminalis, ſimplex, faſtigiata.

Inuolucrum polyphyllum, foliolis longiſſimis inaequalibus, partiale omnino nullum.

Spicae pollicares, ſtrictae, ſubcylindricae, virides.

Calyx ſeſſilis, biglumis, compreſſus, corolla multo brevior: gluma altera latiore amplectente alteram, vtraque acuta.

Corolla erecta, ſubulata, bivalvis. Valvula exterior brevior obtuſa amplectens interiorem tertia parte longiorem convolutam.

Stamina tria antheris longis.

Germen minutum.

Stylus longitudine floris.

Stigmata an duo vel tria determinare non potui.

20. AGROSTIS *piloſa* ſpicis digitatis linearibus, foliis margine piloſis.

Ex *India orientali* miſſa.

Culmus ſesquipedalis, geniculatus, vnifolius.

Folia radicalia ſemipedalia, linearia, margine pilis longis albis diſcretis inſtructa.

Spicae faſciculatae, lineares, ſecundae.

Rachis plana dentibus villoſis.

Flores gemini altero ſeſſili, pedicellato altero, hinc convexi, illinc plani, villoſi.

Calycis valvula plana ouata, magnitudine ſeminis

convexa triplo minor.

Semen fuſcum, glabrum in plano latere ſulco exaratum.

21. AGROSTIS *Cinna* Faſc. V. n. 36.

exclude

Cinna arundinacea L.

quae longe aliud eſt gramen, vt in litt. me certiorem fecit *ill.* SCHREBER, *Agroſtis Cinna*, quae cum *Agroſtide mexicana*, niſi eadem omnino ſit, multa communia habet, diu in variis hortis pro *Cinna Linn.* etiam in Upſalienſi habita fuit. Apud nos ſub dio creſcit et quidem laete ac perennat, quod de gramine mexicano vix crediderim.

22. MILIUM *ramoſum*, culmo ramoſo, floribus paniculatis ſubbinatis hirſutis.

Ex *India Orientali* habui.

Culmi ramoſi, folioſi, compreſſi, decumbentes, geniculis pubeſcentibus.

Folia linearia, anguſta, omnino, etiam vaginis, levia.

Paniculae plures longe pedunculatae e ſuperioribus vaginis exeunt. *Singula* ſpithamea ſtricta, ſimpliciter ramoſa.

Pedicelli plerumque biflori, villoſi, incraſſati, receptaculo ſuborbiculari margine longius piloſo. Sub quovis flore annulus nigricans.

Flos inferior ſubſeſſilis. Non raro pedunculi inferiores panicula bis biflori.

Calyx lanceolatus, acutus, valuulis aequalibus, extus piloſis, vniflorus.

Corolla fere cartilaginea, glabra, nitida, calyce brevior. *Valuula exterior* conuexa apice mucrone rigido intra calycem occultato, marginibus leviter inflexis; *interior* mutica plana, marginibus inflexis et baſi conniuentibus.

Stamina tria, antheris vtrinque bifidis.

Germen minutum.

Styli duo albi, longitudine fere corollae.

Stigmata longa, plumoſa, fuſca.

Obs. Si ſtigma penicilliforme eſſentialis erit character *Milii* ad *Agroſtides* transire debet hoc gramen. Disſuadent vero habitus, calyx corollam occultans, corolla ovata, non acuminata quamvis mucro adſit.

23. PANICUM *dimidiatum* ſpica dimidiato-ſecunda, ſpiculis quinquefloris rachi excavatae alterne appreſſis.

Culmus decempedalis, tenuiſſime ſtriatus, adſcendens.

Folia ad culmi baſin diſtiche alterna, tripollicaria, in medio culmi vnicum, linearia, obtuſa.

Spica terminalis, linearis, tripollicaris, dimidiata quaſi.

Rachis dilatata, membranacea, articulata, ad articulos alternatim profunde inciſa, antice alternatim pro ſpiculis excavata.

Spiculae quinqueflorae in cauo rachidis quaſi agglutinatae, ſeſſiles, partiali rachi flexuoſa.

Flores ſubulati, ſeſſiles, ſtriati, antice plani, poſtice gibbi.

Calyx triualuis vniflorus.

Valuula exteriore cartilaginea, plana, lateribus ad angulum rectum flexis, lanceolata, ſtriis exarata.

: . . *interior* longitudine aequalis, tenuior, cymbiformi-gibba, dorſo rotundata ſtriata, apice ciliato-barbata, exterioris margines obuoluens.

: . . . *acceſſoria* breuis, truncata, ad baſin exterioris.

Corolla longitudine et forma calyci omnino aequalis, ſed anguſtior.

Obs. Hoc eſt *Panicum dimidiatum b. Equitis à* LINNE, longe ab illo gramine diuerſum, ex quo *Rottbolliae* ſpeciem fecit *à* LINNE *junior*, monente dudum *opt.* KÖNIG in litt. ad *ill.* SCHREBER. Hoc ergo in ſyſtemate Vegetab. reſtituendum.

24. CAMPANULA *glomerata* *Allione* Fl. Pedem. t. 39. f. 1. a noſtra ſuecica diuerſa videtur.

25. *Campanula ſtrigoſa* caule ſimplici tereti, floribus ſubſpicatis ſeſſilibus, tribracteatis, calycibus decemangulatis, foliis ouatis duplicato-ſerratis, tota hiſpida.

Campanula ſtricta. Syſt. Veg. XIV. p. 209 an?

Habitat in auſtraliori Europa, viuam apud amicum examinavi.

Folia radicalia ouata in petiolum decurrentia, rugoſa, dupliciter ſerrata, ciliata, vtrinque hiſpida.

. . . *caulina* ſubſeſſilia, praeterea ſimilia.

Caulis ſubbipedalis, erectus, teres, hiſpidus.

Flores inferiores ex foliorum axillis, ſuperiores in ſpica laxa, omnes ſeſſiles, ſolitarii, bini, terni.

Bracteae tres lanceolatae, hiſpidae, calyce dimidio breviores.

Calyx decemangulatus, hiſpidus, laciniis patentibus corolla breuioribus

Corolla patens, coerulea baſi obſcuriore.

Capſula trilocularis haud obtecta.

26. RIBES *alpinum* Jacqu. Fl. Auſtr. t. 47. eſt

Ribes alpinum α. *Faſc.* I. Obſ. Bot.

27. GAERTNERA.

Character Eſſentialis

Flos monopetalus inferus angioſpermus.

Capſula bilocularis, compreſſa, circumſciſſa.

Stigma capitatum perſiſtens.

GAERTNERA *Pangati.*

Pangati Rheede Hort. Malab. T. XI. f. 24.

Habitat in humidis Malabariae.

Radix annua, fibroſa.

Caules pedales, ſimplices et ramoſi, folioſi, ſaepe etiam aphylli, ſulcati.

Folia ſparſa, petiolata, lanceolata, integra, nuda.

Fructificatio terminalis ramorum, ſpicata.

Spica ſubouata ex arcte congeſtis floribus.

Squamis ſpathulatis diſtinctis.

Calyx inferus, perſiſtens,

tubo compreſſo, tenuiſſime membranaceo,

limbo quinquefido viridi, laciniis ſemiovatis, acutis inflexis.

Corolla calyci conformis flava, ſed duplo minor.

Stamina quinque, *filamentis* breviſſimis

• *antheris* breuiſſimis, didymis.

Germen ſuperum horizontaliter oblongum, depreſſum.

Stylus breuis.

Stigma capitatum perſiſtens.

Capſula horizontaliter ouata, baſin verſus compreſſiſſima, circumſciſſa, bilo- cularis, polyſperma.

Semina aceroſa (Hyperici).

28. SCHREBERA.

Character eſſentialis.

Drupa nucleo ſemibiloculari.

Stamina ex nectarii perſiſtentis margine.

SCHREBERA *albens.*

Habitat in Ceylona et Coromandel.

Arbor ramis alternis ſparſiſue diffuſis.

Folia oppoſita, petiolata, ouata, ſerrata, pallida, nitida.

Corymbi dichotomi foliis interſperſi ramos terminant.

Pedunculi tetragoni ſquamis oppoſitis inſtructi et articulos & diuiſuras.

Pedicelli ſquamis alternis.

Calyx inferus, perſiſtens, planiuſculus, quinquefidus; laciniis breuibus, latis, rotundatis.

Corolla pentapetala infera.

Petala ſubrotunda, alba, a baſi ad dimidium fuſco-tomentoſa.

Nectarium orbiculatum, margine elevato rugoſo germen cingens, perſiſtens.

Stamina quinque.

Filamenta breuia ex ipſo nectarii margine prodeuntia, poſt antheſin inter petala ſub calyce reflexa, fuſca.

Antherae quaſi ex corporibus binis cylindricis filamenti apici dilatato impoſitis conſtant. Fiſſura in ſingulo corpuſculo transverſali aperiuntur, vt pollen exitum inueniat.

Germen nectario immerſum ſenſim in

Stylum conicum brevem terminatur.

Stigma ſimplex

Fructus. *Drupa* ſicca ouali-oblonga, acuminata, calyce et nectario infra inſtructa.

Nucleus ſemibiloculaSchris.

An *Waelmedya* Linn. Fl. Zeyl. 429. huc pertinet?

29. ELAEODENDRUM *Argan* ramis ſpinoſis, foliis ouatis obtuſis.

Habitat in ſyluis regionis Maroccanæ, unde beneuolentia Cel. D. Profeſſoris SCHULTEN ſpecimen accepi.

Arbor mediocris, ramis ſpinoſis. *Spinae* breues, craſſiuſculae, ad fines ramorum.

Folia ſolitaria et faſciculata, pollicaria, petiolata, ouata, integerrima, obtuſa, coriacea. Alia verſus petiolum decreſcunt vt ſpathulata fere ſint.

Flores in axillis foliorum et ſpinarum congeſti, ſeſſiles.

Calyx inferus pentaphyllus: foliolis ſubinaequalibus, ſubrotundis, concavis; extus hirſutus fuſcus, marginibus leuibus albidis.

Corolla pentapetala; petalis calycinis foliis *majoribus*, *ſemiouatis*, concauis, integris, viridulis marginibus albidis.

Stamina quinque, *filamentis* corolla longioribus, compreſſis, petalorum baſibus adnati. *Antherae* ouatae.

Germen e baſi ouata conicum, piloſum, terminatur *ſtylo* longitudine ſtaminum *ſtigmate*que ſimplici.

Drupa ouata, ſicca.

Nux duriſſima, glaberrima, pallide fuſca, ſecundum longitudinem linea alba dividitur, biloculāris.

Nucleus in quouis loculo ſolitarius.

Obſ. 1. *Calyx* et *ſtylus* quidem poſt petalorum caſum perſiſtunt, in fructu vero deſiderantur. Loculus alter in nuce ſaepius abortit et minutum ſolum veſtigium relinquit.

Obſ. 2. Mauris *Argan* dicitur. Oleum e fructu exprimunt, quo in variis inſtitutionibus fabrilibus vtuntur Europaei, Mauri ad cibos condiendos. HOEST *in Deſcript. Marækos et Fes.*

30. CELOSIA *comoſa* ſpicis cylindricis comoſis, foliis lanceolatis.

Ex *India Orientali* data.

Caulis erectus, nudus, angulatus, ramoſus.

Folia lanceolata, integerrima nuda.

Spicae cylindricae, ſuperne ſteriles et ſaepius plurimum diuiſae, comoſae euadunt e bracteis minutis imbricatis. Inter has hinc inde *flos ſolitarius* emergit.

Flores bracteis ſubulatis corolla nonnihil breuioribus diſtinguuntur.

Corollae colorem in ſicca planta diſtinguere non potui.

Stamina generis.

Stylus et *Stigma* leuiter trifidum corolla fere duplo longiora perſiſtunt.

Capſula operculata, diſperma.

31. HERACLEUM *anguſtifolium* Jacqu. Fl. Auſtr. 2. t. 173, a Suecica planta, quae circa Upſaliam ſpontanea eſt, omnino diuerſa ſpecies, magisque cum *longifolia* ejusdem conuenit.

32. SAMBUCUS *laciniata.* Obſ. Bot. Faſc. III. p. 30. no. 47. revera nihil aliud eſt quam varietas *Sambuci nigrae*, aliter licet crediderim. Ter enim baccarum ejus ſationem repetii, ſemper autem excreverunt plantae foliis ſimpliciter pinnatis, et foliorum mutationem per quinque annos fruſtra exſpectaui. Verbo e ſeminibus *Sambuci laciniatae* plus mille ſatis ne vnicam plantam accepi matri ſimilem.

33. TAMARICIS binae ad minimum ſpecies in India occurrunt, ab Europaeis diuerſae, quas variis occaſionibus accepi, ſemper vero a mucore adeo in florum ſpica corroſae, vt illas rite examinare et tuto diſtinguentes characteres elicere haud poſſibile fuerit. In loco itaque vt attente examinentur obtandum eſt.

34. ARALIA *lappaefolia* caule . . . foliis oualibus ſubdentatis ſimplicibus, cymis petiolaribus.

Ex India miſit *amic.* KÖNIG.

Folia pedem longa & ¾ pedis lata.

Vix arborea.

35. ALLIUM *nigrum.* Allione Fl. Pedem. 1881. t. 25. f. 1. a Linneana planta, quam in Faſc. I. p. 15. deſcripſi, et forma & odore diuerſiſſimum. Nec *Allium montanum bicorne latifolium*, *flore magno dilute purpuraſcente Burſeri*, Rudbeck Camp. Elyſ. 2. p. 160. t. 21. quod, a Burſeriano Herbario deceptus, *Allio* ſuo *nigro* adſcripſit *à* LINNE, cum deſcriptione vel icone ALLIONI conuenit. RUDBECKII planta melius cum *Allio odoro* Linn. convenit.

36. FRITILLARIA *inuolucrata* All. Auct. ad Fl. Pedem. p. 34. forte eſt *Fritillaria pyrenaica* L. deſcriptio enim ſat bene conuenit cum variis ſpeciminibus in Horto Academico noſtro florentibus.

37. SCILLA *bifolia* L. floribus erectiuſculis vnilateralibus *potius dicenda.*

Scapus teretiuſculus.

Pedunculi vnilaterales: inferiores longiores, rubicundi, teretes.

Bracteae plane nullae.

Corolla Scillae italicae.

Filamenta coerulea. *Antherae* coeruleſcentes polline ſordide nigreſcente.

Piſtillum coeruleum. *Germen* conicum, ſexſulcatum

Stylus decreſcens. *Stigma* ſimplex, albidum.

38. CRINUM *falcatum* JACQU. an *obliquum* THUNBERG. In deſcriptione *ill.* JACQUIN omiſit, quod petala tria exteriora apice vnguiculo tubuloſo gaudeant. *Corolla* nuper expanſa leviſſime incarnata ſenſim omnino rubra evadit. *Germen* triquetrum, ſexſulcatum.

39. LAURUS *inuolucrata* foliis obouatis, vmbellis inuolucratis.

E Tranquebaria olim miſit *b.* KÖNIG ſine nomine; examinent vlterius genus autoptae.

Arbor ramis cicatricibus petiolorum delapſis verrucoſis.

Folia alterna, obouata, integerrima, petiolata, nuda, ſubtus pallidiora.

Pedunculi ex axillis foliorum ſolitarii vel binati, vmbellis tribus quatuorue Corni, multifloris.

Inuolucrum tetraphyllum, foliolis longitudine vmbellae ovatis, concauis, obtuſis, extus hirſutis.

Peditelli breues, hirſuti.

Calyx minutus, hirſutus; diuiſionem haud obſeruare potui.

Petala in vno flore duo vidi parua, in ceteris nulla.

Stamina 12-15. *Filamentis* extus hirſutis in *antheras* dilatatas deſinentia.

Corpuſcula pedicellata peltata ſtaminibus breuiora & obſcuriora tria, quatuor; an nectaria?

Germen oblongum hirtum.

Stylus ſtaminibus longior.

Stigma peltatum.

Obſ. De genere dubius ex facie *Laurum* dixi, forte *Tomicis* ſpecies.

40. SAXIFRAGA *hypnoides Linn.*

Ab hac diuerſa eſt et SCOPOLI planta Fl. Carn. 499. t. 16. & ALLIONI Fl. Pedem. 1538. t. 21. f. 4.

41. SAXIFRAGA *trichodes.* Scop. Fl. Carn. 496. t. 15. niſi omnino varietas ſit *Saxifragae airoidis* L. ei certe proxima et a *Saxifraga muſcoide* All. Fl. Pedem. 1528 diuerſa.

42. SAXIFRAGA *muſcoides* Syſt. Veg. XIV. ſi a *caeſpitoſa* L. vere ſit diuerſa, de quo dubito, certe ad ſequentem ſubdiuiſionem referri debet.

43. SEDUM *Oederi* Prodr. Fl. Scandin. 501. Fl. Dan. tab. 59. illud eſt quod *ſaxatile* dixit *ill.* ALLIONE in Fl. Pedem. 1749. t. 65. f. 6.

44. SEDUM *annuum* illud, cui flores albos tribuit *m. rever.* GUNNERUS in Fl. Norveg. n. 331. forte eſt *Sedum anglicum.* Hudſ. Fl. Angl. ed. 2. p. 196.

45. SEDUM *album* Linn.

Planta perennis.

Radix fibroſa.

Caules ramoſi, decumbentes, radicantes, glabri, rubentes, folia ſenſim demittunt et verſus apices, vbi folia conferta ſeruantur, eriguntur. E cicatricibus foliorum delapſorum radiculas emittunt, quarum ope circumrepit planta.

Folia clauata, ſemiteretia l. ſuperne planiuſcula, obtuſa, glabra, ſeſſilia, baſi ſubtus ſoluta, apicibus fuſco-rubentibus.

Rami floriferi a baſi mox eriguntur et folia fere quadruplo majora gerit ac rubro-punctata.

Cyma bifida, ramis ſaepius ramoſis.

Flores pedunculati, albi, leviſſime ſuperfuſi tinctura carnea.

Calyx pentaphyllus; foliolis ouatis, breuibus, rubens.

Petala lanceolata, acuta, concaua, ſere cymbiformia, candida, carina neruisque duobus lateralibus rubris.

Stamina decem.

Filamentis carneis longitudine fere petalorum. Horum quinque petalis baſi adnata, quinque cum petalis alternantia.

Antherae ſubrotundae, fuſcae.

Germina alba, ſtriis tribus *ſtigmatibus*que rubris.

Nectaria. Squamulae quinque breues, latiuſculae, flavo-rubentes ad baſin germinum.

Sapor Plantæ herbaceus.

46. PHYTOLACCA *heptandra* floribus heptandris hexagynis, foliis lanceolatis.

Habitat in America.

Radix perennis.

Caulis bipedalis, ramoſus, erectus, ſtriatus, glaber, fiſtuloſus.

Folia ſparſa, petiolata, lanceolata, integerrima, levia, ſeſquipollicaria.

Flores racemoſi, pedicellati, pedicellis juxta & ſupra baſin bracteolis nonnullis ſubulatis.

Corolla alba ſubtus viridis, patens.

Stamina ſeptem longitudine petalorum, antheris ſubrotundis.

Piſtilla ſex dimidio breuiora.

Baccae ſex ſeſſiles in calyce, diſtinctae, luteae, pellucidae, monoſpermae.

Obs. Reliquis ſpeciebus multo minor & tenerior. In omnibus floribus a me examinatis ſtamina ſeptem.

47. COOKIA *Sonnerat.*

Character eſſentialis.

Calyx quinquefidus, inferus.

Corolla pentapetala, æqualis, infera.

Capſulae quinque monoſpermae in bacca.

Cookia *punctata* Sonner. Voy. ic. & deſcr.

Chinenſibus *Wampi.*

Habitat in China auſtrali.

Arbor foliis pinnatis; foliolis ouatis acutis, integris nudis, impari majore.

Cortex ramorum, petiolorum & pedunculorum punctato-verrucoſus.

Petioli partiales hiſpidi.

Panicula pedalis, ramis ſparſis compoſita, pedunculis pedicellisque ramoſis.

Flores pedicellati, albi.

Calyx quinquefidus (5phyllus *Sonnerat.*) hiſpidus, laciniis acutis.

Corolla pentapetala; petalis ouatis, cauis, patentibus, extus hiſpidis.

Stamina decem breuia, *antheris* ſubrotundis.

Germen pedicellatum, ouatum, pentagonum, hiſpidum.

Stylus breuis.

Stigma clauatum, nigrum.

Bacca oualis, hiſpida, punctata, capſulas 5 includens.

Semina ſolitaria oblonga.

Obſ. Baccam multilocularem dicit *Cel.* SONNERAT, e germine vero pentagono, ſub quo calyx laciniis reflexis, poſt petalorum et ſtaminum caſum manente, ad loculos concludi.

48. EUPHORBIA *heterophylla* dichotoma, vmbella bifida, inuolucris foliisque ouatis panduraeformibusque coloratis.

Euphorbia heterophylla inermis, foliis ſerratis petiolatis difformibus ouatis lanceolatis panduraeformibus. *Linn. Spec. Plant. p.* 649.

Caulis baſi fruticoſus, demum herbaceus, erectus, teres, vimineus, parum ramoſus: florigeri ſemel dichotomi.

Folia ſparſa, dentata, leuia: infima ouata, acuta, in medio nonnihil ſinuata: ſuperiora panduræformia; ſæpius ſub vmbella folium vnicum ouatum, plerumque macula ex candido rubella tincta.

Umbella bifida, pauciflora.

Inuolucra triphylla; foliolis duobus panduraeformibus, tertio lanceolato; omnia argute ſerrata & baſi macula ouata ex candido-rubella grandiore fere dimidium inuolucrum occupante picta.

Petalum vnicum, cucullatum, compreſſum, luteum.

Fructus punctis eleuatis minutis tectus.

Obſ. Ad dichotomas itaque transportari debet. Viuam alui.

49. FRAGARIA *veſca var. β. Linn. Spec. Plant.* 709. polygama eſt planta, aliae enim radices pure maſculos flores ſterilesque producunt, aliae hermaphroditos fertiles, nec vnam in alteram mutari vidi.

In *Fragaria veſca ſylueſtri*, in *Fragaria Virginiana Milleri* et varietate *omnium calendarum* hanc ſexus differentiam non obſeruaui, niſi quod vltima haec verſus octobris initium nonnullos flores pure maſculos aliquando tulerit.

50. Ad *Pſidium pyriferum* & *pomiferum* in Syſt. Veget. exclude *tab.* 31. ex *Jacqu. Obſerv.*

51. LAGERSTROEMIA *indica* Faſc. V. n. 64. Sub impreſſione fatali errore factum eſt, vt ſynonymon ex *Rumphio*, locus natalis et circa deſcriptionem obſeruanda, ſub *Sparrmannia* translata ſint, quod B. L. obſeruet velim.

52. THALICTRUM *atropurpureum* Jacqu. eſt

Thaliſtrum aquilegifolium Linn. Quorſum vero pertineat *Thaliſtrum aquilegifolium* Jacqu. neſcio.

53. RANUNCULUS *Philonotis* Ehrh. Beytr. 2. p. 145.

In pratis Scaniae campeſtribus mari vicinis paſſim occurrit. E Norwegia illum quoque miſit *Rev. D. Strœm.*

54. RANUNCULUS *niualis Crantzii* & *Scopoli* a Linneano diuerſus videtur. Prior inepte omnino *Stirp. Auſtr. I.* p. 116. &c. Linnei deſcriptionem carpit.

55. RUELLIA *dorſiflora* decumbens, foliis oppoſitis, bracteis late cordatis ciliatis.

E Bengalia dedit *amiciſſ.* KÖNIG.

Folia oppoſita, altero minore, ouata, acuta, denticulata, obliqua.

Flores albi, nocturni.

56. SESAMUM *luteum* foliis lanceolatis longe petiolatis, corollis extus hiſpidis.

Habitat in nemoroſis Nidrapur. KÖNIG.

Caulis erectus, folioſus, parum flexuoſus.

Folia alterna, longe petiolata, lanceolata, acuta, pilis breuiſſimis margine & neruis ſubtus aſperſa.

Flores axillares, ſolitarii, breuiter pedunculati, pedunculo ex ipſa baſi petioli quaſi prodeunte.

Calyx & *Capſula* hiſpida.

Corolla ſaturate lutea extus hiſpida.

57. HOLMSKIOLDIA.

Character eſſentialis.

Calyx ampliatus patentiſſimus.

Corolla ringens.

Capſula vnilocularis? polyſperma.

HOLMSKIOLDIA *ſangvinea.*

Frutex ramis tetragonis, cortice cinereo, leui.

Folia oppoſita cordata vel ouata, acuta, ſerrata, petiolata, punctata, neruis tomentoſis, ſubtus pallidiora.

floralia ſubrotunda vel ouata, ſaepius integerrima.

Pedunculi axillares, oppoſiti, multiflori, folioſi.

Calyces et *Corollae* ſanguineae.

Habitat in vallibus Bengaliae.

Calyx amplus, campanulatus, patentiſſimus, integer, dentibus quinque minimis vix obſeruandis.

Corolla ringens, calyce longior.

Tubus baſi dilatatus demum anguſtatus, verſus limbum curuatus.

Faux ampliata.

Labium ſuperius breue, bifidum, laciniis rotundatis.

inferius elongatum, trilobum: laciniis lateralibus rotundatis: intermedia fornicata emarginata.

Stamina didynama, corolla longiora; *filamentis* compreſſis.

Antherae ouatae in dorſo gerunt corpuſculum nigrum, ſub quo immittitur filamenti apex; ſubtus quadriſulcatae.

Germen ſemiouatum.

Stylus ſtaminibus longior apice incuruus.

Stigma acutum leuiſſime bifidum.

Capſula polyſperma.

Obs. Non niſi vnicam vidi capſulam ſemimaturam, in qua ſemina plura quidem manifeſte obſeruaui, abſolute autem judicare non potui, an vnicapſularis ſit.

58. CARDAMINE *bellidifolia* Allion. Fl. Pedem. 949. t. 18. f. 3. quae, ni fallor, eſt

Plantula Cardamines alterius aemula. Cluſ. Hiſt. Plant. CXXIX.

quam *Arabim bellidifoliam* eſſe credit *ill.* JACQUIN, omnino diuerſa a *Cardamine bellidifolia* Linn. Fl. Lapp. 260. t. IX. f. 2. videtur.

59. ALYSSUM creticum L.

Caulis vix ſuffruticoſus, tomentoſo-incanus.

Folia oblanceolata, dentata, in petiolum decurrentia, tomentoſo incana.

Racemus elongatus.

Calyx patens, viridi-flauus.

Corolla lutea, petalis bifidis.

Staminum dentes nulli; ſed breuiora ad baſin tuberculum tomentoſum habent.

Siliqua inflata, oblongo-globoſa.

60. GERANIUM *africanum arboreſcens foliis cucullatis anguloſis.* Dill. Hort. Elth. 155. t. 129. f. 156. &

GERANIUM *africanum arboreſcens ibiſci folio rotundo carlinae odore.* Herm. Lugd. 274. t. 275. Sebae Theſ. I. t. 26. f. 2.

diuerſiſſimae ſunt plantae; prior nullo modo ad *Geranium cucullatum* L. pertinet, poſterior vero aeque ac

Geranium africanum maximum Riv. pentap. illud bene refert.

61. In Faſciculo IV. p. 29 monui, *Hedyſarum linifolium* L. Suppl. 331. ad Indigoferae genus pertinere. En iconem ex viua planta deſumtam *Tab. II.* & deſcriptionem.

Indigofera *linifolia* foliis ſimplicibus linearibus incanis, caule proſtrato, floribus ſubquaternis axillaribus, fructibus globoſis.

Caulis breuis, erectus. *Rami* elongati, tenues, virgati, decumbentes, anguloſi, tenui villo veſtiti.

Folia alterna, linearia, obtuſa cum acumine breui, integerrima, carinata, pubeſcenti-albida. *Petioli* breues, pilis albis breuibus appreſſis veſtiti.

Flores tres vel quatuor breuiter pedicellati in axillis foliorum, rubri.

Calyx quinquefidus, laciniis acutis, ciliatis, patentibus.

Vexillum cordatum, acutum, planum, ad angulum acutum reflexum.

Alae deflexae, planae, ouatae, obtuſae, marginibus ſuperioribus longitudinaliter carina incumbentes.

Carina longitudine vexilli, cymbiformis, compreſſa, extus viridis piloſa, ad medium lateris vtriusque dentem elongatum acutum exſerens.

Fructus globoſus, ſtylo coronatus, niueus, monoſpermus.

62. TRIFOLIUM *orientale altiſſimum caule fiſtuloſo, flore albo* Vaill. Bot. Par. t. 22. f. 5. a *Trifolio hybrido Linn.* forte eſt diuerſa ſpecies. Trifolium enim hybridum Linn. omnino perennat, nec annuum eſt, vt de ſuo Trifolio hybrido annotavit *ill.* Allione Fl. Pedem. 1091. Nec altiſſimum dici poteſt noſtrum, neque proprie album eſt, rubore enim ſemper perfuſum obſeruatur.

63. VICIA *lathyroides Linn.* omnino annua eſt planta, vt in Prodr. Fl. Scandin. dudum annotaui. Negari non poteſt, circa durationem plantarum nonnunquam erraſſe *Gener. à* Linné aliorum deceptus auctoritate, saepius autem hi errores ſub impreſſione per ſignorum transpoſitionem a typographo commiſſam irrepſiſſe, certo certius mihi notum eſt.

64. POLYGALA *major* Syſt. Veg. XIV. p. 638. Jacqu. Fl. Auſtr. V. 413. quae in Scaniae ſylueſtribus paſſim occurrit ſola magnitudine a *vulgari* differt, nec diuerſa eſt ſpecies.

65. VICIA *Gerardi* Syſt. Veg. XIV. p. 664. Jacqu. Fl. Auſtr. III. 229. eſt

Vicia Caſſubica Linn. &

. . . *militans* Crantzii.

66. AESCHYNOMENE *Sesban* L. variat

α. floribus flauis.

β. calycibus, vexillis carinaque atropurpureis.

67. HIERACII *murorum* icon in *All. Fl. Pedem.* t. XXVIII. f. 1 a planta noſtra in ſylueſtribus locis vulgatiſſima multum aliena.

68. HIERACIUM *alpinum All. Fl. Pedem.* t. XIV. f. 2. a Lapponico noſtro nimis abludit.

69. Vereor, ne transpoſitae ſint icones tabularum XIII et XXXIV in *All. Fl. Pedem.* ſic vt prior ad *Carduum heterophyllum*, poſterior vero ad *helenioidem*

Linn. pertineat; illa enim *Carduum heterophyllum ſuecicum* bene ſatis refert, haec autem non.

70. CINERARIA *campeſtris* Prodr. Fl. Scand. 922. Obſ. Bot. Faſc. I. p. 50. eſt *Cineraria integrifolia pratenſis* Jacqu. Auſtr. II. p. 48. t. 180.

71. MENISPERMUM *Cocculus* L. Spec. Pl. 1468.

Forte hic aliqua ſubeſt confuſio. *Plukenet* in Mantiſſa pag. 52. abſolute negat, ſuum *Cocculum* cum *Natſiatam Rheede Mal.* eundem eſſe. *B.* KÖNIG ramulum miſit ſub nomine *Meniſpermi hirſuti*, qui optime cum *fig Pluken.* t. 345. conuenit, majora quamuis folia magis oblonga ſint. Minora folia ouatam habent figuram et ramulorum axillarium lanceolatam, omnia vero hirſutie alba imprimis ſubtus ſplendent. Difficile eſt creditu, *b.* KÖNIG non cognouiſſe Meniſpermum Cocculum, in India vulgarem. Ad hunc de hirſutie ne verbum facit *Equ à* LINNE. Minora folia ſpeciminis noſtri, *M. hirſutum* dicti optime reſpondent characteri a LINNE *M. hirſuto* impoſito. Dubia haec ſoluant autoptae.

72. URTICA *japonica Linn. Suppl* p. 418. omnino eſt

Urtica ſpicata Thunb. Fl. Japon. & Syſt. Veg. XIV.

73. SALIX *arbuſcula* Jacqu. Auſtr. V. t. 408 a frutice Lapponico diuerſa videtur. Idem quoque valet de

SALICE *fuſca* ibid. t. 409.

74. CELTIS *orientalis* L.

Folia forte potius *ouato-lanceolata baſi obliqua*, quam oblique cordata, dicenda. In meis ſpeciminibus ab *opt.* KÖNIG communicatis ita ſaltem ſe habent.

Dubito etiam, num ſynonymon Plukenetii in Syſt. Veget. iterum allato reuera ad hanc pertineat, ob fructum ſolitarium ſeſſilem, quum noſtra, etiam in Flora Zeylonica conſentiente *à* LINNE pedunculos multifloros habeat.

75. ISCHAEMUM *muticum* foliis lanceolatis, floribus muticis.

Iſchaemum muticum Linn.

Culmi pedales, ſesquipedalesve folioſi ad ſpicam vsque; ad baſin ſaepe ramoſi.

Folia lanceolata, bipollicaria, marginibus ciliato-ſpinuloſis.

Spicae duae terminales conjunctae, vt vnica videtur, vel ſi mavis, vnica ad baſin vsque bipartibilis.

Calyces binati, cartilaginei.

α. ſeſſilis, biflorus, androgynus.

β. pedunculatus, mas vel neuter, vniflorus.

α. gluma exteriore ouata planiuſcula, margine explanato, apice bifida; ſed margo alius interior inflexus.

. . . *interiore* magnitudine aequali, apice mucronato, margine alterius tantum lateris inflexo.

Corolla exterior maſcula valuulae exterioris margine vno inflexo, altero plano; interior vero valuula vtrumque marginem inflexum habet.

Corolla interior fœminea valuula exteriore mutica: interiore in mucronem ariſtaeformem breuem definente, vtroque margine inflexo. *Stigmata* duo craſſa, plumoſa, flaua. *Glumae corollinae* omnes hyalinae.

. . . *interior foeminea* valuula exteriore mutica: interiore in mucronem ariſtaeformem breuem definente, vtroque margine inflexo. *Stigmata* duo craſſa, plumoſa, flaua. *Glumae corollinae* omnes hyalinae.

β. lateralis, neuter vel aliquando maſculus, pedicello triquetro.

valuulae calycinae triquetro-compreſſae

gluma altera *corollina* ſubariſtata.

76. ISCHAEMUM *imberbe* foliis lanceolatis, floſculis nudis, calycis ſeſſilis valuula exteriore vtrinque binoduloſa, corollaque ariſta tortili elongata.

Iſchaemum ariſtatum L. Spec. Plant. 1487.

Culmi bipedales, folioſi, ſubramoſi.

Folia praecedentis, ſed longiora.

Spica etiam praecedentis, ſed ariſtata, epilis.

Calyces binati.

α. *ſeſſilis* biflorus.

β. *pedunculatus* vniflorus, neuter.

α. *valuula exterior* cartilaginea, planiuſcula, lanceolata, extus ad vtrumque latus nodulis duobus eleuatis, margine vtroque inflexo; *interior* membranacea acuta, altero margine explanato, altero inflexo.

Corolla exterior neutra? mutica.

. . . *interior* hermaphrodita, ariſta tortili elongata geniculo nullo.

β. *Valuula exterior* cartilaginea, lanceolata, margine altero inflexo, altero plano, cum alio margine interiore membranaceo inflexo; *interior* longitudine aequalis, acuta, membranacea, vtroque margine inflexo.

Corolla neutra.

Glumae corollinae. hyalinae rufeſcentes.

Obſ. Ob flores mucore conſpurcatos magis abſolutam dare non potui deſcriptionem; interea haec inſeruiet, donec meliorem habeamus. Obſeruent quaeſo autoptæ, vtrum *ſtylus* ſit linearis compreſſus, vel capillaris.

77. ISCHAEMUM *barbatum*, foliis lanceolatis, calycibus bifloris baſi barbatis margineque ciliatis: ſeſſilis margine vtrinque binoduloſo, ariſta torta geniculata.

E Jaua accepi a *pl. rev.* D. WENNERBERG.

Culmus & *Folia* præcedentis, ſed hæc breuiora.

Spica longior, bipartibilis, ariſtata, dentibus racheos ciliato-barbatis.

Calyces binati, vterque androgynus, biflorus, at

α. *ſeſſilis valuula exterior* cartilaginea, baſi barbata, ad vtrumque latus bi-tri-nodulosa, lanceolata, vtroque margine inflexo; *interior* carinata, acuta, margine vtroque ciliata.

Flores bini: *exteriore* maſculo, *interiore* foemineo ariſtato, ariſta fracta baſi fuſca dein alba. *Glumae* corollinae hyalinae, albæ acutæ.

β. *pedunculatus; valuula exterior* ſemiouata, cartilaginea, nuda, *interior* lanceolata, acuta.

Flores bini *exteriore* maſculo, *interiore* foemineo l. neutro, vtroque mutico; *gluma* corollina priorum.

78. ISCHAEMUM *ciliare* foliis lanceolatis, calycibus bifloris, pedicellis ciliatis, flore vtroque foemineo *ariſta torta geniculata.*

E China accepi.

Culmus ſesquipedalis, ramoſus, decumbens radicans, geniculis piloſis.

Folia lanceolata, breuia, vaginis ore piloſis.

Pedunculus nudus.

Spicae binæ, ſesquipollicares, anguſtiores reliquis, ariſtatæ.

Calyces binati, biflori.

α. *ſeſſilis*, *gluma exterior* cartilaginea, ouata, ventricoſa, ſtriata, margine vtroque inflexo; *interior* lanceolata, carinata.

Flos exterior maſculus, muticus.

. . . *interior* foemineus, ariſta longa tortili geniculo inſtructa.

β. *pedunculatus*, pedunculo triquetro angulis margineque ſuperiore ciliatis.

Gluma vtraque cartilaginea, carinata, acuta.

Flores alter maſculus muticus, foemineus alter ariſtatus.

Ariſta in vtroque flore foemineo fuſco exit e dorſo corollæ ad ariſtæ baſin vsque fiſſae.

Corollinae glumae tenues, hyalinæ.

Obſ. Quintam Iſchæmi ſpeciem equidem poſſideo e Cap. B. Spei, quæ *foliis filiformibus* primo aſpectu a jam deſcriptis differt, ejus autem deſcriptionem dare nolui, ab amiciſſimo enim inuentore in Flora Capenſi meliorem exſpecto.

79. CYMBACHNE.

Sub hoc nomine gramen propono, quod ad nullum e deſcriptis Graminum generibus reducere potui, cujusque *Character eſſentialis*, donec in recenti attente examinatus fuerit, erit:

Infloreſcentia dimidiato-ſpicata.

Spicae Hermaphrod. calyx biglumis, vniflorus, rachi parallelus, valuula exteriore lineari, oppoſita cymbiformi.

. . . *Foemineae* calyx vniglumis, ouatus, rachi oppoſitus.

CYMBACHNE *ciliata*.

Habitat in regione Bengalenſi, unde vnicum ſpecimen dedit b. KÖNIG.

Gramen tenue, pedale, culmis pluribus ſimplicibus ramoſisque, his vnico folio inſtructis, illis aphyllis.

Folia breuia, tenuia, margine ſupra vaginam pilis longis diſcretis albis ciliata.

Vagina truncata, ore pallide fuſco, ciliata.

Spicae binae terminales, lineares, ſesquipollicares, lineam latæ, aliæ hermaphroditæ, foemineae aliae.

Rachis linearis, membranacea, poſtice plana ſtriis tribus longitudinalibus, antice alternatim flexuoſe excauata.

* *Hermaphroditi Flores.*

Calyx biualuis, vniflorus, ita poſitus, vt vtraque valuula rachi ſit appreſſa et parallela, nec vna ab altera occultetur.

Valuula exterior linearis, obtuſa, dorſo ciliata.

. . . *interior* longitudine æqualis, ſemiouata, acuta, cymbiformis, compreſſiſſima, ſtriata, colorata, dorſo ciliata, corollam includens.

Corolla biglumis, hyalina, calyce minor.

Stamina tria, antheris nigris.

Germen minutum.

Stylus ſimplex.

Stigmata duo nigro-barbata.

** *Foeminei Flores.*

Calyx vniualuis, ouatus, apice leuiter bifido, margine ciliatus, rachi oppoſitus, appreſſus.

Corolla nulla.

Piſtillum præcedentis, ſed ſtigmata longiora videntur.

80. ASPLENIUM *falcatum* fronde pinnata: pinnis falcatis acuminatis inciſo-ſerratis: baſi integra.

Trichomanes adiantoides frondibus pinnatis: pinnis enſiformibus acuminatis inciſo-ſerratis: ſerraturis bifidis. *Spec. Plant.* 1561.

Filix non ramoſa Zeylanica, foliis adianthi in modum ſerratis. *Burm. Zeyl.* p. 97. t. 43.

E Zeylona dedit honor. KÖNIG.

Stirps pedalis, glabra.

Stipes tetragonus.

Pinnae plurium parium, 4 & ſupra, præter terminalem, falcatæ, acuminatæ, baſi rotundatæ, nec ſurſum neque deorſum angulatae.

Lineolae fructificantes obliquæ.

Obs. Ex facie forte Trichomanis ſpeciem judicauit *Equ. à* LINNE flores quum non vidiſſet, ſed reuera Aſplenii ſpecies. *Adianthum africanum rutae murariae aemulum* &c. Pluk. Phytogr. t. 123. f. 6. longe alia eſt.

81. ASPLENIUM *falſum* fronde ſubbipinnata, pinnis oppoſitis, pinnulis alternis cuneiformi-trifidis acutis.

Habitat in Africa, ad Bay Falſo lectum.

Stirps pedalis, ſeſquipedalis, glabra.

Stipes niger, leuis, ſubtetragonus.

Pinnae oppoſitæ diſſitæ, ſeſquipollicares, pinnulis quinis alternis ſubcuneiformibus profunde trifidis: laciniis acutis ſæpe inciſis.

Lineae fructificantes 2. l. 3. in pinnula quauis.

82. ADIANTHUM *fuſcum* Faſcic. II. p. 28. t. V. eſt

Adianthum flabellulatum L. Spec. Plant. 1557.

83. HEMIONITIS *eſculenta* fronde pinnata, pinnis alternis lanceolatis, crenatis, baſi ſubauriculatis.

Habitat in India orientali. . Radices eſculentae, KÖNIG.

Stirps ſeſquipedalis & vltra.

Stipes leuis, ſulcatus.

Pinnae alternæ, lanceolatæ, fere ſeſſiles, profunde crenatae, ſed crena vtraque baſeos ſtipiti proxima profundius ſecta et elongata. Pinna terminalis quaſi ſagittata.

84. HEMIONITIS *prolifera* fronde pinnata decumbente axillis pinnarum proliferis, pinnis lanceolatis crenatis.

Ex India Orientali miſit *honor.* KÖNIG ſub nomine Polypodii proliferi.

Frons primaria pinnata, decumbens, grandis, *pinnis* ſeſſilibus alternis, lanceolatis, crenatis, baſi truncatis, fere ſemipedalibus. Ex axillis harum progerminant aliæ *frondes* ſæpe binatæ, ſeſquipedales, quarum pinnæ prioris in omni ſimiles, ſed multo minores, & *ſtipes* ad exitum tuberculi inſtar incraſſatus.

Fructificatio in lineis decuſſatis, ſed irregulariter erumpit, unde mox Polypodium, mox Acroſtichum mentitur.

85. PTERIS *nigra* fronde tripinnata, foliolis ouatis: terminali ſubtrilobo.

Circa Canton lectam dedit *honor.* WENNERBERG.

Stipes ſpithamæus, ſtriatus, hinc canaliculatus, leuis, ater.

Frons decompoſita, ramis oppoſitis alternisque.

Pinnulae paruae, ouatae, obtuſæ integræ præter terminalem, quae ſæpius triloba.

Fructificatio marginalis, ſaepe diſcum ita replet, vt neruus pinnulae tantum nudus maneat.

86. PTERIS *quadriaurita* frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis apice dentatis: infimis quatuor paribus bifidis.

E Ceylona miſit *h.* KÖNIG.

Stipes ſubtetragonus, leuis.

Frons pinnata, pinnis ad neruum fere pinnatifidis, laciniis obtuſis apice dentatis: terminali lanceolata, acuminata, longa, ſerrata imprimis verſus apicem.

infima duo pinnarum paria bifida vel duplicata, ceterum ſimilia.

Obſ. A *Pteride biaurita* Linn. diſtinctiſſima magnitudine, ſerraturis & numero pinnarum bifidarum.

87. POLYPODIUM *pteroides* fronde pinnata: pinnis alternis lanceolatis inciſo-ſerratis: ſerraturis ſuperioribus coaleſcentibus, fructificationibus marginalibus.

E Ceylona miſit *Cel.* KÖNIG.

Serraturae grandes fere ad dimidiam marginis a neruo diſtantiam.

Puncta in margine ſerraturarum denſe poſita, vt Pteridem fere mentiatur.

88. POLYPODIUM *lineare* Burm. Fl. Ind. p. 235, tab. 67. f. 2. ac POLYPODIUM *dichotomum* Thunb. Fl. Jap. p. 338. tab. 37. ſine dubio eadem eſt Filix, quæ in China Inſulisque Oceani indici vulgaris. Suſpicor etiam *Acroſtichum furcatum* Linn. huc pertinere, pro certo autem dicere non audeo, Iamaicenſem enim filicem non vidi, verum *Nob.* SWARTZ in *Prodr.* p. 133. *Acroſtichum furcatum* Linn. et *Polypodium dichotomum* Thunb. conjungit. Icon & nomen *Plum. fil.* t. 28. ſerraturas, adeſſe negant, in Thunbergiana icone & in variis ſpeciminibus ab India Orientali allatis adſunt. PLUMIER ſuae filici ad oras foliorum cingulum veſicularum nigricantium adſcribit, quod in noſtris ſpeciminibus omnino deeſt, nec ſingularem glaucum frondis colorem meminit.

89. ACROSTICHUM *tenue* frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis pinnatifidis, laciniis obouatis apice crenatis.

Dryopteris campeſtris Rumph. Amb. VI. p. 77. t. 34. f. 2.

Habitat in nemoroſis regni Siam, Midnapur, Tſchandranconæ, ad ſepulcreta Sinenſium Malaccæ. KÖNIG.

Stirps ſpithamæa.

Stipes teres, ſtriatus, niger.

Petioli alterni, hirſuti, hinc canaliculati.

Pinnae plerumque conſtant ſeptem foliolis vel laciniis diſtantibus, obouatis, apice crenulatis.

90. ACROSTICHUM *quercifolium* frondibus ternatis: ſterili folio terminali ouato inciſo, lateralibus trilobis: fructificante lineari.

E Ceylona miſit *honor.* KÖNIG.

Frons ſterilis trifolia.

Stipes breuis, hirtus.

Folium terminale ouatum, inciſo-lobatum, *lateralia* minora, ſubtriloba.

. . . *fructificans* duplo altior, etiam trifolius.

Stipes tenuis, leuis.

Folia lineari-lanceolata, dentata.

91. TRICHOMANES *chinenſe* L.

Rudiorem hujus figuram in itin. tab. 6. *max. reuer. D.* OSBECK dedit, meliorem PLUKENET in Phytogr. t. 4. f. 1. ſub nomine etiam bono, dicitur enim

Adianthum nigrum chinenſe tenuiter diuiſum pinnis minimis obtuſis plerumque bifidis.

Stylum ſetaceum terminalem, quem pro charactere Trichomanis habet *Gener. à* LINNE in plurimis exemplaribus hujus ſpeciei fruſtra quaeſivi, vti etiam in *Trichomane Canarienſi* & *Culcitra* Gen. BANKS. Haec forte ratio eſt, cur eandem Filicem ſub nomine *Adianthi chinenſis* & *Trichomanis chinenſis* in Flora ſua Indica propoſuit *Cel.* BURMANNUS.

92. FUCUS *Zeylanicus*, caule triquetro, foliis ouatis petiolatis denticulatis criſpis veſiculis ouatis carinatis pedunculatis.

E Mari Ceylanico miſit *D.* KÖNIG.

Caulis triqueter ramulis breuibus vndique obſitus, quos terminant rudimenta foliorum criſpatorum.

Folia explicata ouata, denticulata, margine criſpo.

Veſiculae rariores, ſolitariae, ouatae, bicarinatae, pedunculatae.

DESCRIPTIONES

EPIDENDRORVM

IN INDIA ORIENTALI FACTAE

A

D. IO. GERH. KOENIG.

EPIDENDRORVM DESCRIPTIONES

AVCTORE

D. I. G. KOENIG.

No. 1.

Epidendrum ſpathulatum. Kipuhn.

Folia biſaria, alterna, approximata, apice (duplicato præmorſa) coriacea, vix pedalia.

Pedunculi axillares, erectiuſculi, interdum penduli, teretes, glabri, articulati, lignoſi ad articulos bracteati vsque ad dimidium indiuiſi, ſesquipedales, inter racemum anguloſi.

Pedicelli patentiſſimi ſparſi, baſi bracteati, teretes, læues, albi, longitudine florum.

Bracteae oblongæ, adpreſſæ, acutæ, ferrugineæ, Pedunculorum majores, pedicellorum ſputis ſubſtitutae paruae.

Calyx nullus niſi bracteæ.

Corolla petala quinque baſi Nectario vnita, plana, quorum duo lateralia, patentiſſima, ouata, lata, acuta, majora, inferiora 3^a obuerſe ouata, ex his intermedium majus; omnia niuea apicibus macula roſea magna picta.

Nectarium ſupra partes fructificatione inflatum, rotundatum, tripartitum, adſcendens, apice ſuperiori cornutum, recuruatum, Corolla multo majus.

Laciniae apicis inferioris ſeu inflati laterales oblique ouatæ, marginibus dentatæ, majores niueæ. Superior linearis anguſta, apice bidentata incuruata, colorata, purpureo-roſea et parum rigidior: Inferior horizontaliter vsque ad medium diuiſa.

Pars inferior Nectarii anterius corpus erectum, truncatum, latere exteriori rotundatum, interiori concauum cum foueola magna ſucco melloſo-albicante impleta; breue poſtea prominula, ſubcarnoſa, parum concaua, alterioris partis ſeu columnæ parum latior, longitudine petalorum poſteriorum, poſtea cum parte cornuta connata.

Apex corporis truncati ſquama cordata, concaua diſco longitudine carinula notata (inde Capitis Gallinæ ſimillima); apex verſus nectarii cornu vergens ſoluta, infra ſquamam Antherae duæ magnæ globoſæ glutine tenaciſſimo in fila tractabili corpori truncato adhærentes; latere exteriori rima hianti diuiſæ, luteae.

Stylus nullus. Stigma. Squamulae geminæ approximatæ infra apicem ſquamæ antherasque tegens, Nectario corpori truncato adnatæ, ſericeo-ſubtomentoſæ, minimae.

Pericarpium. Siliqua clauata triangularis angulis acutis baſi attenuata, apice truncata, craſſa, corollis marceſcentibus coronata, pollice longior, glabra.

No. 2.

Epidendrum Variegatum.

Folium peltatum Rumph. HB. amb. P. VI^ta pag. 93. Tab. 41. Fig. 3?

Radices anni præteriti, bulbus ſupra terram erectus, oblongus, anguſtus, compreſſiuſculus, ſquamis 4^or vel pluribus alternis membranaceis ſubueſtitus, pollicaris; vix lineas 3 latus, viridis inferius fibras horizontales filiformes flexuoſas, albicantes emittens. Radix præſenti tempore vigens ex baſi prioris lateraliter pronata, vix bulboſa, vaginis tribus oblongis, acutis, apicibus patentibus, membranaceis, coloratis purpureis tecta.

Caulis nullus.

Folia 3na alterna, patentiſſima, ſcapum baſi *vaginantia, ſeſſilia*, patentiſſima, ouata, acuta, trinéruia, marginibus criſpato-vndulatis, pictis albo-ſanguineis reliqua pars viridi ſanguinea, vtrinque glabra, tenera.

Scapus erectus, palmaris, ſolitarius (raro geminatus) anguloſus, ſtriatus, glaber, coloratus, racemo oblongo terminatus.

Pedunculi ſimplices ſubalterni, patentiſſimi, teretiuſculi, clauati, ſtriati, colorati, vix longitudine florum.

Spathæ ſeu bracteæ ſolitariæ infra pedunculos adnatæ, pendulæ, ſcapo adpreſſæ, lineari-acutæ, glabræ, membranaceæ, coloratæ, ſubroſeæ, longitudine pedunculorum.

Calyx nullus, niſi Spathæ.

Corolla petala quinque patentiſſima, oblonga acuta, marginibus reuolutis, membranacea, ſubroſea, quorum duo lateralia, inferiora parum anguſtiora 2° ſuperiora et inferius æqualia.

Nectarium marginatum, margo plana, ſuperior latior denticulata, inferius diuiſa, laciniæ diſtantes, lanceolatæ, acutæ, membranaceæ, citrinæ. Interior pars galeata ſeu fornicata obtegens Nectarium proprium turbinatum vel corpus truncatum ſquamula cordata, adpreſſa, alba tectum.

Squamula pagina exteriori conuexa, *interiori loculamenta gemina antheras includentia.*

Antheras ſeſſiles geminæ corpore truncato adnatae, oblongae, ſulculo diuiſae, luteae.

Stylus nullus, niſi corpus truncatum, columnare, erectum, breue, latere exteriori rotundatum interiori foueola excauatum paruum an Stigma? Squamulae duae ad latera apicis corporis truncati adnatae, ſeſſiles, erectae, oblique ouatae, carnoſae, pagina interiori filo inſra diſcum parum ſupra apicem corporis truncati connatae, virides. Squamula antheras tegens, majores.

Pericarpium ſiliqua clauata, compreſſiuſcula, ſulcis profundioribus anguloſa.

Obſ. Habitat in ſyluis denſiſſimis opacis, viget tempore pluuioſo cum reliquis Epidendris.

No. 3.

Epidendrum Calceolariae.

Paraſitica.

Radices capillaceæ, numeroſæ, flexuoſæ, albicantes.

Caules plurimi conſerti, teretiuſculi, flexuoſi, articulati perennantes, vix ſpathamei.

Folia biſaria, patentiſſima, alterna, remota, ſubulata, craſſa, pauca, glabra.

Racemi terminales ſæpius in caulibus ſuperannis, ſimplices flores remoti.

Calyx ſpathæ vaginæ duæ vel plures pedunculo racemis adnatæ, oblongæ, membranaceæ, colore albo roſeoque mixto coloratæ, pedicello multo breuiores.

Pedicelli nulli, niſi germina infera erecta, glabra, tenuia, colorata, infra florem craſſiora, magis colorata albo roſeoque mixta, corolla vix longiora, verſus medium petali majoris adnata.

Corolla petala 4or, petalum infimum nauiculare magnum; Apex deſcendens corniculatus et parum obtuſus; alterum adſcendens latum, tripartitum, lacinia intermedia lanceolata, anguſtius, laterales latiores.

Petalum ſuperius in apice corniculato inſertum, erectum et parum incuruatum clauatum, planum, apice emarginatum et parum criſpatum; album longitudine inferioris.

Petala duo intra laciniam petali inferioris ad baſin nectarii adnata parum adſcendentia, lanceolata (quaſi alæ Nectarii) longitudine laciniarum petali inferioris æqualia, albicantia.

Nectarium corpus truncatum, ſemicylindricum, breue, anteriori parte foueola magna excauatum, poſteriori latere rotundatum, vtrinque margo decurrens ad cornu.

Apice excauatum ſquamula orbiculata conuexa interiori pagina concaua diſſepimento longitudinali diuiſa (quod loculamento antherarum) tecta, tota niuea.

Stamina filamenta duo breuiſſima intra apicem concauum corporis truncati tenuiſſima.

Antheræ ſubgloboſæ ſulculo notatæ, magnæ.

Stylus nullus.

Stigma foueola lateralis bilabiata magna; Labium ſuperius ex margine roſtrato corporis corpori truncato adnatum, inferius margo rotundatum prominulus ad baſin coloratus ruber.

Pericarpium (vt in congeneribus.)

No. 4.

Epidendrum Hexandrum.

Paraſitica.

Radices capillaceæ, flexuoſæ, albæ, corticibus arborum adhærentes.

Caules plurimi ſupra radices parum nudi, teretes, ſquamis oblongis, tubuloſis, acutis, ſtriatis, rigidis, albicantibus tecti, pollicares vel parum longiores, inferius nudi, poſtea folioſi.

Folia bifaria, alterna, patentiuſcula, ſeſſilia in vaginas deſinentia, remotiuſcula, lanceolata, oblique emarginata, cum acumine paruo prominulo integerrima parum carnoſa, rigida vix magnitudine hyperici ſeu magis anguſtiora.

Racemi parui axillares pedunculati dorſo ramorum reflexi, ſparſi, plurimi frequentiores, ad apices, rarius verſus radices pronati, foliis breuiores.

Pedunculi ex axillis foliorum ſimplices, ſolitarii, erecti et ad dorſum ramorum curuati, teretes, baſi vaginati, ſinguli flores alterni germinibus inferioribus clauatis loco Pedicellorum pedicellati. Vaginæ pedunculorum oblongæ, acutæ, breues.

Calyx Spatha Monophylla ad baſin germinis pedunculo adnata, ouata, acuta, recuruata, pedunculo adpreſſa, membranacea, glabra, vix longitudine germinis.

Corolla quinque petala. Petalum ſuperius ſeu ad dorſum Nectarii germine adnatum, erectum, ouato-lanceolatum acutum, parum concauum, albicans. 2dum et 3tium ad latera nectarii adnata, erecta, lanceolata, priori parum minora; 4tum anterius ad baſin corniculatum, corniculo rotundato inflato adſcendens, verſus petalum ſuperius et bipartitum. Laciniæ (diſtiche patentes) ad apices recuruatæ, ouatæ, acutæ, flore breuiores; 5tum in corniculo petali 4ti interne adnatum, oblongo-clauatum, adſcendens ad apicem obtuſum, parum recuruatum, in medio denticulo minimo notatum. Laciniis petali 4ti parum breuius.

Nectarium corpus truncatum, erectum, compreſſiuſculum, ſquamulis geminis terminatum.

Squamulæ erectæ, prior dorſo nectarii, altera in diſſepimento transuerſali ſupra diſcum truncatum adnatæ, cordato acutæ.

Squamulæ dorſi pagina interiori concaua, diſſepimento longitudinali bilocularis, membranacea alba anguſtiſſime acuta, apice parum rubra.

Stamen filamentum vix vllum.

Antheræ ſex cum Hypomochlio minimo rubro ad apicem ſquamulæ dorſali nectarii adnatæ, clauatæ, cum filamentis capillaceis Hypomochlio adfixæ, flauae ſubpellucidæ, quarum 3. in ſingulo loculamento tectæ, licet ad vnum hypomochlion vnitæ minimæ. Corpus truncatum diſſepimento apice biloculare anterius ſtigma oblongum, concauum viride, poſterius infra apices ſemicylindricum clauati prominule antheras includentes.

Pericarpium. Siliqua clauata, anguloſa, ſulcata, parum incuruata, magnitudine grani ſecalis ſeu tritici vix minor.

Obſ. Habitat in ſyluis denſiſſimis ſatis frequens, tota Planta vix pedalis. Folia late glabra. Flores albi.

No. 5.

Epidendrum Ophrydis.

Radices fibroſæ in orbiculam plurimæ, diſperſæ, filiformes, hirſutæ, albæ, in terra naſcentes.

Scapus erectus, ſupra radicem vaginis foliisque obueſtitus, teres, ſulcatus, ſulcis profundioribus, acutus, coloratus, ruber, ſtipulisque recuruatis,

lineari-acutis, glabris, viridibus longis adſperſus, pedalis, interdum parum altior.

Vaginæ ouatæ, acutæ, integerrimæ, carinatæ, neruoſæ, membranaceæ, inferiores latiores, breuiores, viridiuſculæ, neruis rubris pictæ.

Folia alterna, baſi ſcapum vaginantia, erecto-patentia, ouata, acuta, integerrima, neruoſa, neruis 4, 5 ad 8to carinatis, glabris, glabra et leuiter ſtriata, a neruis contractioribus ſuperficie parum bulboſa, membranacea, ſcapo parum breuiora, in vaginis tubuloſis carinatis, glabris, deſinentia.

Spica erecta cylindrica, floribus ſanguineo-purpureis denſe obnata, ſeſquipalmaris, craſſitie digiti majoris.

Pedunculi breuiſſimi, ſimpliciſſimi in germinibus erectis ad apicem parum recuruatis, clauatis, ſtriatis, coloratis terminati. Striæ carinatæ, criſpato-denticulatæ.

Calyx Spatha monophylla infra Pedunculum ſcapo adnata, recuruata et adpreſſa, lineari-acuta, integerrima, glabra, anguſta, flore duplo longior, parum colorata.

Corolla Petala quinque irregularia, quorum *tria inferiora patentia* ad *anteriora* curuata, linearia, acuta, marginibus reuoluta, vtrinque glabra, intermediis parum latiora.

Petala 2o ſuperiora ad latera ſub poſteriora apicis germini adnata et cum prioribus verſus anteriorem partem curuata, oblique ouata, baſi conuexa, poſtea plana, patentiuſcula, prioribus parum breuiora.

Nectarium corpus truncatum ad baſin dorſi lobatum; lobus adſcendens obuerſe cordatus; Corpus ex ſinu cordis corniculatum, corpus truncatum ſemicingens, eoque duplo longius carnoſum, concolor:

Propium erectum, cylindrico-compreſſiuſculum, læue, concolor, oblique truncatum. Diſcus ſeu apex foueola oblonga excauatus.

Squamula ad anteriorem marginem adnata (quod ſingularis) tectus.

Squamula orbiculata glabra, albicans, membranacea pagina interiori concaua includens.

Antheræ geminæ obuerſe ouatæ ſeu clauatæ, flauæ, ſubpellucidæ, baſi connatæ, minimæ ac ſimillimæ antherarum contortarum.

Stylus nullus niſi Nectarium, ad cujus dorſum parum infra diſcum rima oblonga, labiata, labia membranacea, alba.

Pericarpium ſiliqua obuerſe ouata, anguloſa, ſcabra, ſemine hordei major, apice nectarii perſiſtenti coronata.

Semina numeroſa.

No. 6.

Epidendrum Herba Supplex minima? Rumph.

Paraſitica radicibus capillaceis, compreſſiuſculis arboribus adhærens.

Caulis nullus.

Folia faſciatim conferta enſiformia baſi invicem ſe vaginantia compreſſo-plana 5 ad 7 integerrima, acuta, vtrinque glabra, carnoſa, digitum minorem longa.

Spicæ terminales ex vaginis foliorum baſi nudæ, filiformes, foliis longiores, ex floribus ſeſſilibus verticillatis verticillo regulariter remotiuſculæ, licet in verticillis approximatæ, colore coccineo.

Scapus infra flores, teres, glaber, bracteis rarioribus adſperſus, intra flores ſtriis prominulis ſtriatus.

Calyx ſpatha ſolitaria infra germen ſpadice adnata, erectiuſcula, lanceolata, acuta, glabra, membranacea, germine longior, parum colorata.

Corolla petala ſex, quorum tria exteriora patentia, lineari-lanceolat[illegible] ſemipellucida, minus colorata, quorum duo petala anteriora, [illegible] rius, duo interiora prioribus anterioribus incumbentia, parum l[illegible] gis concaua & colorata, 6tum poſterius erectum, baſi latum co[illegible]

Nectarium truncatum ſemi-cingens, ſuperius in lobo obuerſe cordato terminatum.

Corpus truncatum breviſſimum minimum. Squamula alba tectum continens antheras glandulaceas geminas minutiſſimas.

Stigma ad dorſum corporis truncati infra apicem diſci foueola oualis minima.

Pericarpium, ſiliqua globoſa corpore truncato perſiſtenti coronatum ſulcatum ſulcis marginibus acutis triualuibus.

Obſ. Habitat in ſyluis denſiſſimis ad arbores præſertim minores, rara vsque ad hoc tempus, tantum 6. Exempl. obſeruaui.

No. 7.

Epidendrum Orchideum.

Paraſitica radicibus filiformibus ramoſis glabris, viridibus, truncis arborum adnata.

Caules plurimi ſimplices penduli articulati, folioſi, flexuoſi, vaginis foliorum vaginati, radice craſſiores, bipedales vel parum longiores & baſi parum tenuiores.

Folia bifaria, alterna, ſeſſilia, patentia (non horizontaliter) lanceolata, integerrima, acuta, cum contractione ante apicem glabra, carnoſa, rigida vix ſesquipalmam longa et pollicem lata, læte viridia.

Vaginæ tubuloſæ, glabræ, nudæ, ore integerrimae longitudine interſtitiarum vix pollicares, coriaceæ.

Flores ſupra folia parum oppoſiti, plerumque ſolitarii, interdum plures, patentes, ſeſſiles, germine inſero pedunculati, magnitudine orchide-pyramidalis.

Calyx Spathæ, rugæ, cordatæ, paruæ, ſubcarnoſæ, flauicantes, caducæ.

Corolla petala 5 lanceolata, flaua, maculis obſcurioribus magnis picta, quorum duo ſuperiora adſcendentia et intermedium ab inferioribus patens majora duo lateralia magis verſus dorſum reflexa, anguſtiora, omnia pagina interiori conuexa inferiori concaua.

Nectarium in diſco floris bipartitum labium ſuperius patens haſtatum, apice ſuperiori recuruatum et intra lacinias inferiores glandulæ geminæ ſuperius connatæ, inferius decurrentes ad alteram partem, purpureo-roſeæ, poſterius cornutum cornu vix deſcendenti conico, acutiuſculo, albo, germine dimidio breuius. Inferior (vt in congeneribus,) corpus truncatum, apice ſeu diſco concauum emittens ſuperius labium lineare apice bifidum, ſubcarnoſum, breue (vt ſæpe in congeneribus) quod ſtigma? pellucido-album.

Stamen filamentum vnicum intra apicem labii adnatum, planiusculum, album eique incumbens et longitudine æquale.

Anthera globulæ geminæ lateribus vergentibus ſulculo diuiſæ, majusculæ in concauitatem corporis truncati incumbentes citrinæ.

Stylus nullus niſi labium antea deſcriptum. Stigma foueola concaua infra labium & diſcum corporis truncati.

Obſ. Margines decurrentes intra labium haſtatum formant orificium in cornu et ſunt ſubcarnoſæ, rigidæ, coloratæ, ſæpius roſeæ vel purpureæ.

Pericarpium. Siliqua linearis triquetra angulis alatis incuruata, ſtricte adſcendens, pollice longior.

> NB. Dixi in deſcriptione mea petala ſuperiora, quæ verſus apicem plantæ vergunt et inferiora verſus radicem vergentia, inde etiam quod Nectarii cornu ſupra germen in linea æquali horizontaliter ſitum eſt. Sed dum planta pendula eſt, omnia inde reuerſa ſunt, ſi apex plantæ pro ſumitate aſſumitur.

No. 8.

Epidendrum Puſillum.

Radices capillaceæ, raræ, albæ, arboribus adhærentes.

Surculi faſciculares corticibus adpreſſi, parum ramoſi, interdum articulati, inæquales, ſpithamei, et vix lineas duas latiores, caneſcentes, virides.

Racemi ſolitarii raro approximati ſimpliciſſimi, erecti, compreſſiuſculi, inferius nudi, verſus apices denticulati, ſemipollicares, glabri, virides, ferruginei.

Calyx ſpathæ cordatæ ſolitariæ, pedunculo ſeu racemo ſimpliciſſimo adnatæ, alternæ, ſeſſiles, cordatæ, acutæ, carnoſæ, paruæ, perſiſtentes, 5 ad 8to.

Flores germini erectiuſculo loco Pedunculi adnati, alterni, patentes.

Corolla petala quinque Nectario truncato adnata, erecta, lineari-lanceolata, acuta, Nectario parum longiora, æqualia, flaua.

Nectarium baſi truncatum ſemicylindricum, latere ſuperiori ex baſi corniculatum. Corniculum adſcendens, ouatum, inflatum, compreſſiuſculum, corpore truncato parum longius. Diſco ſquamula pedicellata, concaua, bilocularis, roſea, anterius membrana, acuta, alba, roſtrata, minima, reliquæ vt in congeneribus.

Pericarpium. Siliqua teres, vtrinque anguſtius incuruata, glabra, vix pollicaris.

Plantula rara.

No. 9.

Epidendrum Complanatum.

Radices filiformes plurimæ longiſſimæ viride albicantes, ramis arborum adhærentes.

Caulis plerumque cum radicibus longis pendulus, teretiuſculus, foliis vaginatus, ſimplex, breuis.

Folia alterna, ſeſſilia, patentiſſima lineari-lunæformia, retuſa, vtrinque glabra, pagina ſuperiori concaua, in inferiori carinata vix ſpithamea, carnoſa.

Spicæ foliis oppoſitæ, pedunculatæ, patentes, compreſſo-planæ, marginibus ſerratæ a ſpathis longitudine foliorum, remotiuſculæ.

Calyx ſpathæ bifariæ, alternæ, cymbiformes, compreſſæ, acutæ, carnoſæ, rigidæ, perſiſtentes, ſpicam ſerratam formantes, ſingulæ pro ſingulo flore.

Corolla ſupera.

Germen inferum pedunculatum.

Tubus filiformis, ſpatha duplo longior flauus, quinquepartitus, petala quinque lineari-acuta, pendula, glabra, anguſta, flore tri-vel quadruplo longiora flaua.

Galea Nectarii Nectario incumbens inflata ante apicem bilobatum lobis patentiuſculis apice cornutum cornu erectiuſculum, pagina interiori infra cornu lobus lingulatus, retuſus, paruus adſcendens diſco adnatus, coccinea.

Nectarium truncatum ſemi-cylindricum apice concauo album, membranaceum, oblongum, obtuſum, concauum, album, incluſum.

Anthera ſolitaria oblonga, obtuſa, ſulco notata, magna, alba.

Pericarpium?

No. 10.

Epidendrum Clauatum

praecedenti proximum.

Radices filiformes plurimi arboribus adhærentes, *albæ.*

Caules ad fila radicum penduli, teretes, foliis vaginati breues.

Folia alterna, ſeſſilia, patentiuſcula, lineari-clauata, apice bidentata denticulis inæqualibus, vtrinque glabra, plana, neruo magno pagina ſuperiori ſulculo et inferiori prominulo notata, læte viridia.

Spicæ florum breues foliis oppoſitæ patentiſſimæ, pedunculatæ, clauatæ. Pedunculi teretiuſculi, glabri, punctis rarioribus coloratis adſperſi, lignoſi, vix longitudine foliorum, verſus medium bractea ſolitaria adpreſſa, cordata, glabra, rigida, bracteata.

Calyx ſpathæ plurimæ alternæ, patentiuſculæ, cordatæ, acutæ, dorſo compreſſæ, glabræ, coriaceæ, ſingulo pro ſingulis floribus.

Corolla germine pedunculata hexapetala (mihi melius monopetala).

Laciniæ quinque patentes lineari-lanceolatæ, ſubæquales, flauæ, longæ.

Sextum galeatum inflatum Nectario incumbens, apice cornutum, cornu erectum oblongum, rotundatum, villoſitate barbatum, album, reliqua pars colore aurantiaco tinctum.

Nectarium truncatum erectum magis concauum, apice ouatum, ſubmembranaceum, album, Membrana oblonga, obtuſa, concaua, alba tectum, quæ continet Antheram ſolitariam flauicantem.

Stylus clauatus paruus intra concauitatem Nectarii, quod tantum in nonnullis ſpeciminibus obſeruaui.

Pericarpium ſiliqua filiformis ſtriata ſulculo vtrinque notata, glabra, palma longior et lineam vnam in diametro craſſa.

No. 11.

Epidendrum ſubulatum.

Paraſitica radicibus filiformibus plurimis glabris arboribus pendula albis.

Caules ſimplices erecti, teretes, glabri, vaginis foliorum vaginati, breues.

Folia alterna, erecta, ſeſſilia ſubulata, teretia, glabra, acuta, ſpithamea; vaginæ obtuſæ, marginatæ glabræ punctis minimis atro-purpureis adſperſæ, (majores vt in foliis) breues.

Pedunculi ad radices alterni, patentiſſimi, teretes, glabri verſus medium,

Bractea *cordata adpreſſa*, ſolitaria bracteati, colorati, ſubrubri, ſpica terminati.

Spica teres, ſpathis bracteisque ſquamoſis adpreſſis, obnata, pedunculo multo breuior.

Calyx ſpatha monophylla ſupera cordata, lata, apice patens, ſubglabra, carnoſa, perſiſtens.

Corolla petala 5 lanceolata, patentiuſcula, æqualia, niuea; ſexta galeata nectario ſuperius oppoſita, dorſo inflata, marginibus vtrinque lobata, lobis approximatis apicibus erectiuſculis, *luteo-aurantiaca ad apicem* cornuta, cornu erectum, *oblongum*, apice parum craſſius inde ſubclauatum, tomentoſum, luteum.

Nectarium in diſco floris petalis inferioribus cinctum, ſemicylindricum, obtuſum, glabrum, niueum margine apicis obtuſi elegantiſſime carmineum.

Apex ſquamula ſuborbiculata conuexa tectus.

Squamula membranacea dorſo marginis Nectarii arcte adnata, pagina exteriori ſulculo interiori diſſepimento diuiſa, alba, parum roſeo colore immixta.

Antheræ geminæ ſeſſiles corpore truncato, concauo, et ſquamula membranacea incluſæ, luteæ.

Stylus corpus truncatum, latere inferiori rima longitudinali, margine colorata, quod *ſtigma*.

Pericarpium ſiliqua filiformis, glabra, teretiuſcula, vtrinque ſulco notata, apice corpore truncato nunc incuruato coronata, foliis anguſtior.

Limbus duplex inferior cymbiformis patens ad baſin, nectarium obtuſum, quadripartitum includens. Laciniæ duæ laterales ex marginibus limbi parum prolongatæ et adſcendentes acutæ, duæ intermediæ laciniæ infrà baſin nectarii limbo adnatæ, approximatæ, erectæ, lanceolatæ, acutæ, integerrimæ cum apicibus lateralibus, longitudine æquales. Apex alter hujus limbi parum magis adſcendens (cornuformis) teres, inflatus, apice anguſtior et cylindricus ac rotundatus, priori multo longior.

No. 12.

Epidendrum Nudum.

Radices filiformes, ramoſi, numeroſi, glabri, virides, ramulis arborum adhærentes.

Caulis nullus.

Pedunculi plurimi ſimplices vniflori, teretes, lignoſi, vaginis vaginati inde poſtea articulati pollicares germine terminati.

Vaginæ tubuloſæ duæ vel tres, glabræ, membranaceæ, ore obliquo pedunculis junioribus obueſtientes, caducæ.

Bracteæ geminæ ad apicem germinis adnatæ, ſubſeſſiles, oppoſitæ, patentiſſimæ (non horizontaliter cum ſuis paginis) ouato-lanceolatæ, acutiuſculæ, integerrimæ, carnoſæ, glabræ, germine parum breuiores.

Calyx nullus, niſi vaginæ obſolete tubo adpreſſæ, albæ, tubuloſæ, breues.

Corolla monopetala irregularis. *Tubus erectus capillaceus, pilis adſperſus, niueus, longus.*

Limbus duplex inferior quadripartitus. Lacinia inferior cymbiformis, patens major. Apex inferior obtuſus quadripartitus. Laciniæ duæ laterales ex apicibus limbi majoris adſcendentes acutæ duæ intra hos apices verſus tubum nectario truncato adnatæ erectæ, lanceolatæ, acutæ, longitudine priorum.

Apex alter cornuformis, adſcendens parum inflatus, teres, priori multo anguſtior, longior. Intra cornu limbus ſuperior adnatus, inferiori incluſus et deſcendenti procumbens vsque ſupra corpore truncato; cuneiformis, concaua, apice obtuſo, ſquamula antherarum tegens eoque loco flauus, coloratus, rigidiuſculus. Reliqua pars membranacea alba.

Nectarii ſquamula vt in congeneribus et antheræ ſemigloboſæ, geminæ citrinæ loculamentis incluſæ.

Pericarpium, ſiliqua, lineari-oblongum, anguloſum, ſtriatum, parum incuruatum, longitudine pedunculorum.

NB. Interdum limbus inferior ad nectarium quinquepartitum, tunc lacinia intermedia latior; laterales anguſtiores.

Habitat in ſyluis opacis.

No. 13.

Epidendrum Tomentoſum.

Paraſitica.

Radices filiformes, teretes, ſquamis obueſtiti, flexuoſi, ab uno bulbo ad alterum craſſitie pennæ anſerinæ, fibris ſetaceis craſſiuſculis emittentibus, præſertim infra bulbos, colore caſtaneo, poſtea ramoſiſſimis arboribus adhærentes.

Bulbi ſupra radices erectiuſculi ſeſſiles, obuerſe ouati, compreſſi, rugoſi, foliis terminati, vix magnitudine oui gallinaeei.

Folia ex bulbis plerumque 4or, rarius 2o vel 3a alterna, erectiuſcula, baſi bifaria, bulbum ſemi-vaginantia, oblonga, integerrima, acuta, concaua, apicibus recuruata, *vtrinque glabra*, *neruis octonis ſtriata*, carnoſa, læte viridia.

Apex radicis clauatus, articulatus, vaginis foliisque alternis bifariis compreſſis terminatus.

Scapi ſolitarii ex baſi bulbi ſubmarginaliter pronati, erecti, baſi vaginis alternis ouatis et oblongis 6 ad 7 vaginati, vaginis denſe biſarie imbricatis. Inferiores (ſc. vaginæ carnoſæ,) breues, latiores ſuperiores magis diuergentes, longiores, acutæ. Teretes tomentoſitate caſtanea tecti. Bracteæ ſolitariæ vel duæ alternæ verſus medium ſcapi bracteati. Pedales longi et penna anſerina tenuiores.

Flores racemoſi, diſtichi, ſubalterni pedunculati.

Pedunculi patentes, *teretes*, *tomentoſitate* caſtanei, inuolucris ſpathaceis breuiores. *Bracteæ adpreſſiuſculæ* lanceolatæ, acutæ, concauæ, membranaceæ, magis albicantes quam ſcapus, vix longitudine ſpatharum.

Calyx ſpatha monophylla infra pedunculum ſcapo adnata, germine adpreſſa, lanceolato-oblonga, plana, marginibus recuruatis, ſeptemneruia ſubvilloſa dorſo carinula notata carnoſa, rubro-ferruginea.

Corolla ſecundum ſyſtema a Linne petala 6, mihi irregularis ex petalis duplicatis. Exterius monopetalum nauiculare adſcendens.

Apex anterior *rotundatus indiuiſus*, *poſterior* adſcendens, *tripartitus*.

Laciniæ 2ae laterales oblique lanceolatæ parum latiores decurrentes verſus apicem anteriorem. Intermedia ſtricte lanceolata, omnes pagina exteriori tomentoſitate caſtanea anteriori glabra, vix pilis rarioribus adſperſa, virides.

Petala interiora 3a, quorum ſuperius in apice anteriori innatum ad nectarium decumbens, altero apice adſcendens intra lacinias exteriores oblongum, pagina ſuperiori conuexum, inferiori concauum, ante apicem parum contractum, ſeu anguſtatum, apice rotundatum, tota alba, apice tantum coccinea. Reliqua petala duo dorſo nectarii lateraliter adnata, poſtea erecta, lanceolata læuia, alba longitudine laciniarum exteriorum æqualia, ſed anguſtiora.

Nectarium corpus truncatum ſemi-cylindricum baſi longitudine floris decurrens, poſtea adſcendens petalis dimidio breuius, ſquamula ſemigloboſa pagina inferiori biloculari tectum, concauum.

Antheræ glandulæ geminæ margine dorſi filamento adnatæ intra concauitatem nectarii loculamentisque ſquamulæ obtectæ, flauæ, ouatæ.

Stigma infra corpus truncatum.

Pericarpium, ſiliqua erecta, parum incuruata, clauata, teres, pilis linearibus dis, alternatim ſtriata, corolla perſiſtente coronata, hepatici colore.

Obſ. Habitat ad truncos arborum cum radicibus altiſſime adſcendens.

No. 14.

Epidendrum Bidentatum.

Radices numeroſæ inuicem leuiter complicatæ, filiformes, parum flexuoſæ glabræ, albicantes, virides, longiſſimæ.

Caulis vix vllus.

Folia ad baſin inuicem vaginantia, terna vel 4terna, raro plura (quinque), enſiformia, *biſaria*, ſeſſilia, integerrima, apice bidentata, denticulis acutis vtrinque læuia, dorſo neruo *carinata*, longitudine digiti majoris et digito minori anguſtior.

Scapus ex axilla vaginæ folii inferioris lateraliter curuatus, patentiſſimus, teres glaber infra medium et ad baſin ſingulis vaginis ouatis, acutis, obſoletis breuibus arcte cinctus, pollicaris, ſpicam gerens. Spica ſimplex raro ad baſin tripartita ſeu duplex, pedunculo longior.

Rachis ſpicæ ſubflexuoſa, teres, læuis, ſinguli flores *patentes*, germinibus parum declinantibus adnati, parui lutei, interdum pallidi.

Calyx ſpatha monophylla germini arcte adpreſſa, ouata, acuta, concaua, glabra, viridis, marginata germine dimidio breuior.

Corolla ſecundum a Linne petala 6, (proprius quam multæ aliæ ſpecies) infra nectarium germini adnata. Quorum duo lateralia oblique ouata, erecta glabra, lutea, tria dorſum nectarii cingentia, erecta, ex his duo magis lateralia lanceolata, 3tium exterius latius ouatum. Omnia altitudine æqualia. 6tum *anterius verſus nectarium incumbens apice ſuperiori* parum adſcendens rotundatum, altitudine priorum, interdum denticulis 3bus notatum, & marginatum ac conuexum carinula interius decurrenti verſus cornu notatum.

Apex inferior deſcendens corniculatus, rotundatus, germine breuior.

Stamen filamentum vnicum corpori truncato margini *interiori adnatum*, planum, membranaceum, album, breue.

Antheræ globulæ geminæ pallidæ, concauitate nectarii *incumbentes*. Squamula obuerſe cordata, diſſepimentis diviſa, alba, nectarii dorſo adnata, tenerrima membranacea, tecta.

Nectarium truncatum ſemi-cylindricum, apice concauum poſtea decurrens, vt in congeneribus, album.

Stigma foueola rotundata infra apicem corporis truncati magnum.

Siliqua oblonga, anguloſa.

No. 15.

Epidendrum Lycopodioides.

Malacca, d. 5 Sept. 1779.

Radices numeroſæ, ſimplices filiformes, tenues, flexuoſæ, ſcarioſæ, caneſcenti-virides, corticibus arborum mangoſtanarum adnatæ.

Caules plurimi ad radices conferti 3 vel plures penduli, ſimpliciſſimi, foliacei, compreſſo-plani, interdum longitudinem pedis ſuperantes (quod tamen rarius) ex foliis alternis bifariis baſi inuicem vaginantibus et denſe adpreſſis, patentiuſculis, ſupra vaginas lanceolatis, acutis, parum marginatis, glabris, carnoſis, pollicares.

Spicæ terminales, ſolitariæ, pedunculatæ, cylindricæ ad apicem acutæ, (ſpicis lycopodiis ſimiles, ſed minus craſſæ) bipollicares longæ.

Pedunculus baſi foliolis geminis adpreſſis vaginatus, teres ſquamulis cordatis, margine ciliatis, tectus, breuis.

Flores ſeſſiles denſe approximati ſpathis cordatis, ciliatis, adpreſſis, membranaceis, pallide viridibus, ante efflorescentiam tectis caducis.

Calyx ſpatha deſcripta.

Corolla, petala ſex inæqualia germini colorato adnata, quorum ſuperius patentiſſimum ſpicæ adpreſſum ouatum, (interdum obuerſe-cordatum) concavum. Duo lateralia ſuperiora reflexa verſus dorſum ſuperioris ouata, minora. Duo lateralia inferiora patentiora inferiori incumbentia ouata, acuta minima parum craſſiora et inde magis colorata. Inferius patens, planum cordatum, ſuperioris vel ſummi parum minus.

Tota corolla colore aurantiaca.

Stamina filamenta nulla.

Antheræ duæ concauitate nectarii truncati minimi albicanti incluſæ, operculo orbiculato, concauo diſſepimento diuiſo membranaceo albicanti tectæ.

Antheræ oblongæ calloſæ, magis quam corolla coloratæ.

Piſtillum germen clauatum ſtriis minimis notatum, infra florem concolor.

Stylus nullus.

Stigma ſupra corpus truncatum diſſepimento ſeparato membranaceo concavitate antherarum ſeparatum.

Nectarium foueola oblonga margine calloſa petalo ſuperiori adnatum, concolor.

Pericarpium, ſiliqua obuerſe ouata. Habitat etiam ad Tamarindos.

Obſ. Foramina corporis truncati puluerulenta prominule apparent, ſeminibus lycopodiis albedine ſimillima.

No. 16.

Epidendrum Longiflorum.

Species 1ma cum anthera? nectario incumbenti.

Radices ad ſurculos faſciculares, plurimæ filiformes, flexuoſæ, corticibus arborum inhærentes.

Surculi ad arbores repentes filiformes inæquales cortice albicante tecti.

Folia bulbis adnata, ſolitaria, ſubpetiolata, erecta, lanceolato-retuſa, margine integerrima recuruata, vtrinque glabra, carnoſa, rigida, fragilia, palma longiora et duas tertias pollicis lata.

Bulbi ſupra faſciculos radicum ad ſurculos ſeſſiles eosque baſi incumbentes, inde rectiuſculi ſolitarii, ouati, ſulcati, rugoſi vix dimidium pollice longiores, viride flauicantes.

Scapi ſolitarii ex ſurculis ad latera bulborum adnati, ſimplices erecti, teretes glabri, ſubarticulati, ſquamis plurimis obueſtiti. Foliis breuiores.

Squamæ 4 vel 5 ſcapo vaginantes, oblongæ, acutæ, baſi tubuloſæ, ſuperne parum inflatæ, membranaceæ, pellucidæ, *interſtitiis breuiores.*

Flores ad ſummitatem ſcapi ſeu pedunculi conferti plurimi germinibus lo[illegible] pedicellorum adnati.

Calyx ſpatha monophylla infra germen ſcapo adnata, patens, incuruata, apice adſcendens, *lineari-acuta, concaua, integerrima,* dorſo rotundata, glabra, tenerrima, membranacea, *alba, perſiſtens,* germine multo longior.

Corolla petala quinque inæqualia, quorum duo ſuperiora approximata, lineari-oblonga, baſi ſupra florem curuata, et hoc modo patentia, *parum concaua, marginibus ciliata, neruis notata,* pilisque minimis adſperſa, apicibus *longiſſimis pendulis* (ſæpius bipollicaribus) anguſtiſſimis colore ſtramineo.

Petala duo lateralia, erecta, oblonga parum oblique *acutiuſcula, plana* membranacea, concolorea, parua, nectario truncato *vix longiora.*

5[tum] ſeu inferius, patens nauiculare, apice acuto adſcendenti, membranaceum, ciliatum, concolor, lateralibus plus 3plo longius.

Nectarium corpus truncatum calceoliforme partes fructificationis continens, diſco floris innatum.

Apex adſcendens incuruatus obtuſiuſculus, calloſus, carnoſus, luteſcens, in cujus apice corpus antheræ ſimillimum cum breuiſſimo filamento albo adnatum, *recuruatum inde nectario incumbens, haſtatum,* acutum, marginibus obtuſis, longitudine nectarii *æquale, flauum.*

Corpus truncatum proprium ſemicylindricum, erectum, marginibus ſuperioribus membranaceo-album, marginatum, dorſo rotundato, apice truncatum, tridentatum, denticuli laterales prolongati, albi.

Squamula dorſo nectarii apice adfixa ſubgloboſa, corpori truncato incumbens, membranacea, alba, latere inferiori parum dehiſcens, diſſepimento paruo notata, continens antheras oblongas, flauas glabras, geminas paruas.

Piſtillum nullum niſi corpus truncatum. Stigma foramen orbiculare infra diſcum corporis truncati.

Pericarpium ſiliqua oblonga, anguloſa.

Obſ. Licet corpus antheræforme genitalia incumbens et omnino habitu antheris ſimillimum, tamen cum omni diligentia polliniferum eſſe nondum detexi. Tempore matutino flores radiatim expanſi, inde petala duo longa ſtricta erecta. Pomeridie pendula.

No. 17.

Epidendrum Flabellum Veneris.

Paraſitica.

Species 2da cum anthera? nectario incumbenti.

Radices filiformes, flexuoſi ſimplices.

Caulis nullus.

Bulbi ſupra radices denſe conferti, ouati, quadrangulares, parum rugoſi, magnitudine auis paſſeris.

Folia ſolitaria, ſingula ex ſingulo bulbo, erecta, petiolata, lanceolata, oblonga, integerrima apicibus parum emarginata, parum recuruata, neruis obſoletis notata, vtrinque glabra, carnoſa, rigida, palmaria longa, et duas 3tias pollicis lata.

Petioli ſemiteretes, canaliculati parum tortuoſi, breues, duplo longiores, vt in Epidendro longifloro.

Pedunculus ad baſin bulbi lateraliter adnatus vaginaque cordata, acuta, ſtriata, rigida, membranacea, longitudine bulbi adpreſſus, ſimpliciſſimus, teres, læuis, ſupra baſin vagina altera ſolitaria, oblonga, acuta, articulo ſolitario paruo adnata, baſi tubuloſo, breuis, (vix lineas 4 longa) membranacea. Reliqua pars pedunculi nuda vsque infra vmbellulam et longitudine foliorum æqualis, vmbella lateralis terminata; vmbella in ſemi-circulo erecto, plano, in vna ſerie florum diſpoſita ex floribus 6 ad 9.

Pedicelli erecti et patentes verſus apices ad vnum latus parum curuati, teretes, glabri, colorati, baſi bracteati, germinibus vniti.

Bracteæ lineari-oblongæ, concauæ, acutæ, membranaceæ, albicantes, ſingulæ ſingulo pedicello adnatæ, eisque breuiores.

Calyx nullus niſi bracteæ.

Corolla tetrapetala, inæqualis.

Petalum ſuperius, erectum, lineari-lanceolatum, apice bidentatum, ad baſin foramine ouato magno perforatum, baſi cum marginibus reuergentibus poſtea connatum (inde parum tubuloſum eſſe apparet), germini adnatum, ſulcato longitudinali anteriori pagina in diſco notatum, album, baſi ſupra foramen colore purpureo coloratum, pollice longius; petala duo lateralia, erecta, oblique lanceolata, apicibus parum incuruatis, luteis marginibus recuruatis, ciliatis, pilis aureis. Nectario longiora, colore ſanguineo.

Petalum inferius patens, ouatum, acutum inflatum, neruis ſtriatum, ciliatum, membranaceum, vix longitudine lateralium æquale, colore rubro luteſcenti.

Nectarium corpus truncatum cum apice incuruato adſcendenti, parum calloſo, colorato, calceoliforme, ad apicem adſcendens.

Anthera? Seſſilis, haſtata, acuta, curuata, genitalibus incumbens ſubcarnoſa, inanis colore ſanguineo, apice lutea. Sterilis, corpus truncatum proprium inferius diſco concauum, marginatum, tridentatum, dorſo ſemi-tereti, glabro, concauo.

Squamula ſemigloboſa pagina interiori diſſepimento ſubdiuiſa, diſco corporis truncati incumbens. Anthera gemina includens ſubgloboſa, lutea, parua.

N

Piſtillum germen inferum clauatum, ſtriatum, glabrum, rubrum, paruum.

Stylus nullus, niſi nectarium truncatum, latere interiori infra diſcum perforatum, foramen orbiculare. Satis magnum, quod ſtigma perforatum.

Pericarpium, Siliqua.

No. 18.

Epidendrum Flos aeris? vel Saaronicum Copioſe ad Therocarp.

Radices filiformes infra bulbos ramorum ad caules faſciculatim confertæ, caulinæ, ſubſolitariæ, *corticibus arborum innatæ, flexuoſæ*, glabræ, lignoſæ, viride albicantes, nitidiuſculæ, mediocres.

Caules ad cortices arborum ſubſcandentes vario modo diuiſi, compreſſiuſculi, glabri articulati interdum vaginis obſoletis vaginati, ferrugineo-virides, longi, *ramos numeroſos emittentes.*

Rami ſimplices interdum in vnum ramulum diuiſi, patentes alii ſupra caules communes, ex bulbo pronati, albi, bulbis deſtituti, parum incuruati, articulati, compreſſiuſculi, vaginati, caule multo breuiores, pedales, raro bipedales, rarius longiores.

Folia alterna ſubbifaria, ad eorum vaginas ſeſſilia, patentiſſima, lanceolata, planiuſcula, pagina ſuperiori leuia, leuiter ſtriata, præſertim neruis quinque euidentioribus, pagina inferiori glabra, ad neruum majorem ſulculo longitudinaliter exouata, ſtriis nullis apicibus emarginatis, carnoſa, interſtitiis geniculorum duplo longiora, rigida.

Bulbi ad baſin ramorum plurimorum caule pronati, interdum pedunculati, pedunculis breuibus, ſæpius, præſertim in junioribus, ſeſſiles erecti, oblongi, articulis duobus vel tribus paruis transuerſaliter cincti et parum contracti, ſulcis profundis ſulcati, glabri, fuſco-virides, ſublignoſi, interne tubuloſi, humide repleti, palma interdum longiores et craſſitie digiti. Rami nonnulli bulbis deſtituti.

Vaginæ caulium vix vllæ, niſi rudimenta neruorum a vagini ſuperſtinatis. Vaginæ ramorum ſupra baſin aphylli tubuloſæ, arcte adnatæ, membranaceæ, neruis ſtriatæ, obtuſæ, interſtitiis articulorum ſuperantes, cinereæ, ſuperiores foliis terminatæ, tubuloſæ, adpreſſæ glabræ, neruis leuiter ſtriatæ, ore obtuſæ, interſtitiis articulorum longiores, virides. Vaginæ pedunculorum tubuloſæ, neruis ſtriatæ, rigidæ, membranaceæ, ore tenuiores, cinereæ, interſtitiis articulorum breuiores.

Racemi terminales ſimpliciſſimi interdum ramo longiores (ſeſquipedales, ſed raro.)

Pedunculus communis, erectus, parum curuatus, et ab articulis parum flexuoſus, compreſſus, vaginis antea deſcriptis tectus.

Pedicelli baſi vaginati, ſolitarii alterni remoti, ſimplices, erectiuſculi, teretes, baſi tenuiores, glabri, colorati, niuei, longitudine dimidii, interſtitiis articulorum & vaginis plus duplo longiores germinibus inferioribus patenti-curuatis terminati, inde flores nutantes.

Vaginæ florum ſeu ſpathæ ſupra articulos pedunculo adnatæ, ſolitariæ, ſeſſiles adpreſſæ apicibus, parum ad vnum latus alternatim curuatæ, ouato-oblongæ, tubuloſæ, apicibus bi-vel tridentatæ ex variis ſquamis exterioribus obſoletis, rigidis, vix diuiſis, rugoſis, cineraſcentibus, interiori vix brevioribus.

Squamulæ intermediæ, membranaceæ, ferrugineæ, paruæ, ſcarioſæ, interiores, membranaceæ, tubuloſæ, acutæ, glabræ, ferrugineæ, vix ſupra exteriores prominulæ.

Corolla irregularis cymbiformis quinquepetala, nutans. Petalum ſuperius majus ſupra germen adnatum, haſtatum. Laciniæ duæ ſuperiores patentiſſimæ (tempore dum flos expanſus) lanceolatæ, verſus apices parum obliquæ, acutæ, longitudine dimidii petali ſuperantes, margines parum incuruatæ integerrimæ (inde concauitas corollæ), apex deſcendens, lineari-oblongus, concauus, ante apicem parum inflatus, apice acutiuſculo calloſo, parum flauo, lateri inferiori plano, tricarinato, carinis rotundatis reliquis omnibus petalis plus duplo majus. Petalum 2dum apice priori concauitate annatum, marginibusque ſubincluſum interiori parte floris, nectarioque reincumbens, dupliciter cordatum, inde tranſuerſale bifidum, inferior pars obcordata, vnguiculata, marginibus *integerrimum*, lobis *rotundatis* teneriime denticulatum in ſinu hujus altera ſeu ſuperior pars cordata acuta, erecta, marginibus criſpata tenerrime denticulata inferiori vix duplo minor minus concaua, ex ungue linea lata longitudinalis quadriſulcata, verſus diuiſuram petali lineæ papilloſæ ſeu denticulatæ, magis coloratæ, flauæ, ante apicem ſuperioris partis evaneſcentes, calloſa. Pagina anteriori flauicans, exteriori *alba*. Petalo *inferiori* breuius caducum. Reliqua petala 3a inferiora approximata tempore florendi patentiſſima apicibus parum recuruata, lanceolata, acuta integerrima, quorum duo lateralia *interius* intermedium, exterius germine adnata, magno petalo dimidio breuiora. Omnia tota niuea (exceptis locis notatis.)

Nectarium corpus truncatum parum oblique eleuatum, emittens verſus apicem deſcendentem corollæ cornuformis neruos 3 calloſos in apicem corollæ multo craſſiores, præſertim intermedius, magiſque coloratus, flauus.

Proprium ſemi-cylindricum, breue, diſco concauo marginato tridentato latere anteriori: Labio recuruato labiatum; denticuli laterales, anguſtiores, longiores, dorſalis latior. Membrana galericulata diſcum tegens, apice dorſali nectarii ſulculoque *adnata*, *alba*, *latere inferiori* corpuſcula duo oblonga, longitudinaliter ſulculo minimo diuiſo adnata, omnino antheræformes, flauicantes, partiales glandulas antheriferas incumbentes.

Glandulæ antheriferæ concauitate diſci incumbentes, ſolutæ, oblongæ, glabræ, calloſæ, flauæ, ſatis magnæ.

Stylus nullus niſi foramen infra labium nectarii, ſæpius humiditate repletum, quod ſtigma proprium luteſcens.

Pericarpium. Siliqua oblonga quinqueangularis angulis inæqualibus glabra, craſſitie digiti. Lateraliter dehiſcens 3valuis. Semina puluerulento-lutea repleta.

Habitat ad Therocarpum, aliaſque arbores.

Obſ. Floret tempore matutino poſt meridiem petala reconcluſa, multoſque dies ſic permanent, tantum petalum cornu nectarii innatum ſolummodo caducum.

No. 19.

Epidendrum Plantaginifolium.

Paraſitica.

Radicibus fibroſis, flexuoſis, arboribus adhærens, acaulis.

Folia bifaria inuicem vaginantia erecta, lineari-triquetra, ſubcanaliculata, acutiuſcula, glabra, carnoſa, baſi ad vaginas anguſta, vix bipollicaria, & lineas duas craſſiora, carnoſa.

Vaginæ membranaceæ, ſtriatæ, marginatæ, glabræ, latitudine foliorum æquales, breues.

Spica ex axillis vaginarum *foliorum intermediorum, ſimpliciſſima,* pedunculata, bifaria, erecta, foliis longior.

Pedunculus erectus, glaber, compreſſiuſculus, ad medium articulo notatus, bractea majori oblonga, acuta, membranacea, caduca cinctus. Superior bracteis *alternis minoribus* 2 *vel* 3. caducis bracteatus.

Flores pedicellati, pedicellis alternis breuiſſimis baſi inuolucrati; inuolucra lanceolata, ouata, acuta, ſolitaria, adpreſſa, membranacea, albicantia, pedicellis multo longiora. —

Calyx nullus niſi inuolucrum.

Corolla hexapetala; petalorum tria exteriora majora, omnia patentiuſcula, concaua, membranacea, albicantia.

Nectarium corpus truncatum minimum membrana inflata, ſemi-globoſa, diſco tectum.

Antheræ duæ didymæ filamento ſolitario adnatæ.

Pericarpium. Siliqua ouato-oblonga, obſolete anguloſa glabra; ſemina numeroſiſſima alba, capillis ſeu fibris tenuiſſimis elaſtice mouentibus, longiſſime disjecta, quod in hac ſpecie ſingularis.

Obſ. Habitat *ad ſummos ramos arborum altiſſimarum in* ſyl[illegible] p[illegible] T[illegible] g in Vicinia vrbis Malaccæ.

No. 20.

Epidendrum Seſſile.

Caules ſcandentes ad ramos arborum ramoſi, teretes, filiformes, ſquamulis rigidis, ſcarroſis, ſtriatis tecti. Squamæ ouato-oblongæ, acutæ, adpreſſæ, paruæ.

Folia ſparſa ex bulbis ſeſſilibus pronata, patentia, ſubpetiolata, apicibus retuſa, pagina ſuperiori glabra, parum canaliculata inferiori conuexa, carnoſa, vix pollicaria & lineas tres vel 4^{or} lata, luteo-viridia.

Flores ad caulem intra ſquamas germine infero tantum pedicellati, geminati, cauli approximati, parui, (rarius ſolitarii).

Calyx. Squamula ouata, acuta, carinata, infra corollam germini infero adnata (a reliquis ſquamis plurimis germinis diſtincta), inflata, membranacea, alba, breuis.

Corolla petala 6, quorum 3a exteriora, erectiuſcula, baſi ouata, apicibus prolongatis, inferiori parte longioribus, ſubariſtata, longitudine æqualibus, albicantia, rigidiuſcula.

Petala 2a interiora lateralia ad latera nectarii adnata, erecta, ouato-oblonga, integerrima, apice rotundata, plana, membranacea, alba, parum transparentia, exterioribus multo breuiora.

Petalum 3tium interius ad apicem ſuperiorem nectarii adnatum, adſcendens, lanceolatum, recurvatum, parum canaliculatum, recuruatum prioribus 2obus interioribus longius calloſum, luteſcens.

Corpus truncatum (vt in congeneribus), ſed minutiſſimum, album, operculo, quod ſquamula campanulata, dorſo nectarii adnata, membranacea (in proportione) albo tectum, continens antheram didymam globoſam, calloſam, flauam, elaſtice proſilientem, paruam.

Piſtillum germen inferum lineare-oblongum, parum anguloſum, altum, flore breuius, ſquamis plurimis oblongis, acutis, adpreſſis, membranaceis, albis germine breuioribus, obuolutum.

Stylus nullus.

Stigma foueola infra diſcum corporis truncati.

Pericarpium. *Siliqua* parabolica obſolete triquetra, glabra, parua. Semina, vt in congeneribus, numeroſa. Habitat ad ſummitatem arborum minus frequens.

Obſ. In nonnullis exemplaribus ariſtæ petalorum ſunt flauicantes et petalum apice acuto adſcendenti nectarii adnatum, ſæpius ad apicem minus acutum eſt.

Operculum nectarii maturitate elaſtice reſilit, et antheram projicit, vt interdum foueola ſtigmatis incumbit. Radices hujus plantæ fibroſæ, numeroſæ, albicanti-virides, *cortices arborum* intrantes, rigidiuſculæ.

No. 21.

Epidendrum Liliifolium.

Paraſitica.

Radices filiformes flexuoſæ, albæ.

Bulbi plurimi conferti, ouati, anguloſi, ſulcati, pallide virides, foliis duobus, raro tribus, terminati, magnitudine oui alaudæ.

Folia ex bulbis pronata et raro plura ſubpetiolata, baſi erecta, apice patentiora, lineari-lanceolata, acutiuſcula, vtrinque glabra, dorſo neruo carinata, membranacea, vix rigida, obſcure viridia vix ſeſquipalmas longa et lineas 4or lata.

Pedunculi compreſſi ſulculo profundiori diuiſi vtrinque ad apices obtuſi, medio anguſtiori cum articulatione a foliis diſtincti, breues.

Scapi ad baſin bulborum pronati ſolitarii, erectiuſculi baſi propria parum craſſi et quaſi bulbo vaginati; vagina ſolitaria, ſcarioſa, albicanti, breue- formes, teretiuſculi, læues articulis duobus, interdum tribus, ı otati niſque breuibus ad articulationes oualibus, ſcarioſis, membranacei vaginati, vix pedem longiores, obſcure virides, intra flores flexu guloſi.

Racemus ſimplex ſubſpicatus.

Flores numeroſi 18 ad 30ta pedicellati remoti, inferiores remotiores, ſummi magis approximati (inferius pollicem vel *magis diſtantes, ſuperiores vix* longitudine florum inuicem remoti, alterni.

Pedicelli cum germine recuruato denticulo pedunculo communi adnati, teretes glabri, parum colorati, baſi bracteati, germine infero vix longiores.

Bractea *ſolitaria* baſi pedicello adnata, adpreſſa, cordata, acuta, membranacea, alba, parua, præter has ſpathæ ſeu calyces nullæ.

Corolla petala exteriora 4or patentiſſima, quorum inferius et ſuperius linearia acuta, apice parum incuruata, concaua, diſco lateralia latiora, ad apices rotundata, concaua, magis colorata purpurea, omnia longitudine æqualia, ſubcarnoſa, ad apices purpurea; reliqua pars albicans.

Limbus interior ſeu nectarii proſtratus, baſi tubuloſus, inflatus, latere ſuperiori planus, dorſo ſeu latere inferiori conuexus, *poſtea contractior* ad medium lacinia erecta, baſi parum cum canicula adſcendens obuerſe cordata, plana ex ſinu, lobus erectus, lanceolatus, planus vix inferiori læuior, verſus baſin lobi ſuperioris et ſinum in diſco carinulæ geminæ, ſemi-cordatæ, approximatæ, longitudinaliter decurrentes, prominulæ, coloratæ, purpureæ, vt reliqua pars diſci. Continuatio limbi canaliculata, ... a Lacinia priori parum remota, glandulæ ex marginibus ... canaliculatae, vtrinque pronatæ, erectæ, ſtriatæ, geminæ, pedicellatæ, ..., teretes, læues, baſi fuſco-purpureæ, apicibus flauicantibus calloſæ, la... ia ... denti 3tiae *partis breuiores, poſtea canalicula parum prolongata* ... laci... duas approximatas erectas, acutas, *albicantes, glandulisqu* ... parum breuioribus diuiſa.

Canalicula jam deſcripta, rigida, calloſa, fuſco-purpurea, tubum ſtyli inc...

Corpus truncatum vix vllum, niſi rudimentum, cujus loco carnicula erecta, tra glandulas et lacinias apicis diſco canaliculi adnata, erecta, compreſſa, acuta, apice incuruata (verſus apicis lacinias), rigida, alba, antice ſulco foramineque intranti diuiſa, laciniis apicis vix breuior.

Stamen filamentum nullum niſi pedicellus capillaceus, tenerrimus, albus, pellucidus, globulo minimo albo intra apicem carniculæ incumbens vix adfixus altero apice intra lacinias apicis, canaliculi glandulas geminas antheriferas lanceolato-oblongas, acutas, compreſſas, approximatas, calloſas, flauas, terminatas (vt in congeneribus).

Anthera membrana calyptræformis ante efflorefcentiam tecta, poſtea elaſtice membrana exſiliens, ſæpius cum anthera initio conglutinata, &

maturitate elaſtice ſeparantes, niſi quod pedicellus cornu adhærens impedimentum producit.

Calyptra obliqua conica interior diſſepimentulo notata luteo-albicans minima pedicello tenuiſſimo rudimento nectarii adfixa fragili pedicellata.

Stylus nullus niſi conicula totius nectarii.

Stigma rimula cum foueola intra cornu deſcriptum.

Pericarpium. Siliqua obuerſe ouata, obſolete triquetra, ſulcisque tribus notata, ſubglabra, pollice breuior.

Obſ. Habitat intra axillas ramorum arborum, Therocarpo, aliisque arboribus minus frequens.

No. 22.

Epidendrum Calceolariae.

Terreſtre Fl. Niueo.

Radices infra humum repentes, horizontales teretes cingulis annularibus remotis cinctæ, albæ, craſſitie pennæ cygni. Fibras ad articulationes numeroſas filiformes, ſimpliciſſimas, flexuoſas, faſciculatim emittentes craſſitie fili groſſioris.

Caules plurimi remotiuſculi, ſimplices, erecti, teretes, ſupra radices et poſt medium vaginati, compreſſiuſculi, læues, articulati, interſtitiis folio dimidio breuioribus 3 ad tetrapedales longi et pennæ anſerinæ dimidio tenuiores.

Folia patentia, bifaria, ſeſſilia in vaginis deſinentia, oblongo-lanceolata, integerrima, apice parum oblique emarginata, pagina ſuperiori læuia, nitida, inferiori glabra, neruis 9 vel 14 ſtriata, rigida, inferiora, breuia, latiora, ſuperiora interdum palma longiora, vix pollicem lata.

Vaginæ caulem arcte obuoluentes articulis adnatæ, inde membranaceæ, ſtriatæ, vtrinque carinulis decurrentibus dorſo folio et latere oppoſito notatæ, ore obtuſo, denticuloque folio oppoſito ſolitario margine obtuſiuſculo denticulato. Interſtitiis articulorum parum breuiores. Vaginæ radicales et infra medium caulium, poſtea vsque verſus apices foliis deſtitutæ ori ſemiouatæ, apiceque dorſo carina terminatæ. Reliqua pars priorum ſimillima.

Flores terminales ſpadicibus 2bus vel 3bus alternis compreſſis marginibus bifarie denticulatis, flexuoſis, nudis, (ſeu ſpathis deſtitutis) cum germine adnati. Denticuli prominentes, acuti, concaui, marginati, marginibus ſpadicem lateraliter ſuperincludentibus, membranaceis, breuiſſimis.

Calyx præter denticulos nullus.

Corolla petala 6, quorum quinque exteriora lanceolata, acuta, integerrima, erecta, longitudine æqualia, ex his 3a: exteriora pagina exteriori minus niuea, 2o infra baſin nectarii adnata, magis niuea, neruoque ſemipellucido notata; tenuiora vix minora.

Petalum nectarii oppoſitum 6tum interius ſeu limbus nectarii, latum, apice 3fidum, diſco ad baſin inflatum, carnoſum, ad apicem ſeu lacinia intermedia diſco rugoſa, carnoſa, flauo.

Laciniæ duæ laterales, erectæ (inde diſcus labii concauus), ſemi-ouatæ, membranaceæ, coloratæ, ſtriis purpureis approximatis, intermediæ multo breuiores. Lacinia intermedia, planiuſcula, carnoſa, marginata, marginibus membranaceis, parum purpureis reliquis petalis breuius.

Nectarium patens cymbiforme, oblongum, marginatum, apice retuſum, dorſo carinatum, carnoſum, rigidum, niueum, petalis exterioribus vix dimidio breuius.

Stamina filamenta dorſo corporis truncati vix vlla.

Antheræ geminæ diſtinctæ, ouatæ, inflatæ, operculo ſeu membrana cordata, niuea,

Stigmaque obcludens, plana adnata, membrana altera latere ſuperiori ſemi-tectæ, ſatis magnæ, albæ (non calloſæ).

Membrana antheras ſemitegens, apice nectarii intra emarginationem, cum pedicello breuiſſimo plano, niueo adnata, antheris incumbens, campanulata, emarginata, membranacea, interior loculamentis 2bus diuiſa, minus linea, antheris vix duplo major.

Piſtillum germen inferum, teres, ſtriatum, flore dimidio breuius, corpus truncatum ad apicem nectarii adnatum, parum prominulum, marginatum, marginibus bifidis, infra concauum, album.

Stylus intra nectarium.

Stigma infra antheras foramen triangulare operculo *membranaceo jam deſcripto* tectum, ſatis magnum.

Flores narciſſis albis majores.

Obſ. Habitat in ſyluis opacis locis humidis, cum floribus 6 exemplaria, et ſine flor. 20 vel plura reperi.

Habitat in nemoroſis paludoſis prope Malaccam. —

Young. Seylon, d. 10 Jan. 1780.

No. 23.

Epidendrum Fl. aëris?

Scandens ad arbores vario modo.

Folia ex bulbis, interdum plurima ouato-oblonga, acuta, plana, carnoſa.

Scapi ad baſin bulborum pronati, ſolitarii, interdum gemini, baſi vaginis ouatis, inflatis, nudis, membranaceis plurimis vaginati, tomentoſitate niuea obducti, raro pedales, ſæpius breuiores.

Flores ſubſpicati, ſolitarii, alterni, remotiuſculi, ad germina infera ſeſſiles, ſpathacei cymbiformes.

Spathæ ad baſin germinorum ouato-oblongæ, acutæ, apicibus prolongatis longitudine florum integerrimæ, neruoſæ, pagina exteriori pilis albis piloſæ, interiori nudæ, membranaceæ.

Calyx nullus.

Corolla petala. 6, quorum tria exteriora infra Nectarium ſupra germen connata, lanceolata, acuta, integerrima; pagina exteriori lanugine niuea obducta, interiori nuda, neruoſa, flauicantia, maiora.

Petala duo ad latera Nectarii verſus apicem truncatum adnata, erecta, lanceolata, acuta, vtrinque glabra, lutea, minora.

Petalum 6tum ſupra baſin Nectarii adnatum eoque incumbens dupliciter cordatum, lacinia baſis cordata, integerrima, concaua, diſco calloſo-carnoſa, punctis ſtriisque fuſco-ſanguineis parum adſperſa anteriore parte parum maior, glabra.

Lacinia exterior ex ſinu prioris obuerſe cordata, acuta, margine repando *ſublobata*, *concaua*, *diſco calloſo carnoſa*, verſus apicem calloſitate inæquali ſeu glanduloſa, glandulis difformibus albicantibus. Reliqua pars magis quam prior colorata, fuſco-ſanguinea.

Nectarium proſtratum limbis maioribus adnatum, lineare ad apicem parum adſcendens, lineare glabrum, album, calloſum.

Apex. Corpus truncatum erectiuſculum, concauum, bilobatum. Lobus dorſalis, obtuſiuſculus marginatus, anterior ſemirotundatus, marginibus parum coloratis, galea membranacea tectum.
Galea oblique conica, interior cum Plica intranti loco diſſepimento bipartita.

Stamina filamenta octo breuiſſima, tenuiſſima inuicem connata.

Antherae octo pariter connatæ, obuerſe ouatæ, planæ, ſatis magnæ et diſtinctæ, flauæ, calloſæ, ſiccando pollen ſecernentes.

No. 24.

Serapias Epidendraea.

Radix. Bulbus ſupra terram clauatus, baſi obtuſus, ſulcis longitudinalibus rotundatis ſulcatus *ſuturis transuerſalibus tribus, raro pluribus, interceptus*; membrana ſcarioſa, alba, præſertim ad ſummitatem tectus, obſcure viridis (omnino vt in Epidendris), foliis enſiformibus faſciculatis terminatus, inferius emittens fibras nonnullas ſimplices filiformes albicantes.

NB. Craſſitie bulbi ſesquipollice craſſior.

Folia baſi faſciculatim conferta, pauca, erecta, lineari enſiformia, apice acumine prominulo acuto, integerrima, glabra, neruo læui carinata, vix pede longiora, læte viridia (non carnoſa).

Scapus ad latus bulbi verſus medium pronaſcens, ſolitarius, erectus, teres, articulatus, glaber, verſus ſummitatem ad articulos flexuoſus viridis, intra flores obſcurior, maculis oblongis albicantibus adſperſus ad articulos vaginatus bipedalis craſſitie ſtraminis hordei.

Vaginæ ſolitariæ, erectæ, adpreſſæ, ad baſin ſcapum tantummodo cingentes, oblongæ, acutæ, membranaceæ, ſcarioſæ, interſtitiis inferiores vix pollicares, ſuperiores paruæ, nullo modo ſcapum cingentes, patentiores.

Bracteæ ſeu Spathæ ſummis inuolucris ſcapi ſimiles, infra pedunculos adnatæ, adpreſſæ, ouatæ, acutæ, integerrimæ, minus membranaceæ ac priores et parum minus coloratæ, paruæ.

Racemus ſimplex ſcapum terminans vix ſpathameus ex floribus alternis remotiuſculis ad flexuras ſcapi ſeu pedunculi communis adnatis.

Pedunculi partiales ſolitarii patentiuſculi, breues, triangulares, glabri cum articulatione Pedunculo communi adnati in germine infero terminati.

Calyx nullus, niſi Bracteæ deſcriptæ.

Corolla petala 6, quarum tria exteriora partem ſuperiorem floris ſemicingentia, patentiuſcula. lanceolata, apicibus acutiuſcula, et recuruata, integerrima, neruis rubro-fuſcis ſtriata, lineisque taliter fuſcis conuerſalibus parum inde reticulata, interioribus parum maiora, fuſco-viridia. Petala duo interiora etiam latere ſuperiori cum prioribus adnata, approximata, erecta, apicibus parum repanda, neruoſa, reticulata, vt *in exterioribus*, ſed viridiora.

Petalum ſextum ſeu Labium Nectarii reliquis omnibus oppoſitum erectum, obuerſe cordatum, concauum, dorſo planiuſculum, vix recuruatum, rigidum, neruo notatum, lateribus vtrinque incuruatis, membranaceis, venis oblique tranſuerſalibus obſcure viridibus pictis marginibus repandis coloratis, roſeis.

Ex Sinu cordato lobus iterum pronatus, obuerſe cordatus, margine repandus, apice incuruatus, ante apicem pagina interiori fibrillis curuatis, coloratis fibriſſatus, neruisque tribus prominulis decurrentibus coloratis, roſeis neruoſa; reliqua pars huius lobi magis albicans, quam inferior, quæ tantum lætius viridis eſt. Longitudine petalorum exteriorum æqualis.

Poſtea ad baſin emittens Nectarium carniforme ad apicem recuruatum, retuſum, compreſſiuſculum, pagina ſuperiori carina notatum, inferiorique glabrum, breue, viride.

Stamina, filamenta vix vlla.

Antheræ geminæ ad apicem ſtyli adnatæ, approximatæ, operculo tectæ, ſubgloboſæ, flauæ.

Operculum ad apicem ſtyli cum filamento breui, planiuſculo adnatum, obverſe ouatum, concauum, apice coronatum, corona bidentata, roſea; membranaceum, caducum.

Piſtillum, germen inferum curuato-erectum, clauatum, obſolete triquetrum ad latera ſulculis duobus notatum, glabrum.

Stylus ex diſco floris nectario vnitus cymbiformis, lineari-oblongus, labio nectarii oppoſitus vſque verſus apicem parum concauus, dorſo rotundatus, inde carnoſus, ante apicem multo concauior inde ſemiperforatus, ſuperior diſſepimento tectus, vnde antheræ adnatæ.

Apex acutiuſculus loco operculi. Labio nectarii ſine lobo longitudine æqualis, viridis.

Pericarpium. Siliqua oblonga, (vt in congeneribus).

Obſ. Habitat in aridis et montoſis prope Madraſs ac Trangambar.

INDEX EPIDENDRORVM.

Num.	1.	Epidendrum	Spathulatum Kipuhn.	Pagina	43
—	2.	—	— Variegatum	—	44
—	3.	—	— Calceolariae	—	45
—	4.	—	— Hexandrum	—	45
—	5.	—	— Ophrydis	—	46
—	6.	—	— Supplex *minima*	—	47
—	7.	—	— Orchideum	—	48
—	8.	—	— Puſillum	—	49
—	9.	—	— Complanatum	—	50
—	10.	—	— Clauatum	—	50
—	11.	—	— Subulatum	—	51
—	12.	—	— Nudum	—	52
—	13.	—	— Tomentoſum	—	53
—	14.	—	— Bidentatum	—	54
—	15.	—	— Lycopodioides	—	55
—	16.	—	— Longiflorum	—	55
—	17.	—	— Flabellum Veneris	—	57
—	18.	—	— Flos aëris v. Saaronicum	—	58
—	19.	—	— Plantaginifolium	—	60
—	20.	—	— Seſſile	—	60
—	21.	—	— Liliifolium	—	61
—	22.	—	— Calceolariae *Terreſtre*	—	63
—	23.	—	— Flos aeris	—	64
—	24.	Serapias Epidendraea		—	65

Sumtibus S. L. Cruſii impreſſi ſunt

I. C. G. Baumgarten Flora Lipſienſis, ſiſtens plantas in agris circuli Lipſici ſponte naſcentes etc. ſec. Syſtema ſexuale reuiſum atque emendatum, cum IV. Tabul. 8. maj. 1790. 2 Rthlr. 8 Ggr.
idem liber cum Figuris coloratis 2 Rthlr. 20 Ggr.

I. M. Bechſteins gemeinnützige Naturgeſchichte Deutſchlands, nach allen 3 Reichen. Ein Handbuch zur deutlichern und vollſtändigern Selbſtbelehrung, beſonders für Forſtmänner, Jugendlehrer und Oekonomen, mit 17 Kupfern. gr. 8. 1789. 2 Rthlr. 20 Ggr.
Dieſelbe mit illuminirten Kupfern 4 Rthlr.

I. L. Fiſcheri Deſcriptio anatomica Neruorum Lumbalium, Sacralium et Extremitatum inferiorum, cum IV Tab linearibus et IV adumbratis. *fol. maj.* 1791. 8 Rthlr.

C. L. B. de Geer Genera et ſpecies inſectarum e generoſiſſ. auctoris ſcriptis extraxit digeſſit, *lat.* quoad partem reddidit, et terminologiam inſect. Linnearam addidit A. I. Retzius. 8 maj. 783. 12 Ggr.

I. Hedwigii Fundamentum hiſtoriae naturalis muſcorum frondoſorum, concernens eorum flores, fructus, ſeminem propagationem, adiecta generum diſpoſitione methodica iconibus illuſtrat. 2 Partes. 4 maj. 78[illegible]. 4 Rthlr. 12 Ggr.
Idem liber cum Figuris coloratis 7 Rthlr.

G. F. Hoffmanni Hiſtoria Salicum iconibus illuſtrata. Tom. I. Faſc. I-IV. et Tom. II. Faſc. I. fol. maj. 785-791. 5 Rthl. 8 Ggr.
Idem liber cum Figuris coloratis 9 Rthlr. 18 Ggr.

—— —— Plantae lichenoſae delineatae et deſcriptae. Tom. I. Faſc. I-IV. et Tom. II. Faſc. I. cum Fig. coloratis fol maj. 789 - 791. 17 Rthlr. 12 Ggr.

N. G. Leskens Anfangsgründe der Naturgeſchichte, 1r Theil. Allgemeine Natur- und Thiergeſchichte mit 12 Kupf. 2te Auflage. gr. 8. 784. 2 Rthlr.
Dieſelbe mit illuminirten Kupfern 4 Rthlr.

C. à Linné Plantarum rariorum horti Upſalienſis Deſcriptio. Faſc. I. fol. maj. 767. 20 *Ggr.*

F. Ludwigii Icones Cauitatum thoracis et abdominis a tergo apertarum cum Fig. fol. maj. 789. 16 Ggr.

—— —— Delectus opuſculorum ad ſcientiam naturalem ſpectantium. Vol. I. cum Figur. 8 maj. 789. 1 Rthlr. 20 Ggr.

S. Lumnitzeri Flora Poſonienſis exhibens plantas circa Poſonium ſponte creſcentes, ſecundum Syſtema Sexuale Linnearum digeſtas, cum Figuris. 8 maj. 791. 1 Rthlr. 12 Ggr.

O. F. Mülleri Hydrachnae, quae in aquis Daniae paluſtribus detexit, deſcripſit, pingi et tabulis XI aeneis incidi curauit. 4 maj. 781. 2 Rthlr. 12 Ggr.

Pennants nördliche Polarzoologie. Aus dem Engliſchen, 2 Theile, mit den engl. Originalkupfern. gr. 4. 787. 9 Rthlr.

A. I. Retzii Obſeruationes botanicae. *VI Faſciculi, cum Fig.* fol. maj. 778-791. 5 *Rthlr.*
Idem liber cum Figuris coloratis 8 Rthl. 16 Ggr.

I. C. D. Schreberi Plantarum verticillatarum vnilabiatarum genera et ſpecies. Cum icone aenea. 4 maj. 774. 16 Ggr.

—— —— de Phaſco Obſeruationes, quibus hoc genus muſcorum vindicatur atque illuſtratur, cum Tab. aenea 4 maj. 770. 6 Ggr.

—— —— Beſchreibung der Gräſer, nebſt ihrer Abbildung nach der Natur. 1ten Theils 1 — 5te u. 2ten Theils 1 — 3te Abtheil. mit ſchwarzen Kupfern. gr. fol. 1769 — 779. 7 Rthl. 2 Ggr.
Dieſelbe mit illuminirten Kupfern 11 Rthlr. 8 Ggr.

—— —— Beſchreibung der Quecke, nebſt ihrer Abbildung nach der Natur. gr. 4. 772. 6 Ggr.

P. C. F. Werneri vermium inteſtinalium praeſertim taeniae humanae breuis expoſitio, IV Faſciculi, cum Fig. 8 maj. 782-788. 2 Rthlr. 1 Ggr.

—— —— et C. G. Felleri Vaſorum lacteorum atque lymphaticorum anatom. phyſiol. deſcriptio, Faſc. primus. cum Fig. 4 maj. 785. 1 Rthlr. 12 Ggr.

00054778

Digitized with financial assistance from

Hermès India

a project facilitated by the Rotary Club of Bombay

on 10 August, 2018